Ternas tuas ad Excell. dominum magnum cancellarium[4] et ad me quoque totidem VII. XIV. XXI Februarii Nov. Cal. datas[5] et ille recte et ego accepimus. Ago autem immensas tibi aeternasque gratias pro ista cura plus quam paterna, qua te immerentis mei ostendis ubique memorem de illis, quae te spectant, sollicitus, quantum patitur temporis et negotiorum opportunitas, de quibus hesterno quoque die, ut esset quod ad te perscriberem, egi cum domino magno cancellario, inter quae praecipua sunt, quae de chartis Hottomanni[6], de munusculis Brulono[7], Giraultio[8], Mousterio[9] dandis et Hebsteinii[10] quoque salario scribis iam toties; super quae, ut sigillatim respondeam, ait chartas quidem sibi non displicere, cum credibile sit repperiri inter istas multa,

1 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
2 Johan, oudste zoon van de in 1632 overleden rentmeester van Zeeland Bewester-Schelde, Johan van Reigersberch; zie VI no. 2292, p. 246 n. 2.
3 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 25. Eigenh. oorspr.
4 Nos. 2466, 2478 en 2486 (dl. VI) aan de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Niet meer aanwezig.
6 Jean Hotman.
7 Anne, graaf van Brulon.
8 René Giraut.
9 De schilder Daniel Dumoustier. Zie over hem en de vorengenoemde no. 2265, p. 205; zie ook no. 2453, p. 495.
10 Johan Epstein, Zweeds agent te Parijs.

quae iam non sit invenire alibi, atque etiam petere, ne differatur ulterius earum emptio, nisi fortassis pretium III excedat florenorum millia, cum hanc tantum summam illis adiudicant.

Mousterii quoque tabulas, praesertim si quae ex istis referant exacte vultus et ora antiquorum Galliae regum, atque adeo Henrici IV quoque aut aliorum in ordine illum proxime praecedentium, non male facturum te, si coëmeris, quibus iungis, si quae ad ipsius imaginem factae sint, quas iudicat sibi maxime necessarias, ut inter amicos propinquosque distribuantur, relicta earum aestimatione tuo iudicio.

A Brulono quoque Girautioque exspectantur tanquam munuscula, de illis velit ipse disponas, quae ait te ita temperaturum, ut nec ipsi conquerantur de Suedorum parsimonia nec profusiones fiant immodicae in gratiam nationis, a qua non videt magnam rei Sueciae utilitatem exspectari atque hanc causam esse, cur nec in exemplum nobis trahi debent Pavii[1] aliorumque, si qui istae genti magis innexi sunt, de publico largitiones.

Heibsteinio quoque dandum, quod ipsius operam commeruisse iudicabis. Se autem et iussisse aliquoties dominum Spiringium[2] et nunc quoque scripturum ei, ut non tantum de elapsis iam trimestribus deque expensis, quod debetur tibi, persolvatur, verum etiam statuatur, unde in posterum tibi provisum sit, ne angaris diutius premarisque aeris tui difficili erogatione.

Ipse Spiringius ante discessum suum a me petiit, te ut rogarem, ne differres rationes trimestrium, ut et impendiorum descriptas nitide Amstelodamum mittere, ubi mansurus per spatium mensium trium quatuorve creditur. Pollicitus adeo se de pecunia tibi prospecturum, quantum iudicabit necessarium interim dum ad ista respondeatur. Poteris autem, cum Pelsium[3] inter et Spiringium non bene conveniat cumque eo Theodorus[4] Suecico se ministerio exemerit, Blondii[5] cura uti, quod fiet non incommode, cum soleat Blondius dominum magnum cancellarium de Batavorum negotiis saepius facere certiorem.

Venio nunc ad publica, ut ex me, quantum fieri potest, cum exigua mihi sit illorum notitia, intelligas, quid in hisce geratur partibus, dum ipse magnus cancellarius multis variisque negotiis distentus scribendi otium non habet.

Tradiderat mihi ante aliquot dies describendas conditiones S. Chaumontio[6] propositas, uti eorum tibi quoque fieret copia, sed vix tradiderat, cum iuberet eas repeti accedente ad ipsius colloquium S. Chaumontio, unde factum est, ut distulerit, quod ante iusserat, scripturus tibi ipse atque adeo missurus, quicquid in istis consummatum fuerit per sequentem proxime tabellarium.

Interim in Westphalia eadem nostrorum res, nisi quod Sperruterus[7] a milite quodam suo ob insignem in Suedos pingratudinem (?) dicitur trucidatus. A Sala amne premente alimentorum inopia regressus Magdeburgum versus Halberstadiumque Bannerius[8]. Ad Viadram obsessam hactenus sed necdum in nostro-

1 Dr. Adriaen Reyniersz. Pauw, die te Parijs verbleef; vgl. no. 2511, p. 30 n. 1.
2 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
3 Paulus Pels; hij behartigde te Dantzig zowel de Zweedse belangen als die der Republiek. Vgl. no. 2830 dd. 10 november 1636 van M. le Blon.
4 Wellicht Theodorus Brömse uit Lübeck.
5 Michiel le Blon; zie over hem V, p. 413 n. 8.
6 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont; hij was gezant van Lodewijk XIII van Frankrijk bij Oxenstierna.
7 Claes Dietrich von Sperreuter, Zweeds generaal-majoor.
8 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér; Grotius heeft hier in margine aangetekend: Magdenburg; en verderop: Gaert.

rum potestatem transisse Gaertam intelligimus. Caetera docebunt te implicatae hisce litteris chartae rumorum vendulae[1].

Hasce ipso Paschatis die scribo, quem sanctissimum natalem tuum[2] faelicem tibi cum sequentibus - qui utinam sint innumeri - adeo omnibus nobis salutarem precor.

Tuus tibi obedientissimus filius
Cornelius Grotius.

XIV vet. cal. 1636, Wism.

Adres: A Monsieur, Monsieur Grotius Ambassadeur de la Couronne de Suède à Paris.

In dorso schreef Grotius: 14 Martii 1636 C. de Groot.

2526. 1636 maart 27. Aan L. Camerarius[3].

Illustrissime Domine,

Sterilia rerum novarum esse solent non hyemis tantum, sed et crudi adhuc veris tempora. Tamen digna nuntiatu victoria apud Ravonem in Lottharingia Gallis contigit. Capiebant isthac iter caesariani[4], quos e Basiliensi agro vicinisque locis fames abegerat, ut agrum Lutsenburgicum peterent sociorum se ibi copiis addituri. Re intellecta - neque enim latere agmen duorum ferme millium poterat - occurrit a Novocastello, quod apud Tullos est, marchio Lafortius[5], marescalli patris[6] in laudes succrescens filius, patentibusque ad Ravonem campis deprehensum hostem non longo praelio praecipua tuborum vi, quos musquettas vocant, partem alteram exitio dedit, alteram fugere coëgit captis equestribus signis fere duodecim.

In Italia ad reprimendos Mutinensis per agrum Placentinum cursantis processus Crequiacus[7] cum septem peditum millibus, equitibus mille ducentis aut amplius partim sui partim Sabaudici militis ad Ticino amni proxima promovit se ipsumque Mediolani praefectum[8] eo metu Novariam pertraxit.

Fontani castello adsita pergit occupare Rohanius[9]. Difficilem in deliberationem idem dus implicuit Rhaetos, qui nunc Curiae conventum habent, regis[10] mandato

1 Deze papieren ontbreken.
2 Grotius was op eerste paasdag - 10 april 1583 - geboren en vierde zijn verjaardag altijd op Pasen, ongeacht de datum. Volgens Grotefend, *Taschenbuch der Zeitrechnung des deutschen Mittelalters und der Neuzeit* 1922[5] viel Pasen in 1636 op 23 maart.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 2 p. 4. Copie Uppsala UB., cod. 388 a, ep. 39. Gedrukt *Epist.* p. 223. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was Zweeds gezant in Den Haag.
4 De troepen van Ferdinand II.
5 Armand de Caumont, markies van La Force (± 1580-1675).
6 Maarschalk Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force; zie IV, p. 453 n. 4.
7 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples. Mutinensis is Francesco d'Este.
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés.
9 Henri, hertog van Rohan.
10 Lodewijk XIII van Frankrijk.

ab eis postulans, ut contenti juris imagine vim ipsam imperii in Vallem Telinam remittant ac ne protestantibus ibi habitare liceat.

Legatus Britannicus[11] diserte a me id[12] postulavit, ut gratias pro se tibi

11 Burggraaf John Scudamore.

12 De copie te Den Haag heeft abusievelijk: ut.

agerem pro benevolo in se animo neque te sinerem dubitare, quin et te plurimi faciat et tibi carum[1] se esse pro magno ducat. Ea, quae in literis tuis de restituenda Palatina domo dissertaveras - quicquid enim usum habere poterat, ei exposui - mirum in modum probat tuamque prudentiam largiter praedicat.

Speramus, ubi in Britanniam venerit Beverius[2], tum ibi, tum hic aliquid actum iri. Ego, si nihil potero aliud, favebo votis; quae et pro te tuisque facere non desinam.

Illustrissimae Dominationi Tuae
addictissimus ejusque observantissimus
H. Grotius.

27 Martii ex n.c. anni 1636.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. Delfis A.^{o} 1636 9/19 April.

2527. 1636 maart 27. Aan A. Oxenstierna[3].

Excellentissime Domine,

Multum hic triumphatur ob duo hostium millia, quae ab Acronio lacu per Lotharingiam ad Luxenburgicum agrum ibant, ut sociis post longam famem se jungerent in campis ad Ravonem a marchione Lafortio[4], mareschalli[5] senectute emeriti filio, partim caesa partim fugata, egregia peditum ope, quos musquettarios vocant. Ornat victoriam captus iuvenis Coloredo[6] cognatus atque cognominis. Dux Bernhardus[7] hic etiamnum trahitur.

Ex Italia discimus Parmensis[8] peditatum caesum a duce Mutinensi[9] in ipso Parmensium Gallorumque sub Villa[10] receptu post tentatam ab iis frustra Castelli Sancti Iohannis recuperationem. Ea prosperitate elatum Mutinensem Placentini agri possessionem sibi despondere. Sed Crequiacum[11] suis Sabaudique[12] e copiis contractis equitibus mille et ducentis, peditum septem millibus parare irruptionem

1 De copie te Den Haag heeft abusievelijk: coram.
2 Cornelis van Beveren; zie VI no. 2277, p. 224 n. 3.
3 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 223; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 165.
4 Armand de Caumont; zie no. 2526, p. 50 n. 5.
5 Maarschalk Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force; zie IV, p. 453 n. 4.
6 Jerónimo - Jung-Colloredo -; zie VI, p. 169 n. 3.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
9 Francesco d'Este, hertog van Modena.
10 Guido, markgraaf van Villa, bevelhebber van het leger van Parma en gouverneur van Piacenza.
11 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
12 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.

in Ticino amni proxima, ut ea necessitate aliis locis abducat hostem. Ipse Mediolanensis praefectus[13], quo[14] propior rebus curandis esset, Novariam

13 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés, gouverneur van Milaan.
14 De editie der *Epistolae* heeft - ten onrechte - de lezing ‘qui’.

venerat, septem secum peditum, tria equitum millia habens praeter Mutinensis auxilia.

Rex Hispaniae[1] pontifici[2] significavit se ultionem de Parmensi duce foederis sui desertore ita quaerere, ut summum per ejus terras Ecclesiae imperium nihil sit imminuturus.

A Vienna scribitur Zellero[3] res ibi Anglicas agenti dictum a caesarianis paratum imperatorem[4] efficere, ut Palatinatus inferior ad domum Palatinam redeat, restitutis Hispano, quae fecit, impendiis ad tres aestimatis milliones; de electoratu nihil posse agi vivente Bavaro[5]: interim bene volentem Austriacae domus animum patuisse dato ab Hispanorum ministris principi[6] titulo electoris, quem negassent alii. Zellerum ostendisse non placere hoc sibi, sed rem se regi Britanniae[7] perscripturum, ad quem a Caesare[8] mitti dicitur Vertevanus[9]. Esse, qui imperatori etiamnum spem faciant transferendi Poloniae regem[10] ad Austriacum matrimonium, regis ejus fratrem Casimirum[11] in Poloniam revocatum.

Ad lacum Comensem pergit quae non satis firma invadere Rohanius[12], inter quae Colicum nominatur. Rhaetos omnes commotos postulato regis Gallorum, ut jurisdictione in Vallem Telinam, parte summi imperii maxima, decedant protestantibus Rhaetis ad dolorem communem accessisse alterum, quod Galli velint, omnes, qui romanae non sunt religionis, finibus Vallis Telinae excedere. Ea ratione quantum pontificis captetur[13] gratia, tantum abalienari protestantium optime de re Gallica meritorum animos, scribit ad me Sprecherus[14] indignabandus, quod Vallitelinates sanguinariae rebellionis premium libertatem reportent. Videbimus, quid conventus qui nunc habetur curiae Rhaetorum, quo venturus et Lanerius[15], regis Galliae legatus, super illis capitibus sit constituturus. Non deerit Hispanus accendere offensas et qua spe, qua donis pertrahere ad se fluctuantes animos: sicut nunc apud Helvetios id laborant, ne eis liceat Gallorum signa extra Galliam sequi adversum id dictitantes foederibus[16], per quae Austriacae domus connectuntur.

1 Philips IV.
2 Urbanus VIII.
3 Bedoeld zal zijn Teller, d.w.z. John Taylor; zie VI no. 2258, p. 194 en n. 10 aldaar.
4 Ferdinand II.
5 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.
6 Karl Ludwig, oudste zoon van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning.
7 Karel I.
8 Ferdinand II.
9 Mathias Werdemann von Sonderspühel.
10 Wladislas VII (IV). Er gingen geruchten van een huwelijk van Wladislas met Elisabeth, de oudste dochter van paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning. De Poolse koning huwde op 13 september 1637 met Cecilia Renata, dochter van keizer Ferdinand II; na haar dood - in 1644 - hertrouwde hij met Maria Louisa Gonzaga.
11 Johan Casimir (1649-1668; geb. 1609, overl. 1672), broer en opvolger van Wladislas.
12 Henri, hertog van Rohan; hij opereerde in de Veltlin.
13 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
14 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie over hem IV, p. 138 n. 9.
15 François Lasnier (1602-1676), sieur en baron de Sainte-Gemmes-sur-Loire, Frans ordinarius ambassadeur in Graubünden en intendant van justitie en financiën van het leger in de Veltlin van februari 1636 tot januari 1637.
16 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing ‘sceleribus’.

Brisaci praefectus[1] navigia per Rhenum retinere dicitur, ne Hochburgi subveniendo Gallis sit copia: militem caesarianum, qui in agro Wirtenbergensi quique apud Ulmam agit, nullis abstinere avaritiae sevitiaeque facinoribus, scribunt plurimi.

Angliae legatus[2] pergit loqui de amicitia arctiore inter regna Suediae Britanniaeque.

Haec praeter nihil habebam nunc quidem, praeter preces ad Deum, Excellentissime Domine, pro Sublimitatis Tuae salute rebusque prosperis.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

17/27 Martii 1636.

Iam nunc Hochburgum caesarianis deditum intelligimus. Pugnatum ad Ravonem 17 Martii novi Calend.

Haec cum scripseram, venit ad me dux Bernhardus; dicit se metuere, ne miles noster insolentia peccet. A pace videbatur minus quam antehac abhorrere: vellet aestiva sibi in Burgundia Gallica concedi inde Mosellam versus iturus.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2528. 1636 maart 27. Aan N. van Reigersberch[3].

Mijn Heer,

Wij en hebben hier niet anders dan dat hertogh Bernhard[4] hier noch is, in Italië 't volck van den hertogh Parma[5] bij den hertogh van Modena[6] is geslagen ende Crequy[7] met eenige Savoysche trouppen hem begevende bij de riviere Tessin, daerentegen den gouverneur van Milan[8] sijnde gecomen tot Novara, elck met ontrent seven duisent man te voet, twee duisent meer ofte minder paerden, de saecken haer schijnen te schicken tot eenige merckelijcke rencontre. Gelijck nu in Lorraine bij Ravon eene is gevallen, den 7-17 Maert, alsoo de keiserschen ruiters tot twee duisent uit het sticht van Basel door den honger sijnde verdreven door Lorraine meende te trecken nae Lutsenburg, om haer daer bij de Spaenschen te vougen, dewelcken den marquys de la Force[9] tegen is gegaen ende meest met musquettiers in desordre heeft gebracht, de helft verslagen, de helft verjaeght.

1 Hans Heinrich IX, baron van Reinach († 1645).
2 Burggraaf John Scudamore.
3 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 1 j Eigenh. oorspr. Niet ondertek.
4 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
6 Francesco d'Este, hertog van Modena.
7 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés.
9 Armand de Caumont, markies van La Force, oudste zoon van Jacques Nompar de Caumont, markies - later hertog - van La Force.

Den hertogh van Rohan[10] gaet vast voort ende neemt de cleine plaetskens rondom het fort van Fuentes. Men belooft hem haest twaelff duisent man aldaer te doen hebben, maer 't is noch wat verre daervan. Gelijck het oock wat verre is van

10 Henri, hertog van Rohan; hij opereerde in de Veltlin.

de dertich duisent man, die men seit dat binnen Mey soude sijn, tweederden deel van 's conings[1] volck, tweederden deel van de geallieerde. De nieuwe Duitschen, die laest over de bergen sijn gepasseert, houden haer in het Pavees.

UE. laeste aen mij was van den 3 Maert[2], dien ick over acht dagen heb beantwoordt[3].

Den 27 Maert 1636.

Adres (met andere hand): Mijnheer Mijnheer Reigersberg, raet in den Hoogen Raet in Hollant in Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 27 Martij 1636.

2529. 1636 maart 27. Aan P. Schmalz[4].

Nobilissime Domine,

Sterilia rerum novarum esse solent non hiemis tantum, sed et crudi adhuc veris tempora. Tamen digna nuntiatu victoria est, quae[5] apud Ravonem in Lotharingia Gallis contigit Martii 17 novi cal.

Capiebant isthac iter caesariani[6], quos e Basileensi agro vicinisque locis fames abegerat, ut agrum Lutzenburgicum peterent, sociorum ibi copiis se addituri. Re intellecta - neque enim latere agmen duorum millium poterat - occurrit a Novocastello, quod apud Tullos est, marchio La Fortius[7], mareschalli patris[8] in laudes succrescens filius, patentibusque ad Ravonem campis deprehensum hostem non longo proelio, praecipua tuborum vi, quos musquettas vocant, partem alteram exitio dedit, alteram fugere coëgit captis equestribus signis fere duodecim.

In Italia ad reprimendos Mutinensis[9] per agrum Placentinum cursantis processus Crequiacus[10] cum VII millibus peditum, equitibus MCC aut amplius, partim sui partim Sabaudici[11] militis, ad Ticino amni proxima promovit se ipsumque Mediolani praefectum[12] eo metu Novariam pertraxit.

Fontani castello adsita pergit occupare Rohanius[13]. Difficilem in deliberationem idem dux implicuit Rhaetos, qui nunc Curiae conventum habent, regis[14] mandato

1 Lodewijk XIII van Frankrijk.
2 No. 2497.
3 No. 2523.
4 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. ondertek. De brief is nagenoeg gelijkluidend aan het grootste deel van brief no. 2526 aan Ludwig Camerarius. Gedrukt *Ep. ex. Mus. Meerm.*, p. 37; *Oxenst. Skrifter* 2, afd. IV, p. 576. Peter Abel Schmalz was secretaris van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna. aant.
5 De woorden 'est, quae' ontbreken in de editie der *Ep. Meerm.*
6 De troepen van Ferdinand II.
7 Armand de Caumont, markies van La Force; zie no. 2526, p. 50 n. 5.
8 Jacques Nompar de Caumont, markies - later hertog - van La Force.
9 Francesco d'Este, hertog van Modena.
10 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
11 Van Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
12 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés.
13 Henri, hertog van Rohan; hij opereerde in de Veltlin.
14 Lodewijk XIII van Frankrijk.

ab eis postulans, ut contenti juris imagine vim ipsam imperii in Vallem Telinam remittant ac ne protestantibus ibi habitare liceat.

Tibi omnia opto felicissima.
Tuae Nobilitati addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 17/27 Martii 1636.

2530. 1636 maart 28. Van Ch. Marini[1].

Monsieur,

Mes affaires particulières m'ont empêché de respondre à vos deux très aggréables du 8 de Feb.[2] et 4 de Mars[3] ores recevant celle du 10 du courrant[4] par laquelle ie voy que les incommoditez dont ie suis travaillé vous touchent aussy bien que moy, vous remerciant bien humblement de vos bons offices pour mon particulier envers monseig.r le grand chancelier[5], qui sans doute considérant l'estat dans lequel ie me trouve donra quelque meilleur ordre pour le payement de mon gage, qui me manque depuis tant de mois, vous suppliant de vouloir continuer à reccomander mon fait aussy à l'advenir le plus chaudement qu'il sera possible et s'asseurer qu'avec le temps ie ne seray point ingrat envers vous lequel ie recognois pour un de plus affidez amys que ie chéris et honore infiniment au ce monde.

A monseigneur le duc[6] vos lettres ont esté fort aggréables et espère-ie que Son Ex.ce vous aura desià respondu selon qu'elle m'avoit promis.

Icy on continue à fabriquer le fort real auprès de Mantel capable de deux mille hommes pour empêcher le passage des Espagnols dans la Voltoline, où on attend du renfort de France lequel arrivé que sera on voudra entreprendre quelque chose du costé de Comasco, laissant seulement quelque garnisson dans le pays que les Grisons aideront à défendre acceptant les conditions de leur restablissement dans la Voltoline dont j'escris plus amplement à Son Ex.ce et recevant advis de la reddition de ma chifre que ie vous envoye icy enclose, pourez retenir une copie et envoyer l'original à sudit seig.r gran chancelier ie vous communiqueray d'autres choses en confiance, come faisant profession d'estre de tout mon coeur, monsieur,

Vostre très humble et le plus fidèle serviteur
C. Marini.

De Trahona, ce 28/18 de Mars 1636.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Antw. op nos. 2468 (dl. VI) en 2498; beantw. d. no. 2561.
2 No. 2468 (dl. VI).
3 No. 2498.
4 No. 2504.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.

Je vous communique icy la copie d'une responce au manifeste du duc de Parme[7] que vous n'auray point veu en ayant desià envoyé un exempl. à mons. le chancelier.

7 Odoardo Farnese, hertog van Parma; voor het manifest en het antwoord daarop zie *Merc. Franç.*, XXI, p. 40 vv.

In margine: N.B. Je vous supplie bien humblement de m'adviser promtement quand la chifre sera parvenue à mon.r le gran chancelier pour m'en pouvoir servir asseurement ma première s'estant ie ne sçay come perdue.

In dorso schreef Grotius: Marini 18 mars 1636.

2531. 1636 maart 31. Van N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

Ick heb den uwen van den 14 Maert[2] wel ontfangen.

Hier hebben wij sonderlynge niet. Van Manlii[3] saecke is tsedert mijnen lesten[4] niet voorgecommen. Alcaeus[5] slaept. Het volck van Picolomini[6] is in aentocht geweest, men meende naer Schenckenschans; nu seyt men ons, sij een convoy tot Gennep hebben gebracht souckende verder te gaen, dat men haer sal beletten, ist mogelijck. Vijffthienhondert Geldersche boeren wercken sterck om een linie van communicatie te trecken van het spuy tot aen het huys te Billant; waer die voltrocken, soude men hopen, dat den viant met sijn secours te late soude commen. Men gelooft, de keyserse[7] haer meenen meester te maecken van Luyck, waerdoor Maestricht in grote ongelegentheyt soude werden gebracht.

Van Calaber[8] weet Iovinianus[9] niet, wat hij sal seggen. Dese voorleden weecke is Volbergen[10] gemaeckt thesaurier van mijnheer den prins van Orangie[11]. Van Straelsunt ontfange ick geen schrijvens[12]. Men segt mij, den heer Spierynck[13] in dese quartieren comt; hope, ick hem sal sien.

Bij Caesar[14] versuyme ick niet. Recommandere mij aen alle de vrienden.

Desen 31 Martii 1636.

Ick sal sien, off voor uEd. soon[15] yet is te doen; maer in gevalle tot geen quartiermeesterschap, bij faulte geen plaetse vacant is, off anders conde geraecken, wat oordeelt uEd. dan best?

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., 7 M j. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op no. 2509; tesamen met nos. 2521, 2524 en 2532 beantw. d. no. 2559. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb*., p. 263.
2 No. 2509.
3 Schuilnaam voor Dr. Adriaen Reyniersz. Pauw; vgl. ter zake no. 2505, p. 18 en n. 9 aldaar.
4 No. 2524.
5 Codewoord voor bestand.
6 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
7 De troepen van Ferdinand II.
8 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
9 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
10 Thyman van Volbergen.
11 Frederik Hendrik.
12 Daar bevond zich Grotius' oudste zoon Cornelis, door sijn vader naar Duitsland gezonden o.m. om er de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna te ontmoeten.
13 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
14 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
15 Grotius' jongste zoon Diederik; hij had zich in het vaderland onder Johan van den Bosch op een militaire loopbaan voorbereid.

Adres: Mevrouw Mevrouw De Groot Tot Paris.
In dorso schreef Grotius: 31 Martij 1636 N. Reig.
En in margine: Gennep.

2532. 1636 april 1. Van N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

Aelianus[2], die bij Arcesilaus[3] is, aggressurus rem non novam, heb ick gisteren gesproocken ende wt hem verstaen ende connen mercken, dat soowel Xenocrates[4] als hij volcommen contentement hebben van Iustinus[5]. D'indispositie van Valerius[6], qui laborat Rhenum calculo, beleth hem sijn commissie bij Cimon[7] te volvoeren, die hij van Simonides[8] wegen spreecken sal. Soo Constans' gesel[9] yet bij Aelianus wil hebben verricht, Irenaeus[10] kan daertoe werden gebruyckt.

De veroverynge van het fort Ferdinand, gelegen niet verde van het spuy tusschen het huys te Billant ende nader op den Rhijn, daer het secours voor het fort van Schenck wert overgescheept, daer wij vandage tijdynge van hebben becommen, versterckt de hope, dat Schenckenschans in onse handen sal haest geraecken[11]. Den viant hout vergaderyngen te Mol, Geel ende daerontrent; heeft het oock, naer men meent, op Ravesteyn.

Wij verlangen, wat de Franse ende Duytsche brieven sullen brengen.

Mijn gebiedenisse aen de bekende.

Desen 1 April 1636.

Ick en kan niet oordeelen, dat, mits d'onveylycheyt van de wegen, d'Italiaensche reyse is geraden.

Adres: Mijnheer Mijnheer De Groot, ambassadeur van de Coninginne ende croon van Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck. Tot Paris.
In dorso schreef Grotius: 1 April 1636 N. Reig.

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK. 7 M k. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Tesamen met nos. 2521, 2524 en 2531 beantw. d. no. 2559. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 264.
2 Schuilnaam voor Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden; zie V, p. 304 n. 3.
3 Codenaam voor Den Haag.
4 Schuilnaam voor de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Pseudoniem van Grotius.
6 Schuilnaam voor de Zweedse gezant in Den Haag, Ludwig Camerarius.
7 Codenaam voor Staten-Generaal.
8 Codewoord voor geld.
9 Grotius; Constans is een pseudoniem van Maria van Reigersberch.
10 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
11 Betreffende Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.

2533. 1636 april 1. Aan F. Sprecher[1].

Nobilissime Domine,

Multum doleo quod, quas ad te miseram Genevensi via literas, non recte pervenerint. Tuae ante has, quae datae sunt III Januarii novi Cal. postremae exeunte anno scriptae fuere, quibus respondi XIV Januarii[2]. Ante id tempus scripsi et XX Novemb. et IV Decembris[3] post eas, quas a me ultime habuisse te scribis. Ut insidias caveam literas meas captantium, has beneficio legati Britannici[4] Tigurina via mitto.

De prospera valetudine mea certum te facio et tuam opto quantum cujusquam. Negotia mea tanta nunquam erunt, ut non primo loco ponam amicitiae tuae mihi dulcissimae cultum.

Capita illa Rhaetis proposita[5] vidi sane dolens, si Rhaeti tam bene de rebus suorum meriti cogantur vim imperii, quae, ut recte dicis, penalibus indiciis tacenda est, amittere, et si in Valle Telina exemplum datur, quid protestantes, ubi impuri sunt, exspectare debeant. Quare spero bonitatem regis[6] et legati[7] prudentiam temperamentum reperturas, quo et commune Rhaetorum et pars eorum egregia protestantes non tantum in societate maneant, sed et in eo, quem toties testati sunt, animo.

Res Suedicae melius meliusque procedunt Deo non sinente eos laetari illata nobis injuria, qui, cum periculis exemti sint tot Suecorum regisque ipsius[8] sanguine, gratiam, quam debent, in facta palam hostilia mutarunt, sexies ex eo caesi, penultimo praelio exuti equitatu prope omni, quod Bannerio[9], cui nunc se adjunxit e Prussia Wrangelius[10], viam in Misniam Thuringiamque patefecit oculosque omnium iterum in Suecos tanquam Gustavo vivente advertit.

Misit in Suediam magnus cancellarius[11] aliis advocandis legionibus, tormentis, commeatibus. Pax, nisi protestantes vel invitos servare propositum magno cancellario foret, ad quem regni Suedici tutores[12] belli pacisque arbitrium rejecerunt, pridem[13] coiisset, sed ille tam erecto est animo, ut ne contumeliis quidem ullis depelli possit a causae communis cura.

Ab Anglis aliquid boni pro Palatina domo speramus. Galli per se, ut scis, acres

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 4. Gedrukt *Epist*., p. 224. Betreffende Fortunatus Sprecher von Bernegg zie men IV, p. 138 n. 9.
2 Zowel de brief van Sprecher van 3 januari als Grotius' antwoord daarop van de 14de ontbreken.
3 Resp. nos. 2356 en 2376 (deel VI).
4 Burggraaf John Scudamore.
5 Vgl. hierover o.a. nos. 2499 dd. 6 maart aan L. Camerarius en 2527 dd. 27 maart aan A. Oxenstierna.
6 Lodewijk XIII van Frankrijk.
7 François Lasnier; zie no. 2527, p. 52 en n. 15 aldaar.
8 Gustaaf II Adolf, gesneuveld bij Lützen in 1632.
9 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
10 Veldmaarschalk Herman Wrangel, vice generaal-gouverneur van het onder Zweden staande deel van Pruisen.
11 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
12 Gabriel Gustafsson Oxenstierna, Jacob de la Gardie, Karl Karlsson Gyllenhielm, Gabriel Bengtsson Oxenstierna en - als plaatsvervanger van de rijkskanselier - Axel Banér.
13 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk: ‘quidem’.

magis etiam stimulantur caesis in Lotharingia ad Ravonem Colredi[1] copiis, adestque huic aulae praesens hortator Bernhardus Vinariensis[2].

Tui in literis ad magnum cancellarium meis monuisse non desino.

Deus tibi orbique christiano propitius adsit.

Tuae Nobilitati addictissimus

H. Grotius.

Cal. Aprilibus novi Cal. anni MDCXXXVI.

2534. 1636 april 3. Aan N. van Reigersberch[3].

Mijn Heer,

In Italië gaen de saecken niet nae wensch. Den 28 Febr. is Créqui[4] tusschen Vespola ende Vigevano, vanwaer het volck van Leganes[5] quam, geslagen. De faute werdt geleght op de Savoyarden, die terstont gevlucht sijn. 't Voetvolck was ten wedersijde bij de 7000, ruiterie aen de Fransche ende haer bondgenooten sijde acht hondert, van de Spaensche drie duisent. Den hertogh van Parma[6], terwijl hij hier vroolijck was, is wel de helft van sijn staet quyt gewerden, ende werdt getwijffelt, off hij de stadt van Parma noch heeft.

Hertogh Bernhard[7] werdt hier noch opgehouden. Sal met wat gelds wech gaen. Wat daernae sal volgen, weet ick niet.

Den marescal de Brezé[8] is gedisgracieert ende nae Saumur gesonden. Hij heeft de heer Bulion[9] willen beschuldigen, maer die heeft hem het pack weder t'huis gesonden over hetgunt in Nederlant is gepasseert. Den hartogh van Bulion[10] werdt hier verwacht ende werdt niet getwijffelt, oft hij is van de roomsche religie. Eusebius[11] heeft van deselve geen goede opinie.

Hier is in 't logys, daer den marquys van Bade[12] t'huis was, scherp ondersoeck gedaen op d'executie van de luthersche rel(ig)ie. Aen den marquys De la Force[13] is geseit, dat hij tot recompense van sijn dienst in den lesten slagh gedaen, wel gelt mach hoopen, maer geene verdere digniteit, blijvende van de religie, daer hij van is.

Des conincx broeder[14] heeft Delbeen[15], die de anderen van sijne domestyc-

1 Jerónimo Colloredo; vgl. no. 2527, p. 51 n. 6.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 1 k. Eigenh. oorspr. Niet ondertek.
4 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
5 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés.
6 Odoardo Farnese; vgl. no. 2500, p. 9 n. 2.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Urbain de Maillé, markies van Brezé; hij had met Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon, de leiding gehad van de Franse troepen, die in de Nederlanden de Spanjaarden bestreden.
9 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon, gouverneur van Maastricht.
10 Over zijn overgang tot het katholicisme zie bijv. VI no. 2322, p. 295 en n. 16 aldaar.
11 Schuilnaam voor De Richelieu; Van Reigersberch heeft de naam erboven geschreven.
12 Friedrich V, markies van Baden-Durlach († 1659).
13 Armand de Caumont, markies van La Force; zie over hem 2526, p. 50 en n. 5 aldaar.
14 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
15 Guy D'Elbène (Del Bene).

quen aengebracht hadde, verjaecht ende met geene middelen bewogen connen werden om hem weder aen te nemen. Van 't huwelijck[1] wil den paus[2] te Rome kennis nemen, hier ter contraire wil men, dat het in Vrancrijck geschiede. Hij seit in alle gevalle, dat men hem niet dwingen en can een ander te nemen.

Den paus heeft aen het Spaensche crijgsvolck eenige toevoer gesonden uit sijn lant; Venegie, Florence, Genua blijven neutrael.

Men is hier niet wel tevrede over het senden van Aisma na[3] Hannibal[4]. Men seit, Hanno[5] bij Vindex[6] comt. Men claegt hier oock, dat Calaber[7] meer eischt dan besproocken is, off nae Catullus[8] wil gaen. Die voor desen bij de Latou[9] is geweest van Hannibals[10] wegen comt weder in Terentius[11] studeren. Den hertogh van Weimar[12] meent met 700 ofte 800[m] gl. vanhier te gaen, soo om de oude soldaten te onderhouden, als om nieuwen aen te nemen; sendt aen de heer rijcxcancellier[13].

Eenige meenen, dat Zosimus[14] niet vast en staet bij Eusebius[15]. Ick twijffel daeraen. Die dat meenen seggen, dat hij hem mede aen Simonides[16] heeft vergrepen.

Wilt bij alle occasie seeckerlijck schrijven van Manlius[17], Caesar[18] ende insonderheit van alle 't gunt Iustinus[19] aengaet.

3 April n. st. 1636.

1 Gaston van Orléans was op 3 januari 1632 in het geheim gehuwd met Margareta van Lotharingen; voor de pogingen dit huwelijk door het Franse episcopaat ongeldig te doen verklaren zie men *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
2 Urbanus VIII.
3 Foppe van Aitzema, resident van de Republiek te Hamburg. De woorden ‘van Aisma na’ staan in de tekst in cijfer: 213. 100.22.49. 6.70. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
4 Schuilnaam voor Ferdinand II; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: Keyser.
5 Schuilnaam voor Cornelis van der Myle; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: van der Myle.
6 Codenaam voor Frankrijk.
7 Schuilnaam voor Frederik Hendrik; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: prins van Oraigne.
8 Codewoord voor bestand; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: Tresves.
9 Codewoord voor Frankrijk; Van Reigersberch heeft er ‘Vr’. boven geschreven.
10 In de tekst in cijfer: 14.49.24.217.71.11.70.45.21. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven; bovendien heeft hij erboven geschreven: Keyser's.
11 Codenaam voor Frankrijk; bedoeld is de priester Sebastien Lustrier.
12 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
13 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
14 Schuilnaam voor de Franse gezant in Den Haag, Hercule Girard de Charnacé; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: Charnassé.
15 In de tekst in cijfer: 108.32.33.11.8.2010. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
16 Codewoord voor geld.
17 Schuilnaam voor Adriaen Reyniersz. Pauw: zie ter zake no. 2505, p. 18 en n. 9 aldaar.
18 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
19 Pseudoniem van Grotius.

Onder de saecken, die Servien[1] te laste werden geleit, is dat hij de saecke met Tulipa[2] tot Pindarus[3] heeft gebracht. Veele teickenen doen de wijsen geloven, dat Pindarus[4] niet lang en sal leven[5].

Adres (met andere hand): Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raet in den Hogen Raet in Hollant in Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 3 April 1636. Disgrâce van Bresé; ondersouck gedaen op de executie van de luthersche int logis, daer den marquis van Baden is gelogeert; coninckx broeder wil Delbeen niet weder in sijn huys ontfangen, seyt men hem in alle gevalle geen ander kan dwyngen te trouwen; Servien wert te laste geleyt hij Vranckrijck met Spaenge in oorloge heeft gebracht.

2535. 1636 april 3. Van N. van Reigersberch[6].

Mijn Heere,

Desen naermiddach heb ick over Amsterdam ontfangen die van den 21 Maert[7].

De hoop tot het recouvrement van het fort van Schenck[8] meerdert dagelijx. Van desen morgen sijn brieven gecommen van de gedeputeerde, die bij graeff Willem[9] sijn, medebrengende, dat, bijaldien men haer in geen faute van gelt en laet, sij meenen de wercken eerlangc in sulcken staet te helpen, dat geen secours sal wesen te vresen, ende is noch vandage nieuwe provisie van gelt gesonden. Tsestych, tseventych compangiën te voet hebben oock patenten naer Nimwegen tot renforcement, off den viant, die noch vergaderynge maeckt, yet wilde tenteren. Het fort ofte veeleer de redoute Ferdinando, bij den viant bewaert met 110 mannen, is de vive force geëmporteert door twee hondert van de onse. Van beyde sijden is wel gevochten, den commandeur à coup de pique doorsteecken, sijn lieutenant[10] dodelijck gequest, van de 110 sijnder tsestych doot gebleven.

Een Zeus oorlochschip convoyerende thien coopvaerders heeft tegens eenyge Dunckerckse fregatten mannelijck gevochten, een, soo men seyt, in de gront geschoten, al sijne schepen in salvo gebracht.

1 Abel Servien, Frans staatssecretaris; zie V, p. 104 n. 1. De naam staat in de tekst in code: 32.72.66.110.62. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
2 Codenaam voor Spanje; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: Spaengie.
3 Codewoord voor oorlog; Van Reigersberch heeft er ‘oorloge’ boven geschreven.
4 Van Reigersberch heeft er ‘het oorloge’ boven geschreven.
5 Van Reigersberch heeft erboven geschreven: duiren.
6 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., 7 M 1. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op no. 2523; vermoedelijk tesamen met nos. 2543, 2547, 2553 en 2562 beantw. d. no. 2575. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 264.
7 No. 2523.
8 Betreffende Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
9 Willem, graaf van Nassau-Siegen (1592-1642), bevelhebber in Staatse dienst.
10 Hun namen zijn mij niet bekend. Het fort werd in de nacht van 29 op 30 maart door graaf Willem veroverd; de bezetting werd gevormd door een compagnie uit het regiment van Ernst Christoph von Rietberg, graaf van Oost-Friesland, graaf van Embden.

Aelianus[1], die bij Arcesilaus[2] naer Valerius[3] heeft gewacht, is nu hier gecommen, alsoo den man van[4] Sophi[5] doet sieck bliift, heeft[6] Iraeneus[7] Iovinianus[8] gepersuadeert[9] op Constans' gesel[10] te deincken ende hem bij Cimon[11] te helpen. Soo Julianus' man[12] dat[13] niet goet vint, mach hij sien, off Xenocrates[14] Irenaeus[15] de Aertbesien[16] smaeckelijck soude connen maecken.

Eenyge van Aristoteles'[17] volck sullen Manlius[18] bij Vindex[19] willen houden; dat en is Gracchi[20] intentie niet. Soo Fabius[21] lust hadde, meene, hij Latou[22] soude connen eeten; Calaber[23] sage dat garen.

Dat Philemon[24] door Cimon[25] bij Simonides[26] geraecke, heeft geen of weynych apparentie.

Van den hartoch van Lenenburch[27] is mij de goede opinie van nieuws geconfirmeert. Engelant consenteert aen de croon Sweden lichtynge van vijff regimenten. In Sweden was voor de heer rijxcancelier[28] een groot secours gereet om over te scepen, wel, soo men seyt, van 15000 man. Den generael Bannier[29] was van de Sael naer Maechdenburg geweecken ende de Saxische waren over de Sael gecomen

1 Petter Spiring Silvercrona; zie over hem V, p. 304 n. 3.
2 Codenaam voor Den Haag; Grotius heeft er ‘Den H.’ boven geschreven.
3 De Zweedse gezant in Den Haag, Ludwig Camerarius; Grotius heeft erboven geschreven: Cam.
4 De woorden: ‘den man van’ staan in de tekst in cijfercode: 332. 929. 213. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven.
5 Codenaam voor Zweden; Grotius heeft erboven geschreven: Sweden.
6 De woorden: ‘doet ..... heeft’ in de tekst in cijfer: 10.73.75.77. 64.(=67).110.12.58. 83.109.54.26. 14.104.54.26. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven. De man van Sophi is de Zweedse gezant Ludwig Camerarius.
7 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch; Grotius heeft er ‘N. v. Reig.’ boven geschreven.
8 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
9 In de tekst in cijfer: 9.74.64.72.66.76.81.70.10.104.66.77. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven.
10 Grotius zelf; hij heeft erboven geschreven: HdG. Constans is een pseudoniem van Maria van Reigersberch.
11 Codenaam voor Staten-Generaal; Grotius heeft er ‘St. Gen.’ boven geschreven.
12 Grotius. Julianus is een pseudoniem van Maria van Reigersberch.
13 De woorden: ‘man dat’ staan in de tekst in cijfer: 818. 778. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven.
14 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna; Grotius heeft er ‘Rijcxc.’ boven geschreven.
15 Grotius heeft er ‘N. v. Reig.’ boven geschreven.
16 Codewoord voor Zweden; Grotius heeft erboven geschreven: Sweden.
17 Codewoord voor Holland.
18 Schuilnaam voor Adriaen Reyniersz. Pauw; zie no. 2505, p. 18 en n. 9 aldaar.
19 Codewoord voor Frankrijk.
20 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
21 Schuilnaam voor Simon van Beaumont.
22 Codewoord voor Frankrijk; Grotius heeft er ‘Vr.’ boven geschreven.
23 Schuilnaam voor Frederik Hendrik; Grotius heeft erboven geschreven: ‘Pr. v. Or.’.
24 Codenaam voor Zweden; Grotius heeft er ‘Sweden’ boven geschreven.
25 Codenaam voor Staten-Generaal; Grotius heeft erboven geschreven: ‘St. Gen.’.
26 Codewoord voor geld; Grotius heeft er ‘gelt’ boven geschreven.
27 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
28 Axel Oxenstierna.
29 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.

overvallen hebbende twee regimenten ende vijfthien standaerts becommen. Lisle[1], die in aentocht was naer Westphalen, soude hem weder naer Banner hebben gevoucht om de Saxische te besoucken. Ian de Waert[2] domineert noch ontrent Luyck, ende loopt die stadt peryckel van in des keysers ofte biscops van Ceulen[3] handen te commen.

Caesar[4] sal ick binnen een dach twee, drie de pretensiën overgeven ende voorts aenhouden.

Recommandere mij aen de bekende.

Desen 3 April, des avonts ten 10 uyren, 1636.

Adres: Mevrouw Mevrouw De Groot.

In dorso schreef Grotius: 3 April 1636 N. Reig.

2536. 1636 april 4. Aan A. Oxenstierna[5].

Excellentissime Domine,

Dum hic Parmensis[6] laetos agebat dies, Mutinensis[7] circumsita Parmae incursavit gravi etiam urbis parum validae periculo. Placentini quoque agri possessio cum hoste divisa est multum imminutis Gallici federis rebus clade ea, quam 27 Februarii Crequiacus[8] a Vespola veniens occurrente a Vigevano Leganesii[9] exercitu accepit nudatus[10] turpi, ut fertur, Sabaudorum fuga. Peditum pares fere erant copiae ad septem millia; equitatus dispar, Hispanis ter mille, Gallis et sociis octingenti. Mala haec sunt Gallicae parti magna in hunc annum per Italiam minata[11] auspicia.

Duci Bernhardo[12] significatum intelligo, ne coram rege[13] caput tegat tum aliis de causis, tum quia stipendia ab eo accipit. Anxius est animi ob incertum Gallicae societatis metumque, ne ita illigetur, ut referre pedem nequeat; ob id etiam matrimonii cum Rohanii filia[14] valde a matre[15] virginis expetiti mentionem omnem declinat. Praeter libertatis curam, quae major esse multo Germaniae

1 De Schot Alexander Leslie, later graaf van Leven; zie V, p. 420 n. 2.
2 Johan van Werth, ruiteroverste in dienst van keizer Ferdinand II.
3 Ferdinand van Beieren; zie IV, p. 300 n. 1.
4 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
5 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 224; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 167. Beantw. tesamen met o.a. nos. 2550, 2574 en 2585 d. no. 2612.
6 Odoardo Farnese, hertog van Parma; vgl. no. 2500, p. 9 n. 2.
7 Francesco d'Este, hertog van Modena.
8 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
9 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés, Spaans gouverneur van Milaan.
10 Het 'nudatur' van de editie der *Epist.* is wellicht een zetfout.
11 De uitgave der *Oxenst. Skrifter* heeft 'minatae'; het 'minata' van de *Epist.* verdient de voorkeur.
12 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
13 Lodewijk XIII van Frankrijk; vgl. no. 2520, p. 41.
14 Marguerite († 1684); zij huwde - in 1645 - Henri Chabot, seigneur de Saint-Aulaye, later hertog van Rohan (1627-1657).
15 Marguerite de Béthune-Sully († 1661).

quam Galliae principibus esse solet, posset religio movere, cum nuper in diversorio Badensis[1], quod rem divinam Lutherano ritu fuisse dicitur, acris sit facta inquisitio.

Ipsis reformatis quam posthac futura sint occlusa ad honores itinera, marchio Lafortii filius[2] documento est, cum felicis pugnae praemia exspectanti pecuniae sint promissae, marescalli dignitatem ambienti responsum est: religionem obstare.

Dux Bulionius[3] haud dubie pontificius hic exspectatur de Sedano cum rege conventurus, nisi jam convenerit. Brezaeus[4], qui Bulionium accusare voluit, quasi res per Belgicam ipsius neglectu corruptae forent, repercussus a Bulionio acceptae maleque dispensatae pecuniae crimine, cui et Charnassaeus[5] involvi dicitur[6]; Salmurium praefecturam suam amandatus est adverso illi etiam ob sociata cum Serviano[7] consilia cardinalis[8] animo[9].

Regis frater[10] Delbenium[11] haud dubium exploratorem sibi a cardinali additum, et quo deferente[12] quidam ei principi percari in carcerem conjecti fuere, a se abegit nec ullis rationibus, ut eum reciperet ad se, potuit permoveri egregio usus colore, satorem illum semper fuisse dissidiorum inter se et regem. Chavignio[13] - is est Butillerii[14] filius - multum se purganti dixit, se de cardinali atque ipso non queri addito, vos enim domini nostri estis.

De Lotharingico ejus conjugio[15], cum Romae Montispellerii episcopus[16], vir disertus, sententiae Gallicanorum antistitum causas exposuisset, quid peteret, callide quaesivit pontifex[17]; cumque se non ad postulandum quicquam missum diceret, sed ad demonstrandas ejus, quod visum episcopis, rationes, scripto ut id faceret, edixit pontifex, tum se de re deliberaturum.

Idem pontifex, cujus gratiam Galliae potentes magno amicorum suorum cum damno sollicite saepe ambiunt, ducis Parmensis traditas sibi literas humi dejecit, et Hispanici exercitus egestatem commeatibus e Latio solatus est. Etruscus[18] adhuc extra auxilia, quae ex feudali lege sedi[19] debet, et Genuenses in hoc bello

1 Friedrich V, markgraaf van Baden-Durlach; vgl. no. 2534.
2 Armand de Caumont, zoon van Jacques de Caumont, markies van La Force.
3 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; zie no. 2534, p. 59 nn. 9 en 10.
4 Urbain de Maillé, markies van Brezé; vgl. no. 2534, p. 59 en n. 8 aldaar.
5 Hercule Girard, baron van Charnacé, Frans gezant in Den Haag.
6 De woorden: 'cui .... dicitur' ontbreken in de uitgave der *Epist.*
7 Abel Servien, Frans staatssecretaris; zie V, p. 104 n. 1.
8 De Richelieu.
9 De - onjuiste - lezing der *Epist.* luidt: adversa .... cardinalis annuntiat.
10 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
11 Guy D'Elbène (Del Bene).
12 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk: 'differente'.
13 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny, staatssecretaris; de uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk: 'Chaunio'.
14 Claude le Bouthillier, heer van Pont en van Fossigny.
15 Gaston was op 3 januari 1632 in het geheim gehuwd met Margareta van Lotharingen; zie III, p. 206 n. 6. Over de pogingen zijn huwelijk door de Franse bisschoppen ongeldig te doen verklaren zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv., p. 989 vv.
16 Pierre Fenouillet; zie VI no. 2260, p. 196 n. 14.
17 Urbanus VIII.
18 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane; zie VI no. 2239, p. 170 n. 1.
19 De uitgave der *Epist.* heeft hier: 'quae ex Feudali Senae lege debet, Genuenses .....'.

medios se praestant et Veneti pergunt suo more[1] spectatores esse. De Anglia cardinalis amicis dixit se nihil sperare.

Princeps Arausionensis[2] postulat Brezaeani militis quod ibi restat ad octo ferme millia regiis stipendiis ibidem ali praeter vetera auxilia, alioqui impedire se non posse, quo minus ad indutias ruant populi. His durum videtur societatis pretium a Batavis indies intendi.

E Vienna discimus Augustae poenitentiarum patrem [Lucam jesuitam[3] ivisse Aenipontem ad conciliandum, ut creditur, conjugium inter Mantuani nepotem[4] et archiducissae filiam[5]. Misisse imperatorem[6] Lutetiam occultos homines, qui, quid Parmensis ageret, explorarent. Neoburgicum[7] nihil opis impetrasse, Saxoni[8] e Silesia subveniri, indici et Bohemiae conventum.

De pecunia, quae hic nobis debetur, nihil plane fit.

Praefectus[9], qui Hochburgum dedidit, jam pervenit Argentoratum. Lusterius[10] huc rediturus exspectatur, qui antehac res Caesaris[11] gessit hac in aula. Dux Bernhardus discessui se parat nec aliud in mora est quam pecunia. Sperat trecenta se scutatorum millia ablaturum in stipendium veteris militis et novo conscribendo. Ponica[12] ad Sublimitatem Tuam mittetur, comes, ut credo, itineris Hogendorpio[13] futurus.

Guenettius cardinalis[14] Roma abire jam creditur cudendam ad pacem in pontificis usum. Ego honestam firmamque opto et ejus constitutae honos, Excellentissime Domine, Tuae Sublimitati Deum oro ut debeatur.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 4 Aprilis 1636.

De matrimonio Lotharingico judicari papa Romae vult, Galli in Gallia praesentibus papae delegatis et, nisi mittat[15], sine illis[16]: sed frater regis scripto nihil ultra pollicitus quam staturum se iis, quae papa aut episcopi cum ejus legatis essent judicaturi, addit, quicquid agatur, se ad aliud conjugium trudi non posse. Rex episcopos, ne discedant, levibus negotiis moratur, ut metum Romanis injiciat se[17] sine illis rem judicari facturum. At illi gnari, quam multos habeant in Gallia suae factionis, talia terriculamenta non curant.

1 De uitgave der *Epist.* heeft: '.... Veneti pergunt dicere, se mere spectatores esse'.
2 Frederik Hendrik.
3 Pater Lucas Fanino, jezuïet, biechtvader van keizerin Eleonora Gonzaga.
4 Carlo II (III) (1629-1665), hertog van Mantua in 1637.
5 Isabella Clara (1629-1665), dochter van Claudia de Medici en aartshertog Leopold (zie V, p. 451 n. 11). Het huwelijk kwam in 1649 tot stand.
6 Ferdinand II.
7 Paltsgraaf Wolfgang Wilhelm, hertog van Neuburg en Jülich-Berg (1578-1653).
8 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
9 Niet geïdentificeerd.
10 Sebastien Lustrier.
11 Ferdinand II.
12 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
13 Gijsbrecht (Gijsbert) van Hogendorp; zie over hem V, p. 447 n. 4.
14 Martio, kardinaal Ginetti.
15 De uitgave der *Epist.* heeft - m.i. ten onrechte - de lezing: 'mutati'.
16 De uitgave der *Epist.* heeft: 'aliis'.
17 De uitgave der *Epist.* heeft de - m.i. onjuiste - lezing: 'sed sine illis rem judicari passurus'.

Brezaei restitutionem cum imperio in Picardiam multi sperant. Chavignius[1] mittitur iterum ad fratrem regis, ut Delbenium familiae ejus reddat, quod valde vult cardinalis.

Duci Bernhardo nunc sex esse equitum, quatuor aut quinque peditum millia ait Hogendorpius. Hac nocte dux Bernhardus it ad comoediam[2] apud Rohaniam.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2537. 1636 april 5. Aan het Bestuur der Duitse Natie te Orleans[3].

Nobilissimi Domini,

Sicut mihi dolet infortunium, in quod innocens, quantum intelligo, incidit Bernhardus Damke[4], viri egregii Hamburgensis[5] filius, ita in hac occasione vestram fidem omnium inclaruisse multum gaudeo; nec dubito, quin rem ex gravissimis difficultatibus explicatam ad felicem perducturi sitis exitum.

De re pecuniaria mercator hic habitans[6] mandata accepit; ego si quid adferre potero, quo levetur hoc malum, nihil operae in me desiderari patiar.

Vobis quoque[7] pro benevolo in me animo gratias ago quantique inclitam nationem vosque singulos faciam, velim rebus posse ostendere.

Vestrae Nobilitatis studiosissimus
H. Grotius.

Lutetiae, V Aprilis MDCXXXVI.

2538. 1636 april 5. Aan de Criminele Rechter te Orleans[8].

Nobilissime amplissimeque Domine,

Bernhardum Damke[9], cujus pater[10] vir est summae probitatis eruditionisque non mediocris, ex aliorum sodalitate in malum [incidisse] dolens intelligo.

1 In de editie der *Epist.* staat abusievelijk: 'Chaunius'.
2 In de editie der *Epist.* staat ten onrechte: '... it apud Cardinalem ad Rohaniam'.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd., coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 5. Gedrukt *Epist.*, p. 225. Procureur der Duitse Natie was Otto Mühlphort uit Hamburg.
4 Over Bernhard Damcke, zoon van Joachim, zie V, p. 48 n. 12.
5 Zie over Joachim Damcke V, p. 231 n. 1.
6 Duisterlous (Osterloh?); vgl. no. 2539, p. 67 n. 3.
7 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
8 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd., coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 5. Gedrukt *Epist.*, p. 225. Met de criminele rechter wordt m.i. bedoeld de assistent van de baljuw, Henri Hurault, François de Beauharnais, lieutenant général criminel.
9 Zie V, p. 48 n. 12.
10 Joachim; zie V, p. 231 n. 1.

Solatur me et ipsius et patris amantem, quod veritatis nudatrix dies innocentiam ejus in lucem producere jam coeperit; neque dubito, quin vos, quos veritatis soror justitia sacerdotes suos fecit, rem bene inchoatam ad felicem perducturi sitis exitum, ut tandem is adolescens liber reatuque omni exsolutus ad senem patrem redeat.

Si quid ad hoc preces meae valent, etiam iis fungentur hae literae simulque testabuntur me, si quid vicissim facere possim, vobis gratum quod sit, nunquam defuturum.

Tuae Nobilitatis studiosissimus
H. Grotius.

Lutetiae, V Aprilis MDCXXXVI.

2539. 1636 april 5. Aan B. Damcke[1].

Incommodum, in quod incideras, doctissime Damke, jam fama nuntiante tristis intellexeram. Scilicet mali aliquid ex vicino malo, quo magis videndum tibi in posterum, ut, qualem pater[2], vir optimus, velit, consuetudine utaris.

Recreavit me, quod carceri exemtus ab ipsis judicibus criminis suspicione liberari coepisti. Ut plene absolvaris, opto, et siquid possim, conferam libenter, tum tui tum patris causa; de re pecuniaria posteriora mandata, quae ad me missis derogant, Duisterlous[3] accepit, ad quem eum misi, qui mihi abs te literas tulerat.

Deus tibi cum bona mente det fortunam prosperam patrique sistat incolumem.

Tui amantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, V Aprilis MDCXXXVI.

2540. 1636 april 5. Aan de Procureur des Konings[4].

2541. 1636 april 6. Van C. de Groot[5].

Tuas ultimo Febr. et Mart. VI e novo Cal. datas[6] biduum est quod recepi; et ut mei erat muneris statim, postquam receperam, tradidi.

Memini equidem scripsisse me antehac voluisse dominum magnum cancellarium[7] tibi ut nuntiarem meam operam, si foret animus in hac aula manendi, ipsi non displicere, nec aliter quam scripsi se res habet. Quin et interim saepe ipse, saepe per alios idem est pollicitus; quae autem causa sit, cur in hoc proposito haeserit

1 Gedrukt *Epist.*, p. 224. Over Bernhard Damcke zie men V, p. 48 n. 12.
2 Joachim Damcke; zie V, p. 231 n. 1.
3 Een te Parijs wonende koopman; vgl. no. 2537. De Osterloh van VI, p. 314?
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd., coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 5. De brief is blijkens een marginale aantekening in de copie gelijkluidend aan no. 2538 aan de Criminele Rechter te Orléans; zie aldaar, p. 66. De procureur des konings is mij niet bekend.
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd., coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 25. Eigenh. oorspr.
6 Niet meer aanwezig.
7 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

hactenus meque adhuc in incerto teneat, nemo est, qui dixerit, nec apparet omnino, nisi illud inspiciamus, quam considerate quamque cunctante[r] explicare omnia consilia sua assueverit. Quoquo modo ea se res habet, non est, quod de exspectatis mihi diu successibus desperem. Potero interim solari hanc temporis iacturam Germanici sermonis rerumque in hac aula tractarum cogitatione quantulacunque. In caeteris tuarum memor admonitionum, quas ut digne aestimem, scio et fortunae meae et isti, quam debeo tibi obedientiae interesse.

Pro libraria suppellectile, quam mittere te ais, haud equidem dixerim, quantas tibi habeam gratias. Utinam et vestes adessent, cum ad apiscendos honores videantur illa non parum promovere. Possunt autem, dummodo tutum Hamburgum transmittantur, haberi a nobis sine ullo incommodo, cum inde ad nos commeantibus pateant itinera tuta nec ullo obsessa milite.

Quae publica spectant haec sunt ferme. Rostochiensem civitatem amisso praesidii praefecto[1], qui per dolum civibus se atque ipsis adeo militibus subduxit, quorum omnium irritaverat in se animos, nostrorum petitionibus aures praebere, cum steterit ista urbs iam per aliquot menses sub isto Lunemburgicorum partium tribuno[2] clausa dies noctesque quorumlibet aditus, adeo ut huius quoque aulae praefecto[3] denegata fuerit transeundi potestas, licet media hyeme et intento gelu ipse e campo nobis vicino per suos iussisset eam peti. Bannerium[4] cum X equitum millibus, quorum pars Salae fluvium nando traiecere per dolum hostilia castra agressum; et duo regimenta dedisse internecioni captis vexillis X progredi nunc et maiora moliri. Gaertam obsidione adhuc premi.

Silesiae eundem esse statum. At edixisse Poloniae regem[5], ne dehinc suum intra territorium militem sibi conscribant caesariani[6].

Rediit iam nunc Hamburgum S. Chaumontius[7]. Dominus magnus cancellarius parat se, Straelsundiam ut repetat in sequentem proxime Mercurii diem. Videtur illud agere apud dominum cancellarium Lunemburgicus[8], ut medius sit inter partes, et hostilia in posterum exuat.

Spiringium[9] Amstelodamum profectum scripsi iam antehac[10] ut et de Mathisiae[11] morbo, quem lethalem sibi sensit atque adeo ante octiduum extincta est.

Deus te, venerande Parens, ingens publici, ingens nostri quoque decus atque columen, clementer custodiat, cujus tutelae et matrem meam et sororem[12] commendo.

Tuus tibi obedientissimus filius
Cornelius Grotius.

Vismardae, XXVII Mart. vet. cal. 1636.

Vestes meae, et si quid aliud est, quod mittas, si Hamburgensi navi committantur, quales saepe ad nos transmeare solent, nullum equidem illis periculum video, dummodo ad Hamburgensem mittantur mercatorem aliquem et absint litterae, quae notos nos faciant.

1 Wellicht Johann Dietrich von Ehll.
2 Niet geïdentificeerd.
3 Niet geïdentificeerd.
4 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
5 Wladislas VII (IV).
6 De handlangers van Ferdinand II.
7 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII van Frankrijk bij de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna in Duitsland.
8 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
9 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
10 No. 2506.
11 Agneta van de Wouwere, vrouw van Assuerus Matthisius; vgl. no. 2506, p. 21 n. 8.
12 Cornelia de Groot.

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 12 Maii n.s.

2542. 1636 april 6. Van A. Oxenstierna[1].

Magnifice ac generose domine, amice plurimum honorande,

Cum mihi ob negotiorum plurimorum concursum aliquandiu silendum fuerit, maxime vero quod exitum negotiationis meae, quam hic Wismariae ante septimanas circiter quinque cum legato christianissimi regis, marchione Chamontio[2], super foedere inter regna Sueciae et Galliae renovando augendoque instituere coepi, expectare voluerim, ut esset quod certo referrem, nunc ea tandem incertitudine ex[s]olutus magnificae dominationi tuae significo convenisse quidem inter nos in plerisque, quos hic nunc una iungo[3], articulis, sed, quod imperatorem[4] et eius socios pro hostibus obtentu defectus mandati expressis verbis declarare noluerit - quod equidem substantiam totius negotii concernit - eo res tota in suspenso relicta et ad principalium resolutiones intra quadrimestre spatium expectandas dilata est.

Sed alii tamen articuli interea inter nos sanciti sunt, quibus durante hoc quadrimestri tractatus ullos cum hoste inire vetamur, quod ex adiuncto articulorum exemplo pariter liquet, in quibus, cum mentio quoque fiat responsi regi Daniae[5] dandi, certiorem facio magnificam dominationem tuam eum regem literis suis interventionem pacis denuo obtulisse et conventum principum protestantium ad diem 2/12 maji Lubecae expetere, ad quem eos quoque, si qui a parte regni Sueciae tractaturi sunt, invitat.

Ad eas literas respondi hisce meis ex Suecico idiomate in latinum translatis, ex quibus magnifica dominatio tua facile colliget, quae me rationes hoc tempore maxime urgent, nec minus ipsa diiudicabit, quid ex conventu illo nobis boni sperandum sit vel non.

Praeter haec magnificam dominationem tuam celare nolui, qua fortuna nuper usus sit in profligandis hostium copiis dominus campi mareschallus Banerius[6]. Is, cum oblata occasione aliquid praeclari efficere constituisset, haeserat in ambiguo fama percreb[r]escente Hatzfeldium[7] cum auxiliaribus copiis nonnullis electori[8] in propinquo esse, huic ne obviam procederet, an hostiles inter exercitus per stativa trans Salae flumen dispositos grassaretur, ut vel cedendo hosti, si qua commoditas emergeret, invigilaret vel saltem loca, ex quibus pabulo et annona iuvatur, corrumperet.

Postremum hoc tandem placuit tamque prospere successit, ut equitatus maxima parte ad München-Neuburg per Salam reperto vado, mille vero selectis sclopetariis ponte ad Calbe traductis in stativa hostilia se effuderit tresque equitum

1 Hs. Stockholm, RA., coll. Gallica, brev till legaten Hugo Grotius 1635-1638. Orig. eigenh. ondertek, met eigenh. postscr. Antw. op no. 2500. Gedrukt *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 269; deze editie geeft op sommige plaatsen een onjuiste lezing.
2 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij de Zweedse rijkskanselier.
3 Deze bijlagen ontbreken.
4 Ferdinand II.
5 Christiaan XV; zie voor het bewuste antwoord *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 254.
6 Johan Gustavsson Banér.
7 Maarschalk Melchior von Hatzfeldt und Gleichen; zie no. 2500, p. 11 n. 3.
8 Johann Georg, keurvorst van Saksen.

legiones, unam Schafelitzkianam[1], Luneburgicam[2] alteram et tertiam Wimariensem[3], captis vexillis decem ceciderit ac profligarit; cuius victoriae fama ad Saxonicos perlata convenere caeterae legiones omnes ad Halam sub tormentorum tuitione ideoque dominus campi mareschallus, postquam diem unum in conspectu hostium substitisset atque eum frustra expectasset, rediit in castra cum incolumi exercitu.

Hisce m. Dominationem tuam quam optime valere cupio.

Tui amicissimus

Axelius Oxenstierna m.p.

Dabam Wismariae, die 27 Martii A.^{o} 1636.

Proximis literis scribam de rebus tuis privatis et, quantum est in me, curam tui habebo.

Adres: Serenissimae Reginae Regnique Sueciae apud christianissimum Galliarum Regem legato ordinario, magnifico ac generoso domino, domino Hugoni Grotio, domino amico plurimum honorando, Parisios.

2543. 1636 april 7. Van N. van Reigersberch[4].

Mijn Heer,

Saterdach lestleden is in de vergaderynge van Hollant, op het versouck bij den raetpensionaris Pauw[5] voor desen gedaen[6] ende daerop versocht was het advis van sijn Ex.[tie7] ende bij de gedeputeerde met hare principalen gecommuniceert, gedelibereert. Hebben de meeste stemmen verstaen het versouck, soo het lach, behoorde te worden geaccordeert, dat is toe te staen hij thuys soude mogen commen om in de vergaderynge selffs hem van sijne bedienynge van het pensionarisampt te ontleedygen, directelijck tegens het advis van mijnheer den prins, die schriftelijck sijne opinie de vergaderynge hadde overgegeven medebrengende, dat men hem soude houde van nu aen van sijn bedienynge ontslagen ende het pensionarisampt impetrabel. Desen cours van veele steden geeft achterdencken, dat den pensionaris Pauw hetgene hij door sijn brieven aen de vergaderynge opentlijck heeft versocht ende met recommandatie van sijn vrienden ende de stat van Amsterdam sijne Ex.[tie] voorgedragen, onder de hant anders souckt te beleyden, waerin hij niet voorsichtych soude doen; want hoe geraden is sijn selve in een soodanygen staet met indirecte middelen tegens d'intentie van die hem dus lange daerin hebben gecontramineert

1 Van Bernhard Schaffalitzky.
2 Van Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
3 Van Wilhelm van Saksen-Weimar.
4 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., 7 M m. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Vermoedelijk tesamen met nos. 2535, 2547, 2553 en 2562 beantw. d. no. 2575. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 266.
5 Adriaen Reyniersz. Pauw; vgl. no. 2505, p. 18 n. 9.
6 Vgl. no. 2511, p. 29.
7 Frederik Hendrik.

te conserveren, is licht te considereren. Den pensionaris Cats[8] heeft met de meerderheyt niet geconcludeert; oock is bij geen van de steden daer-

8 Jacob Cats; zie over hem III, p. 96 n. 1 en IV, p. 337 n. 2.

toe instantie gedaen, sulckx dat apparent andermael in deliberatie sal moeten commen ende het advis van sijn Ex.tie werden gevolcht. Veele meenen, men Pauw daer ordinaris ambassadeur behoort te laten, maer seggen andere wel te weten, hij daer geen lust toe en heeft; hetwelck wel is te geloven, want hij meer voordeels kan doen als extraordinaris, hebbende 75 guldens daechs als ordinaris met een traictement van 10.000 guldens. Den heer van der Mylen[1], in cas die conditie hem voorquame, meene ick, dat hem mede soude excuseren, gelijck mede Fabius[2], die Iovinianus[3] dat oock soude raden.

Caesar[4] heb ick de pretensiën, wat breet geëxtendeert, overgelevert, om des te beter tot redelijckheyt te commen; dan vreese hetgene wij voor liquide oordeelen hem, dewijle soo hooch monteert, sal deterreren, ick late staen de reste. Wij moeten sien. Verwachte eerlange antwoort, want voor Mey, waer het mogelijck, soude ick garen daer wat van maecken.

De wercken in de Duffel tusschen het spuy ende Billant meent men soo verde te wesen geavanceert, dat, soo den viant binnen vier, vijff dagen met geen notabel secours en compt, het fort Schenck wert gehouden voor verloren, naer het oordeel van den gouverneur van Cleeff[5], gelijck wt sijne geïntercipieerde brieven blijckt. Wij moeten sien, wat de troupes van den viant, die op de been sijn, voor sullen nemen; men hout die sterck vier à vijff duysent man, ende wert tot Gennip een brugge over de Mase geslagen, een teycken, dat over willen ende een preuve nemen. Het garnisoen van Gennip, Geldre ende Cleeff soude haer seer verstercken.

De sestych compangiën, bij sijn Ex.tie naer Nimwegen gesonden, meent men daer nu sijn gearriveert. Bijaldien den viant geen secours in corten tijt brengt, sal uEd. hooren van een notabel effect van de onse. Wert oock gelooft door advisen, die van des viants volck commen, dat het fort besloten sijnde, al en geschiede daer geen gewelt op, niet lange bij faute van goede provisie soude connen tegenshouden. Maer andere seggen, voorraet is van coren ende niet en ontbreeckt als sout, boter, hout; soo schrijft men van Brussel, ende een brieffken, met een vrouw wt Schenckenschans gebracht, seyt: sij hebben gebreck van knopen, haecken ende oogen. Die van binnen doen alle nachten vierteyckenen aen die van Cleeff ende die van Cleeff aen het fort. Men werckt naerstich tot Cleeff aen provisie van palissaden ende ladders, dat vermouden maeckt, sij een attaque op de wercken van de onse willen doen.

In Vlainderen heeft den viant door een entreprinse Philippine gemeent off te emporteren off soo veel aventage daerop te crijgen met die van binnen de haven onbruyckbaer te maecken, dat hij een belegerynge met hope van succes soude hebben connen hervatten. Tot dien eynde hadde een quartiermeester van het schip van den vice-admiraal Hollaer[6] ende eenyge soldaten binnen gedebaucheert; dan een van de soldaten, het dessein hebbende ontdeckt ende d'onse

1 Cornelis van der Myle.
2 Schuilnaam voor Simon van Beaumont, Grotius' opvolger als pensionaris van Rotterdam.
3 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
4 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen voor Grotius en door hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris alsnog uitbetaald te krijgen.
5 Francesco Toraldo; hij werd in 1647 van verraad beschuldigd en onthoofd.
6 Marinus Hollaere uit Vlissingen, vice-admiraal van Zeeland. Tussen 1631 en 1637 bevocht hij herhaaldelijk met succes de Duinkerkers.

binnen op haer hoede wesende, den viant, die aen het marcheren was, dat gewaer werdende, is onverichter saecke terugge getrocken.

Den heer ambassadeur Camerarius[1] is in groot peryckel geweest, doch naer vijff dagen was geweest sonder water te maecken, een steen gelost hebbende is buyten peryckel gestelt. Dese sieckte gaff des te meer apprehensie aen de sijne, omdat morbus is hereditarius, daer sijn vader[2] ende grootvader[3] van sijn gestorven.

Den heer Spierynck[4] is ondertrout met joffrou Bommers[5] ende gaen de geboden tot Delft. Vrijdach heeft bij de Staten-Generael, desen morgen bij mijnheer den prins audiëntie gehadt. De schaersheyt van gelt sal grote difficulteyten op sijn versouck brengen.

Het tractaet tusschen den keyser[6] ende lantgrave[7] meent men t'eenemael is gebroocken ende dat den hartoch van Lunenburg[8] met den lantgrave wederom in wapenen sullen commen.

Den gouverneur van Cobblents[9], die in extremiteyt was gebracht, heeft met een surprise het casteel Shoumberg, twee mijlen van Coblents op den Rhijn, ingenomen, vijff hondert malderen corens, wijn ende ander behouften daerbinnen gevonden, ende die binnen Coblents gebracht, waerdoor die plaetse is gerevictualieert.

Brieven wt Spaengen, geconfirmeert met rapporten van schippers, die wt Lisbona commen, willen ons doen geloven, dat Lichthart[10], admirael in Brasil vanwegen de Westindische Compangie, met sijn bihebbende scepen soude verbrant ende gedestrueert hebben in de Baya de Todos los Sanctos de Spaense vlote, onder anderen het gallioen van Napels, gemonteert met meer als tsestych metale stucken. Wij moeten de continuatie van de tijdynge verwachten.

Ick bidde om mijn gewoonelijcke recommandatie.

Desen 7 April 1636.

Adres (met andere hand): Mevrouw (Mevro)uw De Groot tot Paris.

In dorso schreef Grotius: 7 April 1636 N. Reig.

En in margine achtereenvolgens: Sch. bereyt val (?); Medicamenten; Philippine; Schoumberg; Coblents; Sp. vloote in Todos Sanctos.

1 Ludwig Camerarius, Zweeds gezant in Den Haag.
2 Joachim Camerarius (1534-1598).
3 Joachim (magnus Camerarius) (1500-1574).
4 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden († 1652).
5 Jaene Dore, weduwe van Jan de Bommert uit Amsterdam. In het register van de huwelijksproclamatiën te Delft staan Pieter Spiering en Jaene Dore op 29 maart 1636 ingeschreven; hun huwelijk werd op 13 april ten huize van Spiring aan de Verwersdijk te Delft ingezegend.
6 Ferdinand II.
7 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
8 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
9 Charles de Lameth, graaf van Bussy.
10 Johan Cornelisz. Lichthart († 1646), commandeur en admiraal. Op 19 maart ontmoette Lichthart twee vijandelijke galjoenen en een bark. Dat deze schepen toch Bahia konden bereiken, werd de Hollandse admiraal en zijn kapiteins naderhand als grove nalatigheid aangewreven; zie Joannes de Laet, *Iaerlijck Verhael* IV, p. 221.

2544. 1636 april 9. Aan Willem de Groot[1].

Prope eodem tempore accepi literas tuas, mi frater, 3, 10, 20 Martii[2]. Postremas prius *ὁμηρικῶς*.

Ut melius intelligatur vis epigrammatis, optimum dabo interpretem Venetum fratrem Paulum[3], virum veteris novaeque historiae callentissimum. Vidi ipsius autographas ad senatorem Parisiensis senatus Gillotum[4] literas scriptas 12 Maji 1609, in quibus haec sunt prudenter, ut omnia illius, dicta. 'Si quam libertatem in Italia retinemus aut usurpamus, totum Franciae debemus. Vos et dominationi resistere docuistis et illius arcana patefecistis. Majores nostri pro filiis habebantur olim, cum Germania, Anglia et nobilissima alia regna servirent ipsique servitutis instrumenta fuere. Postquam excusso jugo illa ad libertatem aspirarunt, tota vis dominationis in nos conversa est[5]. Nos quid hiscere ausi fuissemus contra ea, quae majores nostri probaverant, nisi vos subvenissetis?' Haec digna lectu et pontificiis et iis, qui apud te eadem agi non vident protestantibus, tibi potissimum mitenda censui.

Nunc ad tuas ordine, sed cursim venio.

Literas curandi video rationes multis modis incertas esse. Optimum est non easdem semper experiri. Si quid est fidas aures requirens, mercatorum uti opera.

De Molino epigrammata[6] et latina et Graecum non displicere gaudeo. Putavi debere me hoc memoriae viri semper et in omni fortuna mei amantis.

Petro[7] cum modo, ut prospectum sit, curabimus. Scripsi ei, ut meas Institutiones Batavi Iuris[8] in sermonem latinum, non qualemcunque, sed Digestorum transferat. Rogo te amicosque omnes ad id opus, ipsi publicoque utile, et hortatores et adjutores sitis.

Cornelius[9] spero jam de segnitie se purgaverit. Didericus[10], nisi aliud res suadeat, hic manet ad discendos mores, gestus, linguam, equitandi et armorum artem. Si tamen aliter amicis videbitur, non erimus pertinaces.

Simonem Graswinckelium[11] apud vos esse gaudeo.

Quoties tibi scribo, toties et parentibus[12] optimis me scribere intelligo: novi enim diligentiam tuam. Gaudeo matrem incommodo novo liberatam, patri pro

1 Gedrukt. *Epist.*, p. 860. Antw. op nos. 2496, 2503 en 2519; beantw. d. no. 2580.
2 Resp. nos. 2496, 2503, 2520.
3 Betreffende fra Paolo Sarpi zie III, p. 153 n. 7.
4 De geleerde Jacques Gillot († januari 1619), tot raadsheer in het parlement van Parijs benoemd 19 juni 1573. Gillot stond in nauw contact met de geleerden van zijn tijd; hij was kanunnik van de Sainte-Chapelle, waar hij ook begraven is. Voor zijn geschriften zie Hoefer, *Nouv. Biogr. Gén.* 20, k. 555.
5 Vgl. Tac. *Ann.* XV, 69: ad vim dominationis conversus.
6 Zie VI no. 2415 dd. 28 december 1635.
7 Grotius' tweede zoon Pieter bevond zich om studieredenen in het vaderland.
8 *Inleiding tot de Hollandsche rechts-geleertheyd. Beschreven by Hugo De Groot.* In s' Graven-Hage, By de Weduwe van Hillebrant Iacobsz. van Wou. 1631. Ter Meulen-Diermanse, no. 757. Van de vertaling is bij mijn weten niets gekomen.
9 Grotius' oudste zoon; hij bevond zich te Stralsund bij de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
10 De derde zoon Diederik was zojuist van een verblijf om studieredenen in het vaderland te Parijs bij zijn ouders teruggekeerd.
11 Over Simon Graswinckel zie VI no. 2345, p. 329 n. 12.
12 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.

aetate belle esse. Deus illorum diu adversa non gravi senectute compenset mihique det illis semper probari. Uxori tuae[1], Losecatioque et ejus uxori[2] omnibusque nostris pro suavi nostri memoria gratias agimus.

Multum refert, quid responsi a Bruxellis venturum sit, super negotio pacis Batavicae Gallicaeque. Interim non transmitti agendi tempora gaudeo.

Caesarianos e Frisia Orientali in Westfaliam rediisse etiam hic audimus. Iuvabit, quid ibi porro acturi sint, intelligere.

Leodienses vexari jam diu audimus. Quid consilii sint capturi, colludente cum agri invasoribus episcopo eodemque principe[3], videndum erit.

Rogo, Rotterodamense negotium[4] ne semper trahatur. Et me enim et vobis indignum est nos tot per annos prolatando illudi. Si cum bona gratia jam nihil fit, cogitandum erit illic judicio, an alibi expeditiori via meum mihi consequendum sit.

De Casaubonianis ut pergas rogo, quando de Tilenianis[5], quae magni facio, recuperandis spem adimit Lamairius[6].

De Friderico Imperatore epigramma[7], quod mihi legatus Britannicus[8] Pavoni[9] se dedisse dixerat, si secunda sunt judicia, gaudeo. Velim et Gallice id versum videre.

Eindhovia neque situ neque munimentis momentum habet. De Gallorum ad Mazeriam exercitu nihil est: neque multum ad eum limitem hinc actum iri arbitror versis in Italiam conatibus; illis quoque usque hac non prosperis.

De Anthologia[10] etiam D. Vossio[11] scripseram. Reposuit tricas Blavii[12]. Characteres, quos mihi Petrus miserat, plane indigni sunt opere. Velim edi talibus, qualibus usus est Stephanus[13], et cum illis *σημείοις διακριτικεῖς* nominum, quibus homines, montes, urbes, aquae discernuntur. Si talia non reperiuntur, aliis typis optimis edi librum cupiam et indices confieri scriptorum et eorum, de quibus scribitur, hominum, rerum, locorum. Prolegomena non inutilia jam parata habeo. Gaudeo mihi conjecturam de Scenquiano castello[14] tam bene processisse, ut praedicti eventus spes sit propinqua:

μάντις δ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς[15].

1 Alida Graswinckel.
2 Frederik van Losecaat en Adriana de Groot; zie VI no. 2302, p. 263 n. 12.
3 Ferdinand van Beieren; zie IV, p. 300 n. 1.
4 Het betreft de pogingen door Grotius en voor hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
5 Zie voor de brieven, die Tilenus had afgestaan voor de uitgave der *Isaaci Casauboni Epistulae* IV, p. 241 n. 6. Ook Grotius had voor deze uitgave brieven van Casaubonus aan hem gericht beschikbaar gesteld; vgl. VI no. 2383 in fine.
6 De Leidse uitgever Jean le Maire, die de brieven onder zijn berusting had.
7 Zie hiervoor VI, no. 2465.
8 Burggraaf John Scudamore.
9 Adriaen Reyniersz. Pauw, die zich te Parijs bevond.
10 Over deze *Anthologia* zie VI no. 2407, p. 426 n. 7.
11 No. 2407 (dl. VI) aan Ger. Jo. Vossius.
12 De Amsterdamse uitgever dr. Johan Blaeu; zie over hem V, p. 240 n. 11.
13 Zie betreffende Stephanus en zijn *Anthologie*: VI no. 2407, p. 426 en n. 8 aldaar.
14 Het fort Schenkenschans ging op 29 april officieel in Staatse handen over; vgl. VI no. 2241, p. 175 n. 1.
15 Zie voor dit spreekwoord Eurip. frg. 963 (ed. Nauck), bij Cicero: Bene qui coniciet, vatem hunc perhibeto optimum (*De Divin.* II. 12).

Libellum ad chartas meas recuperandas exhibere ne differatis, quaeso. Multum enim naufragii tabulas colligere desidero.

Claudam epistolam solito rogatu, omnia mea, ut tamdiu facis, fraterne cures.

Vale quam dulcissime cum nostris tuisque omnibus.

Tuus tibi obligatissimus frater

H. Grotius.

9 Aprilis 1636.

2545. 1636 april 10. Aan L. Camerarius[1].

Illustrissime Domine,

Gratias tibi habeo pro iis, quae X^{o} Martii ad me scribere voluisti, ex quibus heri acceptis - sunt enim curandi literas viae nunc ut difficiles ita saepe tardae - didici multa, ut semper ex tuis, maxime de Germnicis rebus, quarum in maxima versabamur caligine eo, quod per iter, ut arbitror, magni cancellarii[2] nihil ex Pomerania pridem huc venisset.

Gaudeo et bellum bene procedere in Saxonia et de pace non omitti cogitationes. Aequum est protestantes suis prospicere rebus; nam quam pacem cudit pontifex[3] cujusque gratia jam Bononiam venit cardinalis Ginettius[4], minime credi debet utilis futura eorum, rebus, quos pontifex ut suae dignitati commodisque adversos non potest non odisse.

Ab imperatore ei negotio praefecti Bambergensis episcopus[5], Fuggerus[6], Curtius[7]; ab Hispano[8] dux Alcala[9], Franciscus Melo[10], cancellarius Mediolanensis[11], quibus Mediolanensem alium[12] additurus est Leganesius[13] et Belgam[14] cardinalis Hispanus[15].

1 Copie Uppsala, UB, cod. 388a, ep. 40. Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 6. Gedrukt *Epist.*, p. 226. Ludwig Camerarius was Zweeds gezant in Den Haag. De copie te Den Haag is niet vrij van enige slordigheden.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Urbanus VIII.
4 Martio, kardinaal Ginetti.
5 Franz von Hatzfeldt und Gleichen, bisschop van Würzburg; zie VI no. 2413, p. 436 n. 1. Hij was met de navolgenden door Ferdinand II aangewezen.
6 Johann Ernst Fugger; zie VI no. 2413, p. 436 n. 2.
7 Ferdinand Siegmund Kurz; zie VI no. 2413, p. 436 n. 3.
8 Philips IV.
9 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; hij was van 1632 tot 1635 onderkoning van Sicilië geweest.
10 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna; zie VI no. 2260, p. 197 n. 1.
11 Don Antonio Ronquillo.
12 Graaf Schinchinelli.
13 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés, gouverneur van Milaan.
14 Pierre Roose; vgl. VI no. 2463, p. 507 en n. 14 aldaar.
15 De kardinaal-infant don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.

A Gallia manent qui destinati antehac Brezaeus[16], Davausius[17], Feuquerius[18], Charnassaeus[19].

In Italia XXVII Februarii cladem accepit Crequiacus[20] a Vespola veniens,

16 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
17 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
18 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
19 Hercule Girard, baron van Charnacé.
20 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.

cum ei Leganessii a Vigevano occurreret exercitus. Vires ferme pares, nisi quod equitatu paulo validior Hispanus. Sed Crequiacus Sabaudorum turpi fuga desertum se queritur idque ad male obductas simultates novum vulnus (?) accessit. Nec desinit Sabaudus[1] audire legatos ab Hispano et principis Thomae[2] apud Hispanos gratia rem caecis suspicionibus implicat. Multum ab hoste incursatur tum Parmensis ager, tum Placentinus.

Dux Bernhardus[3] constituta re pecuniaria brevi se abiturum Germaniaeque rebus subventurum sperat. Et mittet ad magnum cancellarium, qui eum de ipsius animo consiliisque edoceant.

Gaudeo in Batavis effectum principis[4] authoritate, nequid de numeris discederet: et stipendia diligentius resque maris fortius tractari. Scenquiano castello recuperato[5], quod propediem futurum confido, expeditum erit principi alio vires vertere.

Leodii locus ad pacis colloquia non displicebat Gallis, ut se Batavorum rebus nonnihil aptarent, nec Britanno id incommodum videbatur. Sed pontifex suae majestati convenire judicat rem in Italia, si non confieri, certe incipi. Et ipse ad XII millia conscribit militum, partim in speciem virium, partim Venetorum de finibus quaedam disputantium odio an metu.

De Beverii[6] legatione spero optima nec deerit conferre, quicquid poterit, D. Scutamorius[7], qui te justo pretio, id est magni aestimat.

Quid de Seldeni libro[8] judicaturus sit magnus cancellarius, scire avebo. Hic aliqui se ad rescribendum parant, non minus quam apud Batavos Cunaeus[9].

Incidi his diebus in literas scriptas manu P. Pauli Veneti[10], viri, quem ex scriptis nosti, ad Gillotium, Parisiensem senatorem[11], in quibus haec legi[12]: ‘Si quam libertatem in Italia aut retinemus aut usurpamus, totum Franciae debemus. Vos et dominationi resistere docuistis et illius arcana patefecistis. Majores nostri pro filiis habebantur olim, cum Germania, Anglia et nobilissima olim[13] regna servirent ipsique servitutis instrumenta fuere. Postquam excusso jugo illa ad libertatem aspirarunt, tota vis dominationis in nos conversa est. Nos quid hiscere ausi fuissemus contra ea, quae majores nostri probaverant, nisi vos subvenissetis?’ Hanc partem literarum dignam quae exscriberetur judicavi, quod ad res temporum Friderici Primi[14] non parum pertineant.

1 Vittorio Amedeo. In plaats van de woorden ‘audire legatos’ heeft de copie in Den Haag: adiri legatis.
2 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Frederik Hendrik.
5 Over Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
6 Over Cornelis van Beveren en zijn zending naar Engeland zie VI no. 2277, p. 224 n. 3.
7 Burggraaf John Scudamore.
8 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
9 Petrus Cunaeus; zie over hem V, p. 80 n. 2. Seldens boek heeft hij niet beantwoord; vgl. VI no. 2179, p. 81 n. 10.
10 Fra Paolo Sarpi; zie over hem III, p. 153 n. 7.
11 Betreffende Jacques Gillot zie no. 2544, p. 73 n. 4.
12 Vgl. no. 2544.
13 In brief no 2544, waarin het citaat eveneens voorkomt, staat in plaats van olim: alia, hetgeen m.i. de juiste lezing is.
14 Frederik I Barbarossa; zie VI no. 2463, p. 507 n. 2.

Literas tuas in hostium manus pervenisse doleo; tamen nihil inde video nasci posse tuis aut publicis rebus adversum. Praeterea, ut recte dicis, contra malignos interpretes satis praesidii nobis esse in praestiti officii conscientia debet. De literis ad te sequar viam quam monstras, nisi per amicos interdum sit mittendi occasio.

Dei curae te omnemque familiam quantum possum commendo.

Illustrissimae Dominationi Tuae
observantissimus omni studio cultuque
H. Grotius.

Lutetiae, X Aprilis n.c. MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

In margine: Redd. Delfis A.^{o} 1636 11/21 April.

2546. 1636 april 10. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

Ick heb gisteren ende eergisteren ontfangen uE. brieven van den 10, 16, 19 Maert[2]. Bidde uE., dat immers de saecke van mijne papieren ende van Rotterdam[3] magh werden afgedaen, off dat wij een andere resolutie nemen. In de communicatie van de advysen, vertrouw ick uE. voorsichticheit heel wel. Maer, gelijck uE. seit, de vrese voor Alceus[4] doet alles ima(gi)neren. UE. can gemeene advysen senden door de wegh van mons.^{r} Abbesteeg[5], de impo(rtan)ter door Olivier[6].

't Is mij lief te verstaen, dat op het volmaecken van de Compagniën, de betaeling ende op de zee werdt gelet. Ick wenschte, dat ernstelijck gedacht wierd om een bequaem persoon bij de Bloemcool[7] te laeten gaen ende wensche, dat het Ireneus[8] waer, al waer het maer voor weinigh tijdt. Aelianus[9] had garen Valerius'[10] plaets. 't Senden van Aisma[11] geeft hier ende sal apparentelijck oock bij Thucydides[12] wat ombrage geven.

1 Hs. Amsterdam UB., coll. RK., R 1 l. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op nos. 2505, 2511, 2516; beantw. d. no. 2562.
2 Resp. nos. 2505, 2511, 2516.
3 Dit betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
4 Codewoord voor bestand.
5 Willem Abbesteegh, van 1628 tot 1638 ambassade-predikant te Parijs.
6 In de tekst in cijfer: 91.60.55.69.110.66. met de naam door Van Reigersberch erboven geschreven; Olivier wordt herhaaldelijk genoemd als correspondentie-adres.
7 Codewoord voor de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
8 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
9 Schuilnaam voor Petter Spiring Silvercrona.
10 Schuilnaam voor Ludwig Camerarius, Zweeds gezant in Den Haag.
11 Foppe van Aitzema, resident van de Republiek te Hamburg; de naam staat in de tekst in cijfer: 100.200.49. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
12 Schuilnaam voor Axel Oxenstierna.

Dat uE. Calaber[13], Numerianus[14], Fabius[15] onderhout in goede genegent-

13 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
14 Codewoord voor Amsterdam.
15 Schuilnaam voor Simon van Beaumont, Grotius' opvolger in het ambt van pensionaris van Rotterdam.

heit tot Iustinus[1], is niet quaedt, hoewel tot noch toe geene effecten daervan sijn gevoelt. 't Sal mij lief sijn, dat d'heer Beveren[2] wat goeds uitrecht ende sal garen helpen, soo ick can. Wat wij van den man, die nu te Venegiën[3] [is], hebben te verwachten, sal ick garen van uE. verstaen. Wil oock wel weten, off de sin van het epigramma[4] op den paus[5] gemaect oock de geestelijcken aldaer wel smaect. Mutato nomine. Scis caetera.

Van Brasyl ende Vrieslant sal garen al het vervolgh verstaen.

Hertogh Bernhard[6] doet hier instantie, ten einde Vindex[7] iet aenrechte jegens Mustafa Basse[8]. Hij selff meent te gaen na de Mosel[9], soude garen gelt hebben uit Vrancrijck, wel verseeckert door coopluiden, volck uit Duitschlant, Sweden, Groot Bretagne.

Den cardinael Ginetti[10] is nae Boulogne in Italië om de handeling van de paix daer te beginnen.

Den viceroy van Napels[11] armeert sterck te water ende te lande. Van Vrancrijck gaen oock eenige schepen nae de Middellandsche Zee, maer sie weinigh apparentie om de eilanden[12] weder te becomen anders als door een generale vrede, waernae overal seer werdt verlangt ende de guazettes selve beginnen daervan te spreecken.

Men adviseert ons, dat Warteman[13] van den keiser[14], Ognate[15] van Spaignie gaen nae Engelant met verscheide voorslagen tot accommodatie van het stuck van den Pals. De Spaignaerden nae de laeste slagh bij haer gewonnen, hebben Vespole ingenomen, sijnde bij Fransoisen verlaeten ende den hertogh van Modena[16] sterct hem tot Mozzano ende Rossena.

De handeling van vrede meenen eenige dat uit Italië wel te Trente ofte Constans soude connen werden gebracht. Maer apparentelijck sal den staet van de Vereenigde Provinciën niet lijden, dat men verre van daer handelt, ende daerom meene ick, dat gedacht sal werden op een neutrale plaetse daerontrent.

Vaert wel met alle de vrunden.

Den 10 April 1636.

1 Pseudoniem van Grotius.
2 Betreffende Cornelis van Beveren en diens missie naar Engeland zie VI no. 2277, p. 224 n. 3.
3 Willem van Liere. De woorden: ‘te Venegiën’ staan in de tekst in cijfer: 77.52. 93.33.62.72.9.71.52.15. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
4 Zie VI no 2465.
5 Urbanus VIII.
6 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
7 Codenaam voor Frankrijk.
8 Codenaam voor de Spaanse (=Zuidelijke) Nederlanden; Van Reigersberch heeft erboven geschreven: Nederlant onder Spainge.
9 De woorden ‘na de Mosel’ staan in de tekst in cijfer: 62.27. 12(=10).36(=33). 6(1).73.67.72.7. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
10 Martio, kardinaal Ginetti.
11 Manuel de Guzmán, graaf van Monterey.
12 Sainte Marguerite en Saint Honorat.
13 Mathias Werdemann von Sonderspühel.
14 Ferdinand II.
15 Iñigo Veléz de Guevara, graaf van Oñate y Villa Mediana.
16 Francesco d'Este.

De raedsheeren, die uit het parlement waeren gesonden[1], sijn weder gecomen. De officiën gaen op hooge prijs. Den coning[2], sedert dat sijnen broeder[3] Delbeen[4] - daer den coning secreten dienst van trock - heeft wechgesonden, heeft een gouverneur[5] uit sijnen naem gesonden tot Orléans.

't Pacquet op Hamburg sal uE. connen geven aen mijnheer Camerarius[6].

Ick hoor soo daetelijck, dat Aelianus[7] bedeckt daer is bij Aristoteles[8] om hem daernae te openbaeren. Wilt hem onderhouden soo veel doenelijck ende 't gemeen best bevorderen.

Alsoo een expresse afginck, heb ick uE. belast met de distributie van de brieven. Bidde de moeite te willen nemen.

Wilt bescheit doen vorderen op den brief aen Machaut[9].

Adres: Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raide in Hollant in Den Hage.

port.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den X April 1636 wt Paris.

2547. 1636 april 10. Van N. van Reigersberch[10].

Mijn Heere,

Hiernevens gaen twee concepten[11], het eene geautentiseert, sulckx het in den iare 1629 tusschen den heer marechal Valkenburch[12] ende eenyge van dese provintie op het welgevallen van sijn M.[teyt] van Sweden[13] was gearresteert ende geteyckent, aen de agreatie van hetwelcke oock bij de heer Valkenburch, naer ick van goeder hant ben onderricht, in het minste niet en wert getwijfelt; dan hebben de eerste aenleyders van dat werk tsedert de doot van de gemelte heere Valkenburch, die als gouverneur in Maechdenburch is gebleven, geen voorder vervolch van haer dessein gedaen. Warom eenyge andere aensienelijcke persoonen in

1 Jean Laisné, Foucaut, Jean Jacques Barillon, Sevin en Le Febvre; zie VI no. 2434, p. 468 en nn. 16, 17, 18, 19 en 20.
2 Lodewijk XIII.
3 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
4 Guy D'Elbène (Del Bene).
5 Hiertoe werd blijkens brieven van de koning aan Monsieur (Avenel, *Lettres de Richelieu* nos. CCXV en CCXVI - tome 5, resp. p. 436 en 437 -) Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny, gebruikt.
6 Ludwig Camerarius, Zweeds gezant in Den Haag.
7 Schuilnaam voor Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
8 Codenaam voor Holland.
9 Wellicht François de La Place, burggraaf van Machault; hij was in 1635 sergeant-majoor.
10 Hs. Amsterdam UB., coll. RK., M 8 a. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Tesamen met nos. 2535, 2543, 2553 en 2562 beantw. d. no. 2575. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 269.
11 Ontbreken.
12 Dietrich von Falkenberg, hofmaarschalk van Gustaaf II Adolf; hij was op 20 mei 1631 als Zweeds gouverneur van Maagdenburg bij de bestorming van die stad geneuveld.
13 Gustaaf II Adolf († 1632).

bedeincken hebben genomen hetselve te examineren ende genegen sijnde hetselve paucis mutatis selffs bij der hant te nemen hebben gewacht op bequamer tijt ende gelegentheyt van haer voornemen bekent te maecken. Ende alsoo sij oordeelden, den tijt nu niet onbequaem en was om hare goede intentie de coninginne[1] ende croone Sweden te doen verstaen, ende dat sulckx niet beter soude connen werden gedaen als bij yemant, die de qualiteyten ende gelegentheyt van degene, die haer daertoe presenteren, sijn bekent, soo hebben de heeren burgemeesters Beaumont[2] ende Oetges[3], iegenwoordych Gecommitteerde Raden in Hollant, den eenen vanwegen de stat Dordrecht, den anderen van Amsterdam, beyde seer considerabel in desen staet ende die in de importantste ende wichtychste affaires meest werden gebruyckt, mij voorgehouden, off uEd. difficulteyt soude maecken om wt haren name, die dit werck principalijck concerneert, het tweede concept, dat niet is geautentiseert, met sijne Ex.tie den heer rijxcancelier[4] met favorabel voorschrijven te communiceren, opdat door beleyt van gemelte heer rijxcancelier octroy van de coninginne ende croone Sweden tot soo dienstelijcken voornemen soude mogen werden vercregen. Desen voorslach mij werdende gedaen van twee uwe ende mijne confidente vrienden, gelijck sij bij alle occurentiën hebben getoont ende garen tonen souden, heb ick aengenomen, considererende, dat uEd. deselve seconderende gesamentlijck de croone Sweden ende personen van die meriten, uEd. sooseer geaffectionneert, soude connen dienen. Sende darom beyde de gemelte concepten hiernevens, met ernstych versouck, dat uEd. gelieve sonder (tijt)verlies deselve met sulck voorschrijven, als uEd. sal oordeelen daertoe meest dienstych te wesen, sijn Ex.tie den heer rijxcancelier toe te laten commen ende voorts den heren Beaumont ende Oetges soodanyge antwoorde gewerden, als uEd. daervan sal connen becomen, opdat de heeren, die mij hetselve ten hoochsten hebben gerecommandeert, mogen sien, wat devoir bij mij ende uEd. daerin is gedaen ende wat reeckenynge sij op den voortganck van haer voornemen hebben te maecken.

Desen 10 April 1636.

Adres: Mevrouw Mevrouw De Groot tot Paris.

In dorso schreef Grotius: 10 April 1635 N. Reig.

2548. 1636 april 10. Aan G.J. Vossius[5].

Non ingratas, vir clarissime, tibi filioque quas misi literas[6] sane gaudeo; nam quos amo, ab iis et redamari percupio.

Quod Petri[7] mei studiis favetis ambo, pro eo etiam gratias ago rogoque, ut

1 Christina van Zweden.
2 De Dordtse burgemeester Simon van Beaumont (1588-1637), wel te onderscheiden van zijn naamgenoot, die na eerst pensionaris van Middelburg te zijn geweest Grotius in dit ambt te Rotterdam opvolgde.
3 Anthony Oetges van Waveren, meermalen burgemeester van Amsterdam.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 7. Deze copie vertoont enige slordigheden in schrijfwijze. Gedrukt *Epist.*, p. 225. Antw. op no. 2512.
6 Dl. VI nos. 2407 en 2435 aan G.J. Vossius en ibid. no. 2487 aan diens zoon Matthijs.
7 Grotius' tweede zoon Pieter bevond zich voor zijn studie in het vaderland, waar Vossius een oog op hem hield.

eum excitetis ad operam, quam nuper ei indixi vertendae in puram Pandectae latinitatem meam Batavici juris institutionem[1].

Neque hortatores tantum vos esse, sed et, quando opus erit, adjutores cupiam. Anthologia[2] tota editioni parata est, sed typorum Graecorum, quos mihi filius[3] transmiserat, species mihi non placet. Valde amem tales, quales sunt in Stephanica Anthologiae editione cum notis illis discriminatricibus[4]. Sed forte nusquam tales reperiamus. Indices quoque addi velim exactos poëtarum, et de quibus agitur, hominum, rerum, locorum. Ita enim liber utilior fiet monstrantibus viam etiam prolegomenis meis, quae parata habeo. Rogo dispicias, ubi editio et accuratissima possit fieri et cum maxima celeritate.

Tua de Poëtica[5], filii Maimonidem[6], immo[7] de pectore ubi prodierint, duplici cum gaudio legam et ob scriptores et ob argumenta scriptionis. Origenes[8] dudum est, quod impatienter desidero: Salmasius[9] ea in re exspectandus non erit prolatator nimius. De Tacito non debet a me commentarius exspectari nec dissertationes politicae[10]. Sed si quis edere velit, cum iis, quae Lipsio[11] et illis Gruterianis scriptionibus[12] notata, possum correcturas emendationum sexaginta aut circiter addere, ut illa quoque nova accessione opus commendetur.

Schickardo[13] bene te voluisse non dubito et ex literis tuis certior fieri gaudeo.

1 *Inleiding tot de Hollandsche rechts-geleertheyd. Beschreven by Hugo De Groot*. In s'Graven-Hage, By de Weduwe van Hillebrant Iacobsz. van Wou. 1631. Van een latijnse vertaling door Pieter de Groot is kennelijk niets gekomen.
2 Over deze *Anthologia* zie VI no. 2407, p. 426 n. 7.
3 Diederik, die na een verblijf in het vaderland zich weer te Parijs bij zijn ouders had gevoegd.
4 Zie voor Henricus Stephanus en zijn *Anthologie* VI no. 2407, p. 426. n. 8.
5 Zie no. 2512, p. 33 n. 3.
6 Vgl. no. 2512, p. 32 n. 10.
7 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist*.; de lezing is onzeker.
8 Vgl. no. 2512, p. 33 en n. 4 aldaar.
9 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden.
10 Vgl. VI no. 2173, p. 70 n. 7; zie ook no. 2512, p. 33.
11 Justus Lipsius (1547-1606), hoogleraar o.m. te Leiden (1578-1591), daarna te Leuven. In 1581 gaf hij zijn commentaar op de *Annales* van Tacitus uit: *Ivsti Lipsi Ad Annales Corn. Taciti Liber Commentarivs, Sive Notae*. Antverpiae, Ex officina Christophori Plantini, Architypographi Regij. M.D.LXXXI, en in 1588 zijn *Ivsti Lipsi Ad. C. Cornelium Tacitvm Cvrae Secvndae*, Apud Franciscum Raphelengium. M.D.LXXXVIII, een - ondanks de titel - derde verzameling noten op de werken van Tacitus; de eerste collectie was toegevoegd aan Lipsius' Tacitusuitgave van 1574 *(C. Cornelii Taciti historiarvm et Annalivm libri qvi exstant, Ivsti Lipsii studio emendati & illustrati ... Eivsdem Taciti liber de moribvs Germanorvm. Ivlii Agricolae vita. Incerti scriptoris dialogvs de oratoribvs svi temporis* ... Ex officina C. Plantini: Antverpiae), de tweede in die van 1585 *(C. Cornelii Taciti Opera qvae exstant, ex Ivsti Lipsii editione vltima: et cum eiusdem ad ea omnia commentariis ... Scripta et addita ab eodem singulis libris breviaria, etc.* Apud C. Plantinum: Antverpiae 1585). In 1589 was voorts van zijn hand verschenen: *Ivsti Lipsi Politicorvm Sive Civilis Doctrinae Libri Sex, Qui ad Principatum maximè spectant*, Lvgdvni Batavorvm, Ex officina Plantiniana, Apud Franciscum Raphelengium. M.D.LXXXIX.
12 Van de filoloog en historicus Janus Gruterus (1560-1627) was in 1604 verschenen *Varii Discursus; sive prolixiores Commentarii ad aliquot insigniora loca Taciti atque Onosandri*. In bibliopolio Commeliano, en in 1627 *Ad Cornelium Tacitum discursus aliquot ... Editione secunda auctiores*. Francofurti a.M. Zijn Tacitusuitgave was van 1607: *Cornelii Taciti Opera quae exstant.* Francofurti.
13 Betreffende Wilhelm Schickard zie IV, p. 481 n. 5.

Sed exonero te ea cura. Mortuus est enim ex peste. De eo hoc fecimus epigramma a Berneggero[1] moniti:

Qui stadium Solis penitusque latentia Caelo
Sidera, qui voces norat Hebraee tuas.
Optimus interpres, quam Bosphorus alluit, aulae
Cui melius multo quam sibi notus Arabs.

Pestifero rapitur Schickardus sidere: docti
Flent, simulatque artes discere quisquis amat.
Vix talem seri poterunt sperare nepotes
Ut nunc a morbis secula longa vacent.

Mea meique tibi ac tuis omnibus, ut semper, prosperrima precantur.
Tibi devinctissimus
H. Grotius.

Lutetiae X Aprilis MDCXXXVI.

2549. 1636 april 11. Van B. Damcke[2].

Excellentissime Nobilissime Domine,

Is ipse dies, qui praeter opinionem prosper mihi apparebat, magno me infortunio innocentem auxit. Dies erat vigesimus quartus mensis Martii, quo a meritissimo parente meo[3] literae mihi redditae sunt, quas, Exc. T. praestita reverentia offerendas praesentium portitoris, inclytae nationis nostrae Germanicae secretarii[4], fidei commisi. Unde is tam inclytae nationis Germanicae quam meo nomine Magnif. T. compellatum venit. Demisit me in infestum quendam casum, quem praesens enarrabit, fortuna, ac in squalidum carcerem condidit, donec, postquam omnibus de innocentia mea constabat, totius inclytae nationis Germanicae intercessione et adiumento e carcere post octiduum emissus sum, ea tamen lege, ne, antequam longior processus finem sortitus fuerit, urbe excedam.

Accedit huic malo aliud, habenda nimirum cautio. Interea, dum haec serio tractantur, hospes meus[5] moritur, cui pro novem mensium victu et aliis obstrictus sum. Cautionem igitur quis adiungeret, nullibi gentium erat. Nepoti[6] tandem hospitis defuncti, viro non tam lautae rei, quam bonae fidei, vicem meam doluit. Nota autem omnibus inter defunctum et me insignis familiaritas et, quod nunquam serii quidquam iurgii cum eo mihi intercesserit, ex quo amicitiam coluimus: ea animorum coniunctio fuit, ut vel vitam pro eo cum morte commutare non renuissem, apud quem ultimum

1 Matthias Bernegger; zie over hem III, p. 300 n. 6. Het epigram komt niet in de *Poemata* voor: noch in de editie van 1639 noch in die van 1645 (beide te Leiden bij Hieronymus de Vogel; Ter Meulen-Diermanse, resp. n. 2 en 5).
2 Hs. Leiden, UB. cod. B.P.L. 749. Eigenh. oorspr. Voor de schrijver zie V, p. 48 n. 12.
3 Joachim Damcke; zie V, p. 231 n. 1.
4 Otto Mühlphort uit Hamburg was van maart tot juni 1636 procurator van de Duitse Natie te Orléans.
5 Niet geïdentificeerd.
6 Niet geïdentificeerd.

in coena fui ea vespera, qua fatalem horam obiit. In casu etiam non adfui: vel, si adfuissem, manu dextra libere uti licuisset. Oberat nihil,

quam quod caedis autor concivis meus, qui evaserat, eadem mecum mensa uteretur. Quae omnia prolixius praeter innocentiam meam Ampl. T. ex praesente cognoscet.

Supplex igitur Nobilitati T. colendissimi patris mei literas offero, unice simul obsecrans, velit observantiam totius inclytae nationis Germanicae agnoscere, eius authoritatem, qua uti etiam nervo rei gerendae me iuvit, non abiicere, mihi in adversis, dum res summe postulat, succurrere, meae famae, quae pari cum vita passu ambulat, rationem habere, veteremque erga me affectum testari, non dedignetur.

Vide, quaeso, Amplissime Domine, quanto in periculo haeream, nisi tuo salver auxilio. Neque solus ego, sed omnia, quae alicui in mundo cara, inter quae primas fama obtinet, esse possunt, a T. benivolentia, Nobilissime Domine, pendent. Respice me in adversis meis, ne peream. Non deeris innocenti, Amplissime Domine, consilio tuo, quo magis omnia felicius procedant. Et, quod summa rei praeterea est, tua apud mercatorem fideiussione res meas promovere non gravaberis. Ego hoc sancte promitto me, quam primum voti ac petitionis meae compos factus fuero, ilico hinc ad vos abiturum esse. Verum fatebor non minus quadringentis coronatis me hinc discedere posse, quibus hoc praesertim casu summe necesse habeo unice praeterea precans, si forte aliquot florenis praeterea opus fuerit, ne id mihi morae sit.

Commodam sane per mercatorem conditionem novi. Nam M.^{r} Trorin[1], marchand flamand à Paris, si modo ad M.^{r} Rouseau[2] huc scripserit, nil obstat, quo minus fideiussione tuae Nob. statim solvatur. Sed verbo omnia tuo, Magnifice Domine, pendent, quo me servare potes. Hoc ut indubius opto, sic per omnia sacra rogo.

Excellentissimae Amplitudinis Tuae addictissimus
et aeternum devotissimusque cultor
Bernhardus Damke.

Aureliis Ligerinis, A.^{o} XP MDCXXXVI. 11. April.

Onder aan de brief met latere hand: Ex. Domino Hug. Grotio legato.

2550. 1636 april 11. Aan A. Oxenstierna[3].

Excellentissime Domine,

Cardinalis Guenettius[4] jam Roma Bononiam abiit a pontifice[5] dilectus ad pacem constituendam inter ecclesiae romanensis columina. Legati ab imperatore[6], qui ante a me perscripti, Bambergensis episcopus[7], Fuggerus[8], Curtius[9], ab

1 Niet geïdentificeerd.
2 Niet geïdentificeerd.
3 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Tesamen met o.a. nos. 2536, 2574 en 2585 beantw. d. no. 2612. Gedrukt *Epist.*, p. 226; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 169.
4 Martio, kardinaal Ginetti.
5 Urbanus VIII.
6 Ferdinand II.
7 Franz von Hatzfeldt und Gleichen, bisschop van Würzburg; zie VI no. 2413, p. 436 n. 1.
8 Johann Ernst Fugger; zie VI no. 2413, p. 436 n. 2.
9 Ferdinand Siegmund Kurz; zie VI no. 2413, p. 436 n. 3.

Hispano[1] dux Alcala[2], Melo[3], cancellarius Mediolanensis[4]; his alium Mediolanensem[5] adjunget Leganesius[6], Belgam[7] cardinalis Hispanus[8]. A Gallia Brezaeus[9], Davausius[10], Feuquerius[11], Charnassaeus[12] destinantur.

Poloni de conjugio regis sui[13] cum Palatina[14] non dubitant. Legatus tamen Anglicus[15] sic loquitur, quasi id non credat; puto, ne ante tempus suspecta sint nobis Angliae consilia.

Idem legatus a Gallis responsum adhuc exspectat super proposita a se quaestione, an, si arma Gallis jungant sua, Galli in bello perstituri sint, donec non Palatinae tantum terrae sed et electoratus ad veterem dominum redeat.

Interea multae literae nuntiant ire in Angliam legatos a Vienna Wartmannum[16], ab Hispania Ognatum[17].

Qui in Anglia aerarii curam accepit Londinensis[18], totus a Cantuariensi[19] pendet et creditur sancte functurus eo munere.

Dux Vinariensis[20] hic etiamnum detinetur. Vellet de pecunia Gallica certus esse interposita mercatorum fide. Militem mallet Germanum, Suedum, Britannicum. Consilia sua per Ponicam[21] Sublimitati Tuae significabit excusabitque factam Magontiaci jacturam.

Dux Parmensis[22] simul Galliae fines exiit, amovit a se secretarium suum[23], quod is Galliae ministris nimium se fecisset familiarem.

Episcopus Burdegalensis[24], ut nunc omnia etiam belli per homines hujusmodi procurantur, it cum classe in mare Ligusticum. Recuperandi insulas[25] spem nullam esse nisi per pacem tum ex hominibus provinciae Narbonensis tum ex iis,

1 Philips IV.
2 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
3 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna; zie VI no. 2260, p. 197 n. 1.
4 Don Antonio Ronquillo.
5 Graaf Schinchinelli.
6 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés, gouverneur van Milaan.
7 Pierre Roose; zie over hem VI, p. 507 n. 14.
8 De kardinaal-infant don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
9 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
10 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
11 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
12 Hercule Girard, baron van Charnacé.
13 Wladislas VII (IV).
14 Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts, en van Elisabeth Stuart, dochter van Jacobus I van Engeland. Het huwelijk heeft geen doorgang gevonden.
15 Burggraaf John Scudamore.
16 Mathias Werdemann von Sonderspühel.
17 Iñigo Veléz de Guevara, graaf van Oñate y Villa Mediana.
18 William Juxon, bisschop van Londen; zie V, p. 445 n. 8.
19 William Laud, aartsbisschop van Canterbury.
20 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
21 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
22 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
23 Le sieur Gofredi.
24 Henri d'Escoubleau de Sourdis, van 1629 tot zijn dood in 1645 aartsbisschop van Bordeaux.
25 St. Honorat en Ste. Marguerite.

qui cum classe ituri sunt, intelligo. Bene ibi se muniere Hispani, naves habent plurimas, Italiam omnem aut suarum partium aut extra partes.

Frater regis[1] iratior metuitur esse post depulsum Delbenium[2], ideo Aurelianae urbi praefectum suo nomine rex[3] dedit.

Vienna scribitur XVI Polonorum, puto Cosaccorum, millia in usum imperatoris conscribi: mitti inde ad Italicum bellum mille quingentos equites, pedites bis mille et quingentos.

Neoburgicum[4] nihil obtinuisse, praeter literas ad cardinalem Hispanum ac Piccolominium[5]. Alii indidem scribunt imperatorem, ut Anglum[6] sibi conciliet, in eo laborare, quod diu jam dicitur, ut electores sint novem, in iis Palatinus[7] et ex episcopis novus; Bavaro[8] dare velle partem Austriae ipsi propinquam, ut a Palatinatu discedat. Sunt tamen in Italia, qui aliter de ea re disserunt et ajunt Palatino pro Palatinatu alias terras datum iri; jus autem electoris post mortem Bavari.

Regni Neapolitani rector[9] terra marique vires comparat magnas, qui mos Hispanis tunc maxime, cum de pace fervent colloquia. De pace actionem a Bononia migraturam Tridentum, Constantiam aut Lindavium varii, ut fit, varie augurantur. Nec desunt, qui haec omnia in speciem ostentari jactarique putant. Revera Romae Estraeum[10] cum Papa in arcano de conditionibus conventurum. Papa ipse XII millia peditum conscribit. Parat aliquid militis et dux Etruscus[11] Pisasque firmat. Dux Mutinensis[12] Parmensi[13] gravis ad Mezzanum et Rossenum, per quae Mutinensis ager Mediolanensi connectitur, munivit se diligenter; caeteroqui qui post prosperam Hispanis pugnam captamque ab illis Vespolam nihil magni ibi agitur.

Creditur controversiae de Valle Telina jam diu in conventibus Rhaetorum agitatae is futurus exitus, ut protestantium religio e Valle exsulet, jurisdictio civilis et criminalis penes Vallitelinates maneat, jus transitus retinentibus Rhaetis; si quid controversi inciderit, stetur Gallicorum legatorum arbitrio. Et de religione quidem merito dolet protestantibus. Jus autem imperii imminutum graviter conqueruntur et romanocatholici, non obscura poenitentia in ipsa viscera admissi militis Gallici, ita ut jam imperia detrectari nequeant. Nec tacent quidam aequiora ab Austriacis potuisse obtineri.

Hochburgi damnum magni fieri video ob loci situm repertosque ibi belli paratus.

Spero propediem me reditum Tuae Sublimitatis Stralsundum ejusque res prosperas intellecturum.

1 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
2 Zie over de kwestie met deze D'Elbène no. 2534, p. 59.
3 Lodewijk XIII.
4 Wolfgang Wilhelm, hertog van Neuburg en Jülich-Berg.
5 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
6 Karel I.
7 Karl Ludwig, oudste zoon van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts; vgl. V, p. 112 n. 12.
8 Maximiliaan, keurvorst van Beieren.
9 Manuel de Guzmán, graaf van Monterey.
10 François Annibal, hertog van Estrées, markies van Coeuvres.
11 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
12 Francesco d'Este, hertog van Modena.
13 Odoardo Farnese, hertog van Parma.

Deus, Excellentissime Domine, id faciat cunctaque ad bonum commune dirigat.
Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 1/11 Aprilis 1636.

Docent me recentiores literae ad complendum illum XVI millium, de quo scripsi, numerum, Germanos, qui in Silesia agunt, una cum novis e Polonia copiis numerari.
Dum hic in manibus haeret pecunia, diffluit ducis Bernhardi exercitus et optima supplendis numeris tempora praetereunt.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2551. 1636 april 12. Van Ch. Marini[1].

Monsieur,
Ensuicte de ce que ie vous ay envoyé par mes précédantes ie vous addresse celle-cy ouverte (?), n'ayant pas loisir de vous escrire plus amplement.
Ceste diversion de monsieur le duc[2] faira retirer sans doute les Allemans de Parmesan où ils ont pris tout fraichement le bourg appellé Val Datero les Espagnols y tenant encor le chasteau de S. Jean.
On faira passer ce prinstemps 3 ou 4^{m} hommes en Italie où les Austrichiens sont forts, et les nostres y font la guerre avec peu de progrez.
Je vous reccomande de plus en plus mes affaires particulières vivant icy parmy une intolerable cherté qui me travaille (?) fort et si jusques au mois de Juin monseigneur le gran chancelier[3] ne m'envoye quelque argent je seray contraint de l'aller trover où il sera, ne pouvant vivre à la cour d'un gran chancelier, abandonné de telle sorte.
Pour fin je vous baise les mains et demeure, monsieur,
Vostre très humble et
très obéissant serviteur
Marini.

Du Camp de Trahone, ce 12 d'Avril 1636.

In dorso schreef Grotuis: 12 April 1636 Duc de Rohan, Marini.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2581. Voor Charles Marin (of Marini) zie men V, p. 436 n. 4.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in Graubünden en de Veltlin.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

en: 29 *(sic)* April 1636 Marini.
Rec. 29 April n. st.
Onderaan de brief: Mon.^{r} Grotius.

2552. 1636 april 13. Van C. de Groot[1].

Venerande Parens,

Tuas XXVII Martii et Apr. III e novo cal. datas[2] cum implicatis ad dominum magnum cancellarium[3] biduum est, quod recepi. Quod ut antehac aliquoties ita nunc quoque per me quam per alium curari istas utilius meliusque existimas, atque adeo in omnibus quanta tibi mei sit curae (!), quamque rebus meis consultum cupis, innumeris modis ostendis ecce iterum, immortaleis (!) tibi habeo gratias, quas habebo equidem, quamdiu hac fruar vita, cuius quicquid demum est, id omne tuo beneficio acceptum refero.

De Mousterii[4] tabulis ut et chartis Hottomannicis[5] speratoque ab admissionalibus[6] salario quod sit magni cancellarii consilium, scripsi tibi Vismarda[7]. Nunc vero cum de tuis toties conquereris trimestribus deque domini Spiringii[8] in solvendis, quae debentur, tarditate, non video, qua ratione id negotium procedat, eo quo monuerat modo magnus cancellarius, primum quod constituere de re communem Sueciae liberalitatem aut potius gratitudinem spectante hac praecipue rerum tempestate in ancipiti sit, tum quod non judicem tibi sufficere pecuniae tantum, quantum istas ferat erogationes solitis maiores gravioresque. Ego non desinam et hunc et si quis alius eo in negotio scrupulus se obiecerit, eum movere dominum magnum cancellarium, quod hac quidem occasione fieri non posse, aegre equidem atque dolenter fero. Fieri autem non potest propter appropinquans sanctissimum Paschatis festum, ad quod continuis his diebus praeparat se haec aula, et solito more peccatis expiat.

Si quid obvenerit in posterum, quod et scire nos tui muneris intersit et celare caeteros cupias, poteris, cum apud nos sit instituta notarum charta, iis uti, quotiescunque libebit.

Smalzium[9] a nobis exspectari scies, si praecedentes litteras acceperis, e quibus et Spiringii absentiam et initum illi cum Bommelia[10] matrimonium intellexeris. Quae novarum rerum ibi agitatarum ad me miseras recte perlata fuere, fecique et epigrammatis tui et mutatae in novo ponte inscriptionis participem dominum magnum cancellarium.

Mitto ecce, ne torpentem me credas, e Belgico a me translatum carmen virulentum in Saxoniae electorem[11] in quo mutavi quaedam, alia praeterii, verbis autem nusquam me adstrinxi; prodiit illud ante duos iam menses, atque ut ad nos

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 25. Eigenh. oorspr.
2 Niet meer aanwezig.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna; één van de bedoelde brieven is stellig no. 2527 dd. 27 maart.
4 Daniel Dumoustier.
5 Jean Hotman.
6 Anne, graaf van Brulon, en René Giraut. Zie over hen en vorengenoemden VI no. 2265, p. 205; zie eveneens aldaar no. 2453, p. 495.
7 No. 2541.
8 Petter Spiring Silvercrona; hij was raad van financiën van Zweden.
9 Peter Abel Schmalz, secretaris van Oxenstierna.
10 Jaene Dore, weduwe van Jan de Bommert uit Amsterdam; vgl. no. 2506, p. 21 n. 1.
11 Johann Georg, keurvorst van Saksen.

pervenit, ita statim, in multorum gratiam, quibus ignotus erat sermo Belgicus, latinitate donavi; sicubi in hoc tam exiguo opere lapsus fuerim, festinationi agnoscas rogo, nam intra biduum postquam receperam, consummatum absolutumque domino magno cancellario tradidi. Nunc in sermone Germanico, ut mones toties, occupatum me teneo transiturus inde ad alia, quae proponis non minus necessaria.

Novorum ingens heic sterilitas post ultimam illam nostrorum de Saxone victoriam, quod extremum bellicae suae virtutis monumentum reliquit nobis ad Britannos suos reversus Redvinius[1]; cuius dein exemplum secuti alii atque alii, quos inter et Gustavus, regis Gustavi nothus[2], a Bannerio[3] ad iram minis praecipiti secedit.

Joannes Nicodemi[4], cuius nuper usus fuit in pactionibus Gallicis, a St. Chaumontio[5] gemma donatus est, cuius pretium aestimatur ad CCCC imperiales, quae res admissionalium exspectationem commendare videtur.

Deus te, venerande Parens, nec publici nec nostri incuriosum servet diu atque cum matre mea faelicissime custodiat.

Tuus tibi obedientissimus filius
Cornelius Grotius.

Stralsundiae, Aprilis III/XIII 1636.

Vestibus indigeo maxime, cum istae, quibus usus fui hactenus, et tritae nec ullius sint pretii, nec ulla datur heic occasio ad comparandas alias in urbe multorum indiga, cui accedit, quod abest Spiringius atque abfuturus credatur aliquo adhuc tempore; rogo itaque, ne me patiaris earum egentem, quaecunque apud vos sunt, cum possint commode ad nos transferri, procul ullo a milite, periculo averso alias in partes.

Libros per Poortium[6] accepi iam. Rogat itidem te huius aulae praefectus[7], cuius mira erga me humanitas mirusque supra quam dixerim favor, uti ipsi quoque amictus ibi procuretur, qualem inserta scheda describit, quem, si in itinere pereat, periturum sibi, caeterum de sumptibus se vel heic vel alibi satisfacturum tibi, quod beneficium ne recusetur viro nobis ad omnia parato, rogo etiam atque etiam. Vrangelius mareschallus[8] Stetini nuptias celebrat cum nobili virgine e Nassaviorum familia[9], nondum soluto Gaertzae obsidio. Hatsveldii[10] copiae ad VIII armatorum millia aestimantur.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 24 Maii n.s.

1 Patrick Ruthven; zie over hem VI no. 2396, p. 409 n. 9.
2 Gustaf Gustafsson, graaf van Nystadt en Wasaburg, onechte zoon van Gustaaf II Adolf van Zweden; hij was van 1634 tot de vrede van Münster in 1648 bisschop van Osnabrück en overleed in 1653.
3 Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
4 Johannes Nicodemi van Ahausen, Zweeds gevolmachtigde in Pruisen.
5 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII van Frankrijk bij Oxenstierna.
6 Jacob Adriaensz. Verpoorten, Nederlands koopman te Hamburg.
7 Niet geïdentificeerd.
8 Herman Wrangel (1587-1644), veldmaarschalk, vice-gouverneur van Pruisen.
9 Amalia van Nassau-Siegen (1613-1669); het huwelijk vond plaats op 20 april 1636.
10 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.

2553. 1636 april 14. Van N. van Reigersberch[1].

Mijn. Heer,

Dat graeff Ian van Nassau[2] over Mase naer Cleeff met den cardinaels infantes[3] volck tot ontseth van Schenckenschans[4] was getrocken, sal uEd. wt mijn leste brieven[5] hebben verstaen. Desen sal uEd. nu seggen, dat bij graeff Ian Picolomini[6] met sijn troupes hem hadde gevoucht ende gelijckelijck tot Cleeff sijn geweest sterck, soo men seyt, 6000 à 7000 te voet, 10000 paerden. De wercken van graeff Willem[7] in de Duffel hadden sij gedaen besichtygen, maer oordeelende deselve te sterck om deur te breecken, niet vindende om menschen off paerden te voeden, was graeff Ian wederom over Mase teruggegetrocken ende Picolomini met sijn volck naer het lant van Gulyck. Tegenwoordych is graeff Ian met sijn volck in de Meyerie van den Bosch, daer hij noch meer volckx bij hem crijcht, maer is weynych apparentie, dat hij yet op de Maeskant bij gebreck van vivres sal connen attenteren.

Men sal eerstda(echs) het fort Schenck met gewelt attaqueren, dat is, soo haest het water wat laeger is, ende hout men nu hetselve voor den viant verlooren; maer men moet tijt winnen, om den viant geen occasie te geven door diversie eenych voordeel te doen.

Brieven van Hamburch seggen, den generael Bannier[8] wederom was over de Sael getrocken om te slaen Hatsvelt[9], die met keyserlijcke volck tot secours van den Sax[10] quam, eer sij waren geconiungeert, ende hadden sij daer brieven van Leypsich, dat de gemelte Bannier een regiment dragonners hadden[11]. Verscheyde advisen gaen breeder ende spreecken van een generale defaite van de Saxische, doch seckerheyt hebben wij niet.

Tot Francfort was een keysersche ambassadeu(r)[12] om te gaen naer Engelant, ende presenteert den keyser[13], immers laet hij sulckx verluyden, dat hij den palsgraeff[14] wil restitueren portionem non contemnendam van het Palatinaet, dat is den Nederpals, ende het electoraetschap maecken ambulatoir, dat is, dat den iegenwoordygen palsgraeff naer doot van den Beyervorst[15] de keure soude hebben ende naer des palsgraven doot wederom een van de successeurs van den Beyervorst; materie genouch om Engelant tot handelen te brengen ende soo tijt te winnen.

1 Hs. Amsterdam, UB. coll. RK., M 8 b. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Met nos. 2535, 2543, 2547 en 2562 beantw. d. no. 2575. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v, Reigersb.*, p. 271.
2 Jan de Jonge, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2511 p. 28 n. 3.
3 Don Fernando, kardinaal-infant van Spanje; zie IV, p. 412 n. 11.
4 Betreffende Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
5 Zie nos. 2511, 2516, 2521 en 2531.
6 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
7 Willem, graaf van Nassau-Siegen, veldmaarschalk.
8 Maarschalk Johan Gustavsson Banér.
9 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen; zie VI no. 2413, p. 436 n. 1.
10 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
11 Hier zal het woord ‘geslagen’ of iets dergelijks zijn uitgevallen.
12 Mathias Werdemann von Sonderspühel.
13 Ferdinand II.
14 Karl Ludwig, oudste zoon van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts.
15 Maximiliaan, keurvorst van Beieren.

Oock wert hier verwacht den grave van Arondel[1], die vanwegen den conynck van Engelant[2] naer den keyser gaet.

Van Stockolm heb ick advisen gesien; meene, die sijn van den man van[3] Terentius[4], dat men sprack van viceroy te maecken ende dat het ooch viel op Tuchidides[5]. Dat[6] Vindex[7] man[8] met Xenocrates[9] is verdragen, wil men hier mij doen geloven; dat is seecker, dat hij weder bij Nerva[10] was.

Melander[11] is hier gisteren gearriveert met noch een commissaris van den lantgrave[12], genaemt Chester[13], ende hoort men weynych apparentie, dat den lantgrave met den keyser sal verdragen; tot hostiliteyt commen sij noch niet.

De defaite in Italiën wert hier seer cleyn gemaeckt.

Calaber[14] soude garen van Iustinus[15] weten, off de dedisgr[a]tie van Bresé vast gaet[16], met de particulariteyten daervan. Hetgene Hannibals[17] man, die bij de[18] Latou[19] comt, verrichten sal, wilde Irenaeus[20] wel wesen geadviseert, ende hetgene van Stesichorus[21] occurreert.

Van Caesar[22] wachte ick tijdynge.

Met Manlius[23] staet het in deselffde pointen, dan sal Gracchus[24] dat werck

1 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie over hem o.a. V, p. 318 n. 12.
2 Karel I.
3 De woorden ‘van den man van’ staan in de tekst in cijfer: 115. 323. 929. 288 met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven.
4 Codenaam voor Frankrijk; Grotius heeft er ‘Vranckrijck’ boven geschreven. Bedoeld is Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
5 Schuilnaam voor de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna; Grotius heeft erboven geschreven: Canc.
6 In de tekst in cijfer: 277. met ontcijfering door Grotius.
7 Codenaam voor Frankrijk.
8 In de tekst in cijfer: 979. met ontcijfering door Grotius.
9 Schuilnaam voor Axel Oxenstierna.
10 Codenaam voor Hamburg.
11 Peter Melander, graaf van Holzapfel (1585-1648). Hij trouwde later te Groningen met Agnes van Efferen, weduwe van Bernhard Bogloff von Platen.
12 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
13 Reinhard Scheffer (1590-1656), diplomaat; hij vertegenwoordigde Hessen-Kassel sedert 1638 bij de vredesonderhandelingen te Mainz, Keulen, Regensburg, Münster en Osnabrück.
14 Schuilnaam voor Frederik Hendrik; in margine heeft Grotius geschreven: Pr. Or.
15 Pseudoniem van Grotius.
16 De woorden ‘de dedisgratie ... gaet’ staan in de tekst in cijfercode: 189. 10.72.53.79.67.97.77.110. 114. 84.74.76.51(=52). 81.70.103. 56.99(=98).26. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven. Het betreft Urbain de Maillé, markies van Brezé.
17 Hannibal is een schuilnaam voor Ferdinand II; Grotius heeft er ‘Keysers’ boven geschreven.
18 De woorden ‘man, die bij de’ staan in cijfer: 818. 1007. 50.108(=109). 1236. met de ontcijfering door Grotius erboven geschreven.
19 Codewoord voor Frankrijk; Grotius heeft er ‘Vr.’ boven geschreven. Het betreft de priester Sebastien Lustrier.
20 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
21 Codewoord voor vrede, met de betekenis door Grotius erboven geschreven.
22 Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam, alsnog uitbetaald te krijgen.
23 Schuilnaam voor Adriaen Pauw; hij bevond zich nog steeds tegen zijn zin in Parijs. Vgl. no. 2505, p. 18 n. 9.
24 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.

wel te boven commen. Somyge sagen Serranum[1] garen bij Eusebius[2]; Iovinianus[3] is daertegens. Hanno[4] heeft mij noch vandage verclaert, dat hij Terentius[5] niet souckt te lesen.

Wat uEd. goet sal vinden van de concepten, bij mij uEd. toegesonden[6], gelieve uEd. mij te laten weten, ende dat in sulken vougen, dat ick degene, die uEd. intercessie hebben versocht, mach toonen, dat uEd. genegen is voor haer wat te doen. Meerder van de saecke sal ick uEd. met meerder tijt laten weten.

Krayenburch[7] aen een quartiermeesterschap te helpen, ware niet eere genouch, alsoo doorgaens die plaetsen bij luyden van seer slechte conditie werden bedient. Het beste waer de wapenen te dragen onder een regiment, daer de compangiën sonder nominaties worden bij sijn Ex.[tie8] begeven, ende alvoren te sonderen, off sijn Ex.[tie] genegentheyt soude hebben hem bij occasie te favoriseren; aen een vendel waer wel te helpen, dat beter trap soude wesen tot meerder als een quartiermeesterschap. Den heer Wyts[9] presenteert in het leger hem alle vrienschap te doen, oock dickwels aen sijn tafel te nemen ende voort te trecken; daer soude connen hooren ende sien. Vooral most hij bij van den Bosch continueren, die genegentheyt toont; hij doet wel, dat hij die met brieven cultiveert. Mijn opinie soude wesen van daer niet te commen, vóór het leger te velde gaet, dat mogelijck soo haest niet wesen en sal; want de tale ende goet fatsoen om met luyden van qualiteyt om te gaen dient wel te hebben. Soo de exercitiën hem niet te Paris en hielden, soude best bij Fransen alleene op het lant dienen; dat is mijn gevoelen.

Blijvende in alles genegen om uEd. ende de uwe te dienen.

Desen 14 April 1636.

Adres: Mijnheer Mijnheer De Groot, Ambassadeur van de Coninginne ende Croone van Sweden bij den Alderchristelijcksten Coninck.

In dorso schreef Grotius: 14 april 1636 N. Reig.

2554. 1636 april 14. Aan J. de Voisin[10].

Vir Nobilissime,

1 Schuilnaam voor Adriaen Pauw.
2 Schuilnaam voor De Richelieu; Grotius heeft erboven geschreven: Card. de Rich.
3 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
4 Schuilnaam voor Cornelis van der Myle.
5 Grotius heeft er 'Vr.' boven geschreven.
6 Vgl. no. 2547 dd. 10 april.
7 Diederik, Grotius' jongste zoon; hij had in het vaderland onder leiding gestaan van de luitenant-generaal der artillerie Johan van den Bosch. Vgl. ook no. 2509, p. 25.
8 Frederik Hendrik.
9 Jacob Wyts; zie over hem III, p. 80 n. 11.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 7; bevat een aantal onnauwkeurigheden in schrijfwijze. Gedrukt *Epist.*, p. 227. Antw. op no. 2495; beantw. d. no. 2644. Betreffende geadresseerde, Joseph de Voisin, zie men no. 2495, p. 1 n. 1.

Legi cum voluptate, quae miseras ex hebraeis latina[11] ex latinis Graeca, illa tua, haec fratris[12], pari ac fraterna felicitate.

11 Zijn vertaling van Maimonides; zie no. 2495, p. 1 n. 3aant.. Over Maimonides zie IV, p. 15 n. 9.

12 Pierre de Voisin, advocaat en vervolgens - ter vervanging van zijn vader Jehan-Guy

Maimonidae quae vertisti, dignissima sunt lectu incenduntque in me multa videndi talia desiderium, audaciam etiam id a te postulandi.

Philosophica, quae sunt Hebraeorum, nihil habent antiqui. Ad eos venere per Arabum rivos ex Graeciae fontibus, unde haurire est limpidiora. Cavalae[1] pleraque somnia otiosorum. Unum, quod a Judaeis petendum est, interpretatio est legis per Mosem datae usu approbata. Multae autem sunt partes dignae nosci et intactae hactenus. Sicut de Rege dedit nobis qui nuper obiit Schickardus[2]; de Synedrio .....[3]; de Templo Constantinus, cognomine Imperator[4], et novissime de intestatorum successione Seldenus[5]. Ita te quoque in parte aliqua egregia morum hebraicorum explicanda velim bene mereri de publico.

Ego utilem maxime eam partem judico, quae de Synagogis est earumque gubernatione. Sed aequum est eligendi libertatem tibi relinqui; ut dulcior sit, quem elegeris, labor.

De Aeneidos parte in Graecum versa dicere audeo, ex quo renatae sunt literae, paucissimos fuisse, qui Graecos versus tolerabiles scriberent, qui Homeri facilitatem exprimerent, in Italia Galliaque neminem, in Germania unum forte Rhodomannum[6], qui tamen, si quid recte judico, ad illud omnibus seculis laudatissimum exemplar minus[7] prope quam hic tuus accessit. Quare pergite quaeso, quanquam pauci sunt talium recti judices, bene sperare de nostro seculo aut certe de futuris, cum vestra sola duorum studia habeant, unde alios possint accendere. Ego ut stadii spectator plausu favebo, nec unquam me Deus sivit ita immergi negotiis,

1 De door overlevering ontvangen leer, in de Middeleeuwen de naam van een geheime leer, die door Moses aan sommigen zou zijn overgeleverd. De Kabbala is een verzameling van filosofische, dogmatische en mystieke leerstellingen waarschijnlijk vanaf de 7de eeuw (het aan Akiba toegeschreven boek Jesirah) op schrift gesteld en vooral in de 13de eeuw (het in het Aramees geschreven boek Sohar, aan Simon ben Jochai toegeschreven, maar vermoedelijk afkomstig van Moses de Léon - 1250-1305 -) tot bloei gekomen.

2 Wilhelm Schickard, oriëntalist en astronoom. Grotius heeft zijn nagedachtenis geëerd met een epigram; zie no. 2548. Over zijn *Jus regium* zie IV, p. 10 n. 8.

3 Zie hierover no. 1366 (IV, p. 10 en n. 9 aldaar).

4 יבלב דומלתמ חודימ תבסמ: *Hoc est, Talmvdis Babylonici Codex Middoth sive De Mensvris Templi, una cum versione Latina. Additis, praeter accuratas figuras, commentariis, quibus tota templi Hierosolymitani structura cum partibus suis, altari caeterisque eò pertinentibus, è Talmudistarum aliorumque Judaeorum scriptis distinctè explicatur, variaque Scripturae S. loca illustrantur Operâ & studio Constantini L'Empereur De Oppyck, SS, Theol. Doct. & Ling. Heb. ac Chald. in Academia Lugduno-Batava Professoris*, Lvgdvni Batavorvm, Ex Officinâ Bonaventurae & Abrahami Elzevir. Academ. Typograph. 1630. Over de schrijver, Constantijn l'Empereur van Oppijck, zie V, p. 468 n. 6.

5 John Seldens *De Successionibus (Joannis Seldeni ... de Successionibus in bona dejuncti, seu Jure haereditario, ad leges Ebraeorum, quae, florente olim eorum Republica, in usu liber singularis, ex sacris libris, utroque Talmude et selectioribus rabbinis ..., Pandectis, atque consultissimis magistris desumtus*. Londini, E. Weauer et J. Smithick 1631) was in 1631 te Londen voor het eerst uitgekomen; een herdruk verscheen in 1636, eveneens te Londen: *Joannis Seldeni de Successionibus in bona defuncti ad leges Ebraeorum liber singularis. Editio altera ... Accedunt ejusdem de Successione in pontificatum Ebraeorum libri duo. Prior historicus est ... Posterior est juridicus* ... Londini, R. Bishop 1636.

6 Laurent Rhodomann (1546-1606). Duits Graecus, hoogleraar te Jena en te Wittemberg, vooral bekend om zijn Griekse gedichten.

7 De copie te Den Haag heeft hier ten onrechte ‘nimis’.

ut non talibus ingeniis et legendis et apud alios praedicandis vacem. Vobis opto fortunam dignam tanto literarum profectu.

Tuae Nobilitati animo toto addictus
H. Grotius.

14 Aprilis 1636. Lutetiae.

2555. 1636 april 17. Van C. de Groot[1].

Venerande Pater,

Abesse ab hac aula dominum Spiringium[2] ex prioribus litteris meis[3] haud dubie iam intellexeris. Tuas interim, quas ad ipsum scripseras nuper meae commissas curae absque mora ulla Amstelodamum misi, ubi dicitur iam nunc cum Bommelia[4] nuptias celebrare; quas ad Smalzium[5], eas hic retineo, cum exspectetur a nobis intra paucos dies.

Salam amnem, qui aliquo iam tempore inter utrumque exercitum fluxit medius, nuntiantur hostiles copiae transiisse auctae novo milite Caesariano[6] sub Hatsveldii[7] ductu. Redvinius[8] hesterno die huic aulae valedixit rediturus in Britanniam, credo propterea quod Bannerii[9] iracundiam, quae plurimos iam offendit, vetus ipse miles et rerum multarum peritus sustinere ulterius nequeat. De Landgravio[10] nuntiantur in dies meliora.

Deus te, venerande Parens, cum matre mea incolumem florentemque servet.

Tuus tibi obedientissimus filius
Cornelius Grotius.

Straelsundiae, VII/XVII Apr. 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur l'Ambassadeur de Suède à Paris.
In dorso schreef Grotius: 7/17 april 1636 C. de Groot.
en boven aan de brief: rec. 14 May n. st.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 25. Eigenh. oorspr.
2 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
3 Nos. 2552, 2541 en 2506.
4 Jaene Dore, weduwe van Jan de Bommert uit Amsterdam; vgl. no. 2506.
5 Peter Abel Schmalz, secretaris van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Van keizer Ferdinand II.
7 Melchior von Gleichen, graaf van Hatzfeldt.
8 Patrick Ruthven; zie over hem VI no. 2396, p. 409 n. 9.
9 Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
10 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.

2556. 1636 april 18. Aan L. Camerarius[11].

Illustrissime Domine,

Binas heri accepi literas abs te XXVII Martii datas, abs filio III Aprilis[12],

11 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 8; bevat een aantal onnauwkeurigheden in schrijfwijze. Copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 41. Gedrukt *Epist.*, p. 228. Ludwig Camerarius was Zweeds gezant in Den Haag.

12 Grotius had zijn oudste zoon Cornelis naar Duitsland gezonden o.m. om er de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna te ontmoeten. Een brief van Cornelis van die datum heb ik niet gevonden; wel een van 6 april (27 maart oude stijl), die echter door zijn vader blijkens een dorsale notitie eerst op 12 mei is ontvangen (no. 2541).

gratissimas utrasque, nisi quod posteriores dolorem e doloribus tuis adferunt, cui malo Deum rogo, ut quam primum medeatur teque, domum ac publicum bonum in eo clemens respiciat.

Venetos non arbitror quicquam moturos. Rohanio[1] ad res agendas satis est animi: machinae bellicae desunt, et illis de Valle Telina conditionibus in pontificis[2] gratiam propositis multum languescunt Rhaetorum studia. Videtur eo res abitura, ut tenuis aliqua umbra imperii Rhaetis maneat in Vallem, protestantibus autem ut uno aliquo in loco, puta Clavennae, sine libertate exercendae religionis habitandi jus sit.

Placentia exemta periculo non est, circumsidentibus hostibus ea vi, ut auxilia penetrare posse vix speretur. Sed Parmam periclitantem et ipsam liberavit discessus Mutinensis ducis[3], pontificis monitu bello se subducentis pacique referentis; cujus valde cupidus est Sabaudus[4].

Classis interim Gallicae magni strepunt paratus; et dux Bernhardus[5] pro millione promisso sexcenta millia florenorum accepit et spem in posterum.

Pro effigie magni cancellarii[6] summas ago gratias Deumque rogo, ut diu viro incomparabili vultum illum vegetum et corpus fortissimo animo par servet actionesque det ei multas, quales hactenus edere, veras animi effigies.

Vides, Avaugurius[7] quam iniqua postulaverit. Galli ea, quae promisere, quibus promissis nos implicuere bello, praestare nolunt et nos volunt tenere obligatos; nimirum ut si pax facienda sit Papa fiat arbitro ipsique nostrarum rerum curam gerant. Sed forte mitigabit haec dura et parum socialia magni cancellarii cum Sanctichaumontio[8] colloquium, de quo literas exspecto.

Saxo[9], ut video, acceptis novis auxiliis induruit. Tales animi recta doceri nisi malo suo nequeunt.

Spem conjunctionis Galliae cum Anglia non parum imminuit, nunciatus Viennam ab Anglia mitti comes Arundelius[10].

De castello Scenquiano[11] brevi auditurum me spero, quod ex conjecturis praesagit animus. Id recuperatum ad res majores agendas hunc annum liberabit.

Optime vale cum tuis omnibus. Speciatim nobilissimo Dno filio tuo[12] pro amica mei memoria gratias habeo.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni observantia addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XVIII Aprilis n.c. MDCXXXVI.

1 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in de Veltlin.
2 Urbanus VIII.
3 Francesco d'Este, hertog van Modena.
4 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 Axel Oxenstierna.
7 Charles Du Bois gezegd van Bretagne, baron d'Avaugour (1600-1657), na zijn missies naar Denemarken, Zweden en Polen (1634-1636) resident van de Franse koning te Dantzig (1636-1637).
8 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont.
9 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
10 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
11 Betreffende het fort Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
12 Joachim; zie VI no. 2181, p. 87 n. 1.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Pr. Delfis die 7 Mai st. n. A.^{o} 1636.

2557. 1636 april 18. Aan L. Grubbe[1].

Nobilissime Domine,

Hamburgum te sospitem rediisse e literis tuis V et XV Martii datis[2] libenter cognovi. Nec tantum pro iis, quae nuncias, gratias ago, sed vel praecipue pro summa in filium[3] meum benevolentia, quam ille literis singulis praedicare non desinit. Utinam sit in quo vicem referre possim.

Valde sane avebo, quo illa magni cancellarii[4] cum S. Chaumontio[5] colloquium, quo item Dani[6] conciliaturae sint abiturae.

Hic duci Bernhardo[7] datur pecunia praesens satis parce ad sexcenta millia, promittitur in futurum, ut mos est gentis, largius.

Et classis magna sive ad recuperandas insulas[8] sive ad inferendum Hispaniae bellum stat vela propediem factura.

In Italia magni sumtus regis[9] sociorumque non multum promovent. Tantum datum est hosti temporis trans Alpes, ex Italia et Hispania implendi milite agrum Mediolanensem. Et Placentiae timeri video, tanta vi hostium circumsessae, ut perrumpendi tenuis spes sit. Tamen si Suedia et Gallia concordibus animis rem gerant, multoque magis, si et Britannia accedat, satis erit negotii Austriacis cum tota sua cohorte.

Quid de Stada sit et Boxtehuda nihil pridem intelligo. Sed Daniae rex, quantum cognoscere hactenus potui, viam ingreditur ad vetera sua servanda forte non ineptam, ad nova quaerenda ut archiepiscopatum Bremensem minus temporibus convenientia.

Tibi omnia, ut debeo, opto prosperrima tuumque me credi magni facio.

Tuae Nobilitati observantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XVIII Aprilis MDCXXXVI.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 9; bevat enige onnauwkeurigheden in schrijfwijze. Gedrukt *Epist.*, p. 228. Over Lars Grubbe zie V, p. 432 n. 12.
2 De brieven van Grubbe zijn verloren geraakt; zij zijn althans onvindbaar.
3 Grotius had zijn oudste zoon Cornelis naar Duitsland gezonden o.m. om er de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna te ontmoeten.
4 Axel Oxenstierna.
5 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont.
6 Christiaan IV.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 St. Honorat en Ste. Marguerite.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.

2558. 1636 april 18. Aan A. Oxenstierna[10].

Excellentissime Domine,

10 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 227; *Oxenst. Skrifter* 2 afd. II, p. 171.

Sollicitum me nonnihil habuit, quod post discessum a Stralsundo Sublimitatis Tuae nihil de ea intellexerim. Sed et itineris diuturnitas et Dei cura, cui consilia Tuae Sublimitatis cordi esse confido, faciunt, ut, quae precor, etiam sperem.

Literas a regina domina mea clementissima accepi, datas 28 Ian. Cal. vet[1], quibus cum legationem mihi Tuae Sublimitatis beneficio datam probari videam, pro eo[2] quantum Tuae Sublimitati supra tot alia vetera sim obligatus, utinam, sicut intelligo ac memini, ita rebus ipsis possim ostendere. Certe ardens id faciendi studium nunquam deerit.

Venit ad me ante biduum dux Bernhardus[3] conquerens trahi se diu, interim et occasiones perire et militem suum imminui. Inde vereri se, ne pax aliqua in arcano cudatur. Aliunde tamen intelligo jam numerata illi sexcenta florenorum millia; annuum ipsi honorarium promitti centum et viginti millia. Quatuor milliones promissos fuisse ajunt Galli, si[4] exercitus ducis octodecim millia faceret; nunc cum ejus numeri pars ferme tertia reperiatur, pro ea portione pecuniam datum iri. Sed quod dux maxime urgebat, ut finitimae civitates, quod Parmensi[5] indultum fuit, fidem pro eo suam obligarent, quam deinde mercatores, pecunias[6] numeraturi, sequerentur, non obtinuit. Neque Heufdius noster[7], qui a Batavis huc rediit, Bulionii[8] rogatu semet obstringere voluit. Hinc multum metuo, ne paulatim dilabantur ducis copiae et rex[9] suo milite rem malit agere.

Heufdius nobis debitae pecuniae spem se habere dicit, quod ita sentiat, an quod expedire id credi rebus illis, quas curat, existimet, non dixerim. Non desinam tamen cum gratiarum actione pro induciis Polonicis[10], quam mihi regina mandat, hoc quoque negotium regi, ad quem Chantiliaci agentem admissionis impetrandae causa misi, deinde et cardinali[11] commendare.

De Turcicis et Italicis scribit Marinus[12]. Sed habemus recentiora. Sultanum[13] venisse Constantinopolim et inspectasse fratrum occisorum corpora, ut mortis eorum certus esset. Multum attrito Turcarum in Syria vicinisque locis per morbos exercitu Persas ita revalescere, ut de Revano recuperando serio cogitent.

1 No. 2464 (dl. VI, p. 508) van Christina van Zweden.
2 De uitgave der *Epist.* heeft hier ten onrechte ‘et’.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
5 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
6 De editie der *Epist.* heeft tussen ‘pecunias’ en ‘numerari’ nog de woorden ‘suo quamquam’.
7 Johan H(o)eufft, bankier te Parijs en zaakgelastigde zowel van Zweden als van Frankrijk.
8 Claude de Bullion, sieur de Bonelles.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.
10 Op 12 september 1635 was te Stuhmsdorf een bestand voor 26 jaar tussen Polen en Zweden gesloten.
11 De Richelieu.
12 Charles Marini; zie over hem V, p. 436 n. 4.
13 Murád (Amurath IV), sultan der Ottomanen; zie over hem V, p. 435 n. 7. Tijdens de drie dagen durende feestelijkheden in Konstantinopel na de Turkse successen in Perzië liet de sultan een groot aantal van zijn voorname pasja's gevangen zetten en enigen hunner ombrengen; onder de slachtoffers waren ook twee van zijn broers, Bajazet (Bayerid) en Orchan. Jean Racine vond in de geschiedenis van Bajazet de stof voor zijn tragedie van die naam (1672).

Parmae oppidum magno periculo exemtum est, Mutinensi duce[1], qui non Hispano[2] illigatus, sed Parmensi duci privatis de causis, quae inter finitimos non desunt, infensus fuisse dicitur, pontificis[3] per literas inducto, ut arma ex Parmensi territorio, Ecclesiae feudo abduceret. At Placentia paulo minus quam obsessa est fractis multum Galliae foederatorumque rebus infelici ad Vespolam proelio, ita ut nunc ad Vercellas se teneant nova supplementa opperientes. Periculum oppidi Placentiae et rebus difficilibus incerta Placentinorum fides efficient, ut Galli, qui nunc cum Italis ibi praesidium partiuntur, pluribus introductis plenam possessionem invadant, an etiam sic tuendo loco pares futuri incertum. Hispano per Alpes e Germania adventare dicuntur novae copiae, peditatus ad bis mille quingentos, equites mille quingenti. Rohanium[4] apud Comensem lacum Fontanique castellum nihil proficit machinis destitutus[5].

Rhaetis, ne propositas a Gallo super Valle Telina conditiones[6] summo imperio et religioni noxias admittant, auctores sunt Helvetii protestantes. Quidam mediam proponunt viam, ut hominibus reformatae sine ejus[7] religionis cultu habitare Clavennae tantum liceat.

Bethlehemus Istovan[8], Gabrielis illius clarissimi[9] propinquus, a Transsilvania ad res movendas per capucinum[10] e Gallia missum instigatus dicitur. Ragoskio[11] ad tutandam possessionem auxilia mitti ab imperatore[12].

Gallasius[13] ob dissidia cum Ossa[14] atque aliis missionem poscere dicitur; copiae ejus in Saxoniam iere. Majores sub Piccolominio[15] et Waertio[16] novum moliri Rheni, forte et Mosae, transitum.

A Vienna literae 8 Martii datae significant credi in ea aula peditatum imperatoris pervenire ad LXXX millia; promissos ab Hispano daleros ter centies mille; dari operam, ut supplementa adsint militi et commeatus, quorum horreum Donawertae et Koslae. Sexdecim millia militum duci Lotharingio[17]. attributa, quibus ipse imperet. Questumbergum[18] ad Palatinum Hungariae[19] missum, ut eum a

1 Francesco d'Este, hertog van Modena.
2 Philips IV.
3 Urbanus VIII.
4 Henri, hertog van Rohan, Frans opperbevelhebber in de Veltlin.
5 De woorden ‘Hispano per ... destitutus’ ontbreken in de editie der *Epist.*
6 Vgl. hierover no. 2527.
7 De woorden ‘sine ejus’ ontbreken in de uitgave der *Epist.*
8 Istovan (Stephanus) Bethlen von Iktar.
9 Bethlen Gabor; zie V, p. 205 n. 8 en de verwijzing aldaar.
10 Een der vele ordesgeestelijken, die door de Franse koning met speciale missies belast werden; ik heb hem niet nader kunnen identificeren.
11 Georg Rákóczi, regerend vorst van Zevenburgen (1630-1648; † 1648).
12 Ferdinand II.
13 Matthias, graaf Gallas (1584-1647), als generaal-majoor in dienst van Ferdinand.
14 Wolfgang Rudolph Ossa zu Dahl († 1642), veldmaarschalk in het keizerlijke leger.
15 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
16 Johan van Werth (1602-1652), veldmaarschalk in dienst van de keizer en vervolgens van Maximiliaan, keurvorst van Beieren; later - in 1647 - kwam hij - als generaal van de cavalerie - weer in keizerlijke dienst.
17 Karel IV, hertog van Lotharingen.
18 Gerhard von Questenberg († 1646).
19 Nikolaus, graaf van Esterházy en van Beregh (1582-1645).

Gallicis sciscitationibus avertat. Regem Poloniae[1] Romae laborare, ut caelitibus adscribatur Ladislaus Cosca[2].

Ex Helveticis literis discimus Austriacae domus ministros Romae obstare, ne confirmetur in episcopatu Curiensi is, qui electus est[3], creditus Gallorum beneficio id adipisci. Tria millia ducatorum, non magnam pecuniam Altorfii retentam a magistratibus ob ea, quae suae civitati ab Hispanis debebantur, nascentia[4] certamina accendentibus Gallis. Uxorem principis Thomae[5] ad ipsum in Belgium ire. Post proelium ad Ravonem[6] multum imminutas fuga Coloredi[7] copias.

Ab Anglia video nihil hic quidem magni sperari, ex quo auditur comes Arundelius[8] inde Viennam mitti. Et Batavi, quanquam legatum extra ordinem[9] eo misere, magis tamen credunt futurum, ut Angli pergant tractis ad se commerciis alieno bello frui, quam ut suam pacem bello commutent. Legatus interim Brittanicus[10] mihi significavit electoris Palatini[11] commendatione Sublimitati Tuae concessum e Britannia militem quaerere.

Ad Perronam Galli milites aliquot ab Hispanis caesi.

Parati sunt imperator regesque Galliae et Hispaniae legatos suos mittere de pace, quo pontifex voluerit[12], sperantque Galli futurum, ut pro sociis protestantibus ipsi sinantur agere ac pacisci, quod ego Batavos concessuros non puto, nam de Suedis id vel cogitare stultum puto.

Sabaudus[13] magno fertur pacis desiderio videns tantas hostium copias, ut perrumpi non possent, et sperans, quam per se obtinere non potest Pigneroli restitutionem, se per imperatorem et Hispanum ex pactis Ratisbonensibus impetraturum.

Senatores parlamentarii, relegati qui fuerant[14], rediere. Quorum uni, cum gratias pro reditu regi ageret, rex dixit nescisse se ipsum abfuisse.

Daniae nothus[15] hinc discessit nulla re, quantum intelligere possum, magna effecta. Non venit me salutatum, quanquam et venturum se dixerat et alios legatos salutavit.

Deus Tuae Sublimitati, Excellentissime Domine, salutaria publice fortiter feliciterque det exequi.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

1 Wladislas VII (IV).
2 Stanislaus (niet Ladislaus) Kostka (1550-1568), jezuiet, werd in 1726 door paus Benedictus XIII heilig verklaard; de zaligverklaring was in 1605 geschied.
3 Joannes VI Flugi d'Aspermont, van 1 februari 1636 tot zijn dood in 1661 bisschop van Chur (Coire).
4 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
5 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano (1596-1656) was op 6 januari 1625 gehuwd met Marie de Bourbon, gravin van Soissons (1606-1692).
6 Vgl. no. 2527 aanhef.
7 Jerónimo Colloredo; zie VI, p. 169 n. 3.
8 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
9 Cornelis van Beveren; zie VI no. 2277, p. 224 n. 3.
10 Burggraaf John Scudamore.
11 Karl Ludwig, oudste zoon van Frederik V, de Winterkoning.
12 Vgl. no. 2545, p. 75 en nn. 5, 6, 7, 9, 10, 11, 12, 14, 16, 17, 18 en 19 aldaar.
13 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
14 Zie voor hun namen VI no. 2431, p. 463 en nn. 5, 6, 7, 8 en 9 aldaar.
15 Volckmar, graaf van Sleeswijk-Holstein; zie VI no. 2182, p. 87 n. 9.

Lutetiae, 8/18 Aprilis 1636.

La Suède et la France ont renouvellé l'alliance et se sont obligez de ne traiter que conjoinctement. Et si l'affaire vient à quelque conférence avecq les ennemis le lieu en est pris par consentement commun Coulogne sur le Rhyn.

Le duc de Weimar[10] est party d'icy comme aussi le cardinal de La Valette[11] pour faire quelque chose dans l'Allemagne et monsieur le duc de Bouillon[12], qui aura soubs luy ce qui reste de l'armée du mareschal de Breze[13] pour secourier les Liégois, si les gens de l'empereur[14] continuent maltraitter.

Le fort de Schenck[15] repris par les Hollandois nous faict espérer quelques actions vigoureuses de ce costé-là. Et l'armée navale de France, à laquelle l'hollandoise s'ira joindre, si elle ne faict autre mal, engagera les Espagnol[s] en une grand despense, ne schachant duquel costé ils se doibvent défendre. Le conte Arundel[16] est allé de la part du roy de la grand[e] Bretagne[17] pour faire les dernières semonces pour la restitution du Palatinat. Et cela ne res ... ant pas, nous entendons un ambassadeur extraordinaire d'Angleterre[18], outre l'ordinaire[19] qu'avonz eu, pour conclure quelque chose du bon avecq la France.

L'armée Suédoise est prez de Magdenburg et en partie en Poméraine, et monseigneur le grand chancelier à Stralsundt. Et on faict des grandes levées tant en Suède qu'en Italie.

Nous voudrions bien entendre quelque chose de bon de voz quartiers et de l'Italie.

Et cependent, monsieur, ie continue d'estre vostre serviteur très fidèl[e].

A Paris, le XVII/XXVII May 1636.

1 Ontbreekt.
2 No. 2551.
3 No. 2560.
4 No. 2561.
5 Wellicht no. 2581 dd. 6 mei.
6 Ontbreekt.
7 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
8 Ludwig Camerarius, Zweeds gezant in Den Haag.
9 Paul Strasburgk, Zweeds hofraad; hij huwde in 1642 met Camerarius' dochter Anna Catharina.
10 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
11 Louis de Nogaret d'Epernon, kardinaal de La Valette.
12 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; zie over hem V, p. 181 n. 14.
13 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
14 Ferdinand II.
15 Betreffende Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
16 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie IV, p. 127 n. 5.
17 Karel I.
18 Robert Sidney, graaf van Leicester (1595-1677); hij kwam in mei 1636 naar Frankrijk en verbleef aldaar tot mei 1641.
19 John Scudamore.

2605. 1636 mei 27. Aan F. Sprecher[1].

Nobilissime Domine,

Quod literas meas mense exaratas Aprili[2] acceperis, gaudeo. De caeteris doleo diligentiam, quam in curando adhibui, suo caruisse successu.

Priolus[3] et literas ad me de duce Rohanio[4] pertulit et narravit, quem reliquerat statum, utinam protestantibus Vallis Telinae laetiorem. Sed video, ut dii isti terrestres caeteros pilas habeant[5]. Non debet tamen ea res fortium Rhaetorum aures Hispanicis sirenibus aperire. Melius est exsulare quam trucidari. Et Galli per consiliorum inconstantiam peccant, Hispani destinato eoque insanabilius. Audio Venetos auctoritatem suam, quae merito magna est, his pactionibus adjecisse. De Mediolano quid sperandum sit, facile vides, cum bellum in ipso limite haereat.

Abiere hinc cardinalis Valetta[6] et dux Bernhardus Vinariensis[7] aliquid ad Rhenum et Mosellam, ut creditur, molituri.

Tuendis Galliae finibus non spernendum exercitum habet princeps Condaeus[8] et alterum comes Suessionensis[9].

Suedica arma partim ad Magdenburgum et ei vicina sunt, partim Pomeraniam tuentur crescuntque copiae militares et commeatus tum ex Suedia tum ex Livonia et Germania. Et quosdam principes, praesertim Luneburgicum[10], pacis a caesare[11] non optimae servatae poenitet.

Magnus cancellarius[12] Stralsundiae est, incertum an in Suediam iturus. Ego in meis ad eum literis tui et amici optimi optimeque de rebus Suedicis meriti meminisse non desino.

Speramus Batavos, qui jam Scenckiano castello recuperato[13] triumphant, quod restat anni non situros abire sine magnis astibus[14].

Et ad alendas Leodiensium iras adversus caesarianos, abs queis male sunt habiti, mittitur a rege[15] dux Bulionius[16] sub imperio suo habiturus reliquias militis, quem rexit Brezaeus[17]. Classis quoque regia jam parata est vela facere, cujus se Batavae naves breviore per Oceanum via adjungent.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 20. Gedrukt *Epist.*, p. 234. Over Fortunatus Sprecher von Bernegg zie IV, p. 138 n. 9.
2 No. 2533.
3 Benjamin Prioleau -Priolo- (1602-1667), seigneur van La Viennerie, secretaris van de hertog van Rohan. Hij was vroeger gouverneur van de kinderen van Benjamin Aubéry du Maurier geweest.
4 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
5 Vgl. Plautus, *Capt.*, prol. 22.
6 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Henri de Bourbon, prins van Condé.
9 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
10 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
11 Ferdinand II.
12 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
13 Over Schenkenschans zie VI no. 2241, p. 175 n. 1.
14 Wellicht moet gelezen worden ‘actibus’.
15 Lodewijk XIII van Frankrijk.
16 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon.
17 Urbain de Maillé, markies van Brezé.

Utinam tantundem facere Angli vellent. Ea expeditissima ad repetendum affini domui Palatinatum cum electoratu esset via. Non solent enim ii, quibuscum nobis res est, quicquam reglutinare, nisi vi domiti.

Speremus optima: feramus qualiacunque eveniunt.

Vale, vir nobilissime, et nos amare perge.

Tuae Nobilitatis studiosissimus

H. Grotius.

Lutetiae, XVII/XXVII Maii MDCXXXVI.

2606. 1636 mei 29. Van J. Lampadius[1].

S. Pl.

Magnifice et Eminentissime vir,

Utut verecunder inani verborum tinitu tibi obstrepere[2], illexit tamen incomparabilis cum virtus tua tum humanitas, ut mitius acceptum iri sperem, si ad tantum virum literis meis balbutire maluerim quam amici officium praeter iisse videri; exegit scilicet initae tecum Francofurti amicitiae memoria, ne doctissimum et humanissimum virum Brandanum Daetrium[3] ad te iam iam abeuntem sine literis meis dimitterem, nonnihil de statu rerum mearum expositurus, nisi scripturienti intervenisset Daetrius, et stylum abrumpisset, priusquam inciperem.

Quae nos hic locorum miseriae miserrime macerent, quanta rerum omnium bonarum sive amissio sive perturbatio, ipse coram explicare poterit. Ego vero tibi seculi nostri Decus felicissima quaeque.

Iacobus Lampadius.

Brunsvici, XIV Calend. Iun. ao. MDCXXXVI sty. vet.

Adres: Magnifico et Excellentissimo viro Hugoni Grotio, Suecorum Reginae Legato, amico meo, Lutetiam Parisiorum.

2607. 1636 mei 30. Aan L. Camerarius[4].

1 Hs. Amsterdam, UB., cod. 30 A 6. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2803. Lampadius - Jacob Lamps- (1593-1649) was een belangrijke politieke figuur in Braunschweig-Lüneburg.

2 Vgl. Verg. *Aen.* IX, 809: ... Strepit assiduo cava tempora circum// tinnitu galea.

3 Brandanus Daetrius -Brandan Dätri- (1607-1688), luthers theoloog, kwam in 1636 als huispredikant van Grotius naar Parijs, waar hij tot juni 1638 verbleef; zie hierover de brieven van Assuerus Matthisius aan Grotius in dl. VI: nos. 2369, 2377 en 2417.

4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 23; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 44. Gedrukt *Epist.*, p. 235. Ludwig Camerarius was Zweeds gezant in Den Haag.

Illustrissime Domine,

Nihil quidem nunc magni scribendum erat, sed quia Jacobus, comes Hanoviensis[5], juvenis fortissimus - id malo ponere quam fumosos titulos: hoc enim proprium est, fortuita caetera - de suis domesticis unum mittit Hagam, peccaturum me putavi[6], nisi saltem te salutarem et, si nihil aliud, quomodo valeres,

5 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
6 De copie te Uppsala heeft de lezing: putabam.

inquirerem. Ea enim res me non modice sollicitum habet. Sunt et alia, quae scire velim de Lunemburgico[1] et landgravio[2] et quid hoc anno tam feliciter inchoato facturi sint nostri Batavi.

Heic res procedunt quidem, sed quam vellemus lentius. Dux Vinariensis[3] et cardinalis Valetta[4] nunc demum abierunt amisso Confluentium oppido, momenti non levis. Spero satis futurum temporis, ut Hagenoviae succurratur, confirmetur Colmaria, sufflaminetur Argentoratum satis ad lapsum praeceps.

Multum laetor bene procedentibus Brasiliae rebus. Utinam et alia regna, quibus suspecta est Hispanica magnitudo, aliquid ibi audeant.

Comes Licestrius[5] jam Rotomagi est. Si Angli nihil aliud quam verba et phaleras adferunt, nihil agent neque Ratisbonae neque Lutetiae. Et turpe est potenti regno tam diu trahi.

Quid Cunaeum[6], virum eruditissimum, retineat, quo minus Seldeno[7] respondeat, miror.

In Italia Placentiam audimus commeatus importatos; et Rohanio[8] militis pecuniaeque nonnihil mittitur, quod pridem factum oportuit. Panis magna in ejus exercitu inopia est nec Veneti suppeditare volunt, nisi oculata fide.

Dux Bulionius[9] apud regem[10] missae aliquoties interfuit videturque rex sua apud Ordines Federatos autoritate efficere velle, ne illi ob mutatam fidem minus fidei habeatur.

Vale, vir illustrissime, cum omni familia.

Illustrissimae Dominationi Tuae observantissimus
H. Grotius.

XXX Maii novi Calendarii, anno MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

In de copie te Uppsala staat boven aan de brief in margine: Redd. A.^{o} 1636 d. 8/18 Juny.

1 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
2 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 De extra-ordinarius gezant van Engeland was Robert Sidney, graaf van Leicester; zie no. 2567, p. 113 n. 1.
6 Petrus Cunaeus; zie over hem VI no. 2179, p. 81 en n. 10 aldaar. Zie ook no. 2589.
7 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
8 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal der Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
9 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; betreffende zijn overgang tot het katholicisme zie o.a. VI no. 2322, p. 295 n. 16.
10 Lodewijk XIII van Frankrijk.

2608. 1636 mei 30. Aan Willem de Groot[1].

Literas abs te, mi frater, 12 Maji datas[2] heri accepi, cum paternis[3], D. Basii[4], et Graswinckelii[5], quibus rescribam, ut primum potero.

Puto ipsum te satis videre mihi in patria vetere tot inimicos habenti foris non perdendos amicos. Habeo alioqui non spernenda.

Post illas 12 Maji scriptas alias 6 Maji datas[6] accipio *ὕστερον πρότερον*, et gaudeo de Anthologia[7] non excidisse curam. Aliquid constituendum erit. Velim et apud vos librarium reperiri, qui excudere velit minore forma et seorsim Gersonis librum de Auferibilitate Papae[8]; est enim argumentum his temporibus utile multosque empturituros praevideo, et ego paucis exemplaribus inter amicos distributis facile pretium accendero.

De labore, quem Petro[9] injunxeram, gaudeo probari tibi consilium meum rogoque non hortator tantum, sed et monstrator esse velis.

Ad pacis colloquia non alium locum hoc tempore Colonia meliorem video. Etiam hic plebs et nobilitas ardent pacis desiderio.

Rogo de libris et chartis meis, quae apud Drilium[10] fuere nullum laborem omittas. Scis, quam durum sit talibus notis subsidiis carere.

Parentum[11] ubi potero meminero. Filiam[12] ubi mittere voles, erit gratissima. Vide, an quid sit aliud, in quo tuae pro nobis diligentiae possimus respondere.

Vale cum tua[13], tuis[14], nostris.

Lutetiae, 30 Maji novi cal. 1636.

De Casaubonianis ad me literis[15] iterum aurem vello.

Tui amantissimus tibique obligatissimus frater
H. Grotius.

1 Gedrukt *Epist.*, p. 861. Antw. op nos. 2580 en 2589 van Willem, en 2586 van Jan de Groot
2 No. 2589.
3 No. 2586 dd. 9 mei van Jan de Groot.
4 Rekenmeester mr. Johan Basius; zijn brief is niet meer aanwezig.
5 No. 2588 dd. 12 mei van Theod. Graswinckel.
6 No. 2580.
7 Betreffende de *Anthologie* zie VI no. 2407, p. 426 n. 7.
8 Jean Charlier Gerson (1363-1429), vermaard Frans theoloog (le docteur très chrétien). Zijn *Joannes Gerson, De Auferibilitate papae tractatus* is te Parijs bij U. Gering s.d. in druk verschenen.
9 Grotius' tweede zoon Pieter bevond zich om studieredenen in het vaderland; zie ter zake no. 2580, p. 129 en n. 10 aldaar.
10 Dat zal Cornelis Claesz. van Driel geweest zijn; zie over hem IV, p. 468 n. 3.
11 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.
12 Vermoedelijk Willems oudste dochter Maria (geb. 2 oktober 1629); zij was wel rijkelijk jong voor een reis naar de Franse hoofdstad.
13 Alida Graswinckel.
14 Voor hun namen zie no. 2563, p. 107 n. 17.
15 Vgl. VI, p. 380 en n. 4 aldaar.

2609. 1636 mei 30. Aan L. Grubbe[1].

Nobilissime Domine,

Literas tuas, quas Maii calendis datas[2] accepi, eo expectabam avidius, quod omnia heic de rebus nostris tristiora quam erant adferebantur. Et habet hoc ignorantia, quod ad pejora credenda proclivior est.

Magnum damnum accepit res sociorum amissis Confluentibus Treverinis, quibus consultam voluisset dux Bernhardus[3], qui diu hic retentus inter aulica oblectamenta nunc demum ad res agendas dimissus est, postquam praecipua rerum tempora effluxerunt. Abiit eodem tempore et cardinalis Valetta[4] seorsim a duce Bernhardo habiturus exercitum. Fines Galliae aliis cum copiis tutantur principes regii sanguinis Condaeus[5] et Suessionensis[6].

In Italia ac Valle Telina stant ferme res aequalibus partium viribus vitiisque.

Pacis magnum per omnem Galliam desiderium video sentiente plebe commercii damna. Nec Batavi abhorrent. Ad colloquium Coloniam ferme omnium judicio video destinari, urbem liberam, extra bellum et tamen non longinquam bellantibus.

In magna exspectatione sumus, quid comes Arundelius[7] Ratisbonae sit effecturus, aut hic comes Leicestrius[8], qui in itinere est.

Stada et Buxtehuda quali praesidio teneantur, scire cupiam, tum quae spes sit de principe Lunemburgico[9]. De landgravio[10] varia in dies his in partibus jactantur. Quod de electore Saxoniae[11] quaeris, mihi videtur expeditu haud difficile. Noverat leges imperii et reverentiam caesari[12] debitam, cum armis oppressus opem Suedicam imploravit seque devinxit federe id continente, ne seorsim pax fieret. Video Saxoni faventes Germanos tradita Gallis imperii loca causari: ego quam id sit factum necessario aut utiliter, mihi judicationem non sumo, ut quae exactam requirat rerum et ejus temporis et ante actarum cognitionem. Sed cum Gallos saepe querentes audierim de cunctatione magni cancellarii[13] in tradendo Philipsburgo, ego viri summi prudentiam tum in aliis rebus tum in hac praecipue admiror, qui in negotio invidioso non ultro incurrerit, sed aliorum consensu se passus sit vinci. Nunc, postquam is locus tam negligenter custoditus est, quam ardenter

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 21. Gedrukt *Epist.*, p. 236. Over Lars Grubbe zie V, p. 432 n. 12.
2 Brieven van Grubbe aan Grotius zijn niet bewaard gebleven.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Henri de Bourbon, prins van Condé.
6 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
7 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie VI, p. 318 n. 12.
8 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Frankrijk.
9 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg; hij aarzelde tussen aansluiting bij de ondertekenaars van de vrede van Praag (zie V, p. 292 n. 1), met wie hij zich in juli 1635 solidair had verklaard, en terugkeer tot een openlijk bondgenootschap met Zweden. Lars Grubbe was een der Zweedse onderhandelaars; zij boekten uiteindelijk geen succes: in 1637 ging hertog Georg definitief naar de keizer over.
10 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
11 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
12 Ferdinand II.
13 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

fuerat expetitus, ipsos Gallos nimiae cupiditatis poenitet. Dicunt mihi regis[1] ministri in solutum partis ejus quae[2] Suediae debebatur, numerata per S. Chaumontium[3] magno domino cancellario prope CC francorum millia. De ea re me nihil certi ex illis partibus accepisse miror.

Turcae[4] vires in Persas verti videntur, a quibus Rewanum obsessum est.

Poloni cum Palatina conjugium[5] non ex re fore Suedica, video, multos arbitrari. Dicitur legatus[6], qui e Polonia in Hollandiam venit, ex Anglia etiam huc venturus.

Si quid scitu dignum evenerit in his locis aut aliunde cognosci poterit, non patiar te ignarum.

Vale vir nobilissime.

Tuae Nobilitati addictissimus obsequentissimusque
H. Grotius.

Lutetiae, XX/XXX Maii MDCXXXVI.

2610. 1636 mei 30. Aan M. Opitz[7].

Recognovi laetus, vir clarissime, amicam manum: laetus, inquam, caetera, nisi quod fortuna tua non est qualis vellem, sed qualis saepe est viris bonis et divina jussa ante humana[8] habentibus.

Cujus argumenti Graecam tragoediam Antigonem a te in Germanicum versam[9] Germaniae gratulor, et quia de ejus generis operibus meis me interpellas, Oedipum in Colono non verti, Iphigeniam in Tauris verti[10], sed non edidi, Anthologia mea[11] bonos typos quaerit, ut Graece simul latineque edatur. Annales Belgici[12] describuntur. Spero brevi me habiturum hominem idoneum, qui illa,

1 Lodewijk XIII van Frankrijk.
2 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘quod’.
3 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij Oxenstierna in Duitsland.
4 Sultan Murád (Amurath IV).
5 In de brieven van deze periode is bij herhaling sprake van een huwelijk tussen Wladislas VII (IV) van Polen en Elisabeth, de oudste dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts, en Elisabeth Stuart, dochter van de Engelse koning Jacobus I.
6 Johan Zawadski.
7 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 22. Gedrukt *Epist.*, p. 236; Reifferscheid *Quellen* I, p. 556. Voor Martin Opitz zie men IV, p. 426 n. 6.
8 De uitgave der *Epist.* en de daarop teruggaande van Reifferscheid hebben abusievelijk de lezing ‘crimina’.
9 *Des Griechischen Tragoedienschreibers Sophoclis Antigone. Deutsch gegeben durch Martin Opitzen.* Danzig, gedruckt durch Andream Hünefeldt, Buchhändler, Im Jahr 1636.
10 Over deze Iphigenia-vertaling zie no. 2603, p. 164 en n. 7 aldaar.
11 Zie betreffende deze *Anthologia* VI no. 2407, p. 426 n. 7.
12 *Hvgonis Grotii Annales et historiae de rebvs Belgicis.* Amstelaedami, Ex Typographejo Joannis Blaev. MDCLVII. Cum Privilegiis S.C. Majestatis; & Ordd. Belgicae Foederatae, nec non Holl. West-Frisiaeque, per annos quindecim. Dit Grotius door de Staten-Generaal opgedragen werk is eerst twaalf jaar na zijn dood verschenen. In de *Annales* wordt de periode van 1566 tot 1588, in de *Historiae* die van 1588 tot 1609 behandeld. Ter Meulen-Diermanse, no. 741.

quae ad Euangelia scripsi[1], describat. Damasceni *ἀπωσπασμάτιχα* cum quibusdam Polybii aliorumque hactenus *ἀνεκδότοις* jam in Gallia interpretem non ineruditum, et cujus studiis faveo, invenerunt[2].

Cornelium nostrum[3] ut ames etiam supra quam meretur, rogo. Ero tibi eo nomine, ut multis aliis, obligatus. Nostri Batavi vident plerique non dicam *ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισαν*[4], sed bono civi injuriam factam adjuvantibus aliis, aliis dissimulantibus.

Nunc in Britannia Seldenus[5] magno libro maris libertatem evertit; quaeritur maris assertor, et reperiri nondum potest[6]. Non etiam eruditissimo Seldeno.

Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι Βέλεσσιν[7].

Sed saepe illud veteris latini, de Philoctete, ni fallor, dictum in mentem mihi venit

O ingratissimi Argi, immanes Graii, immemores Benefici[8] et quod sequebatur,

Exulare sinitis, sistis pelli, pulsum patimini[9]. Sed Deo sit gratia, quod cum Themistocle dicere liceat: *ἀπολώλαμεν εἰ μὴ ἀπολώλαμεν*[10].

Tibi si unquam facere quid dulce potero, mi Opiti, id vero mihi erit dulcissimum. Vale, nostri memor tui non immemorum.

Tuus toto animo
H. Grotius.

Lutetiae III, cal. Iunias novi calend. MDCXXXVI.

1 *Hvgonis Grotii Annotationes in libros Evangeliorvm. Cum tribus tractatibus & Appendice eo spectantibus.* Amsterdami, Apud Ioh. & Cornelivm Blaev. MDCXXXXI; Ter Meulen-Diermanse, no. 1135. *Hvgonis Grotii Annotationvm in Novvm Testamentvm, tomvs secvndvs.* Parisiis, Sumptibus Authoris, Et prostant exemplaria Apud Viduam Gvlielmi Pelé, viâ Iacobaeâ sub signo Crucis Aureae. MDCXLVI; Ter Meulen-Diermanse, no. 1138. *Hvgonis Grotii Annotationvm in Novvm Testamentvm pars tertia ac vltima. Cui subiuncti sunt eiusdem auctoris libri pro veritate religionis Christianae, ita digesti vt annotata svis quaeque Paragraphis sint subnexa.* Parisiis, Typis Viduae Theod. Pepingvé, & Steph. Mavcroy, viâ Citharaeâ, è regione viae Mathurinorum. MDCL; Ter Meulen-Diermanse, no. 1141.

2 Zie betreffende de fragmenten van Nicolaas van Damascus behalve de uitgave van Von Orelli *(Nicolai Damasceni Historiarvm excerpta et fragmenta qvae svpersvnt Graece nvnc primvm separatim edidit versionem Latinam dvplicem alteram Henrici Valesii hinc inde emendatiorem alteram Hvgonis Grotii in locos plerosqve Henrici Valesii notas integras aliorvmqve virorvm doctorvm vndiqve collectas et svas nec non testimonia vetervm ac recentiorvm de Nicolai vita scriptorvmqve notitia adiecit Io. Conradvs Orellivs diaconvs Tvricensis Accedit Sevini dissertatio de Nicolao Damasceno Gallice scripta* Lipsiae svmtibvs librariae Weidmanniae MDCCCIV - Ter Meulen-Diermanse, no. 539 -) Grotius' brieven aan N.C. Fabry de Peiresc dd. 6 en 16 september en de daarbij behorende bijlagen afgedrukt in deel IV, resp. pp. 255, 262, 492 en 512; met de 'interpres non eruditus' zal De Peiresc bedoeld zijn.

3 Grotius' oudste zoon Cornelis bevond zich in Duitsland bij de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

4 Zie o.m. Hom. *Il.* I, 244.

5 Betreffende John Selden en zijn *Mare clausum* zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.

6 Het werd tenslotte Theod. Graswinckel; zie no. 2588, p. 143 en n. 2 aldaar.

7 Homerus *Il.* I, 42.

8 Bij Cicero, *Pro Sestio* LVII, 122.

9 Bij Cicero, *Pro Sestio* LVII, 122; beide fragmenten toegeschreven aan de latijnse tragediedichter Lucius Accius (170 -± 84 v. Chr.). Zie Ribbeck, *Trag. Rom. Fragm.* I, p. 210 (Acc. 364/5, *Evrysaces*, frg. XIII).

10 Plutarchus, *Vita Them.* XXIX, 9: *ἀπωλόμεθα ἄν, εἰ μὴ ἀπωλόμεθα*

2611. 1636 mei 30. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Aegre tandem, jam dies sunt quatuor, abiit hinc dux Bernhardus[2], cujus hospitium Galliae constat LXX millibus francorum. Et pecunia si ipsi fuisset tradita, cum primum venerat, et situs abire ipse, Confluentes Treverici, necessarium adeo ad conjungendas res Germanicas Gallicasque vinculum, servari potuerant, quo nunc oppido amisso ne Hermestenum quidem mansurum nobis creditur. Hagenovio quoque ne serius subveniatur, metuo; et de Colmaria quidam non optime existimant, quae si cadunt sequius, quin Argentoratensis civitas pacem qualemcunque amplexura sit, minime dubitandum est.

Tribunus ille, de quo per notas ad librum relatas scripseram[3], hinc discessit sumsitque secum ex pecunia nobis debita VI millia imperialium Hebronis[4] arbitratu. Res mihi satis se probat, nisi quod nimium multis tum ex Vindicis[5] tum ex Pyrrhonis[6] hominibus res innotuit, quod ego impediturus fueram, si mihi inter primos eam cognoscere contigisset. Adsit Deus.

Batavos omnes ita judicar video conjugium hoc Poloni cum Palatina[7], quod recalescit, eo pertinere, ut a nobis Anglia abalienetur ejusque vires aliquando in nos usui sint.

De aula Anglica heic male existimatur[8] et qui in itinere est ad extraordinariam huc legationem comes Licestrius[9], cum mandatis venit non conspiciendi cardinalis[10], quod legatos isti dignitati cedere iniquum judicent et contra aulae etiam Hispanicae morem.

Controversia de mari mota Batavos vix patietur cum Anglis in foedus aliquod coalescere. Galliae amicitia nobis, siquid recte judico, paulo diligentius colenda erit et puto ipsam quoque sponte eo ferri utilitatum sensu.

Praeter eam pecuniam, quam per Sanctichaumontium[11] numeratam ajunt, qua de re miror me ex illis locis nihil cognovisse[12], Heufdio[13] dederunt perscriptum praeceptum de recipiendis CCC ferme francorum milibus ex Normandiae rerum fiscalium revocatis alienationibus. Annitemur, ut aut praesentem recipiamus pecuniam[14] aut usurae nobis praestentur. Sed pecuniaria omnia mirum quam hic sint tardigrada.

1 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 235; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 187. Gedeelt. vert. Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 65.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Hugh Hamilton. Vgl. no. 2598, p. 157.
4 John Hepburn; zie no. 2620, p. 185 n. 1.
5 Codenaam voor Frankrijk.
6 Schuilnaam voor Bernhard van Saksen-Weimar.
7 Zie no. 2609, p. 171 n. 5.
8 De woorden ‘ejusque vires ... existimatur’ ontbreken in de *Epist.*
9 Robert Sidney, graaf van Leicester.
10 De Richelieu.
11 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij Oxenstierna in Duitsland.
12 De tekst der *Epist.* heeft in plaats van ‘miror ... cognovisse’ de woorden ‘minime ... cognovi’.
13 Johan H(o)eufft, bankier te Parijs, zaakgelastigde zowel van Zweden als van Frankrijk.
14 In plaats van de woorden ‘praesentem recipiamus pecuniam’ heeft de uitgave der *Epist.* ‘praesens pecunia’.

Dixere mihi amici in libro largitionum regiarum annuarum meum nomen legi: id errore ne factum sit, transcriptis nominibus ab eo tempore, cum privatus hic viverem, an dolo malo, ut sine causa suspectus redderer, haud dixerim. Id Sublimitati Tuae sancte affirmo me ab his hominibus, ex quo regno Suedico me dedi, nec recepisse teruncium nec recipere velle, nisi quod in abitu de more aliquando dari poterit. Abunde contentus sum iis, quae Tuae Sublimitatis beneficio consequor, et Spiringium[1] spero eam mihi habiturum rationem, ut ne nimiis praerogationibus premat.

Placentiae audio de commeatu ac milite prospectum melius, ex quo Mantuano[2] conciliante Mutinensis[3] cum Parmensi[4] transegit. Germani ad tria aut quatuor millia ad lacum erant Constantiensem trans Alpes ituri. Ad amnem Scriviam[5] Hispani munimenta vis aquarum exundans[6] disjecit. Exercitus Gallorum et sociorum illis in partibus erat in peditatu quindecim millium, in equitatu trium millium paribus ferme Hispani copiis. Sabaudo[7] etiam nunc haud satis fiditur.

Dux Bulionius[8] antequam abiret in Belgicam[9] regis[10] missae aliquoties interfuit. Liber ille nuntii Gallici[11], quem nuper Sublimitati Tuae miseram, non modo decreto publico combustus est, sed et librarius virgis caedi, si reperiatur, damnatus. Tanta hic est papae[12] auctoritas: et tamen ad matrimonii dissolutionem[13] nihil Romae proficitur.

Est inter reginae[14] puellas Fajetta[15], ad quam jam rex amores suos sed innocentes transtulit. Ea episcopo Lemovicensi, avunculo suo[16], et alia propinqua sibi matrona suasoribus regis animo religionem voluerat injicere, quasi aliena detinenti populumque suum a se abalienanti per haec bella. Sed discusso conatu qui auctores fuerant ab aula jussi discedere.

Hogendorpium[17] nostrum rex suum jam esse praedicat, ipse non abhorrere videtur, sed nihil facturus Tua Sublimitate inconsulta.

1 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
2 Carlo Gonzaga, hertog van Mantua.
3 Francesco d'Este, hertog van Modena.
4 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
5 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing 'Serium'.
6 Dit woord ontbreekt in de *Epist.*
7 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
8 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; betreffende zijn overgang tot het katholicisme zie o.a. VI no. 2322, p. 295 n. 16.
9 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing 'Belgium'.
10 Lodewijk XIII van Frankrijk.
11 Zie no. 2598, postscriptum; het betreft *Le Nonce du Peuple François, sur le suiet de la Guerre contre l'Espagnol.* Paris, Griset, 1636.
12 Urbanus VIII.
13 Voor de pogingen door Lodewijk XIII aangewend, om het op 3 januari 1632 in het geheim gesloten huwelijk tussen Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, met Margareta van Lotharingen, ongeldig te doen verklaren zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv,; 989 vv.
14 Anna van Oostenrijk, koningin van Frankrijk.
15 Louise de La Fayette (± 1616-1665), *fille d'honneur* van de Franse koningin.
16 François de La Fayette, *premier aumonier* van de koningin. Van 1628 tot zijn dood in 1676 was hij bisschop van Limoges.
17 Gijsbrecht van Hogendorp, tot aan de val van Mainz op 17 december 1635 gouverneur van die stad.

Magnum est apud Batavos, quanquam ex Brasilia et merces et boni nuntii venerunt, pacis desiderium. Heic nobilitas Normannica iterum ad arma nolens satis compellitur.

Vienna scribitur regem Hungariae[1] duobus millionibus florenorum ex aerario exceptis abiisse: Coloredum majorem[2], quod nuper ad comitis Suessionensis[3] adventum retro cesserit[4], culpam rejicere in cardinalem Hispanum[5], qui promissa auxilia non miserit, et in segnitiem Poloni militis.

A Constantinopoli discimus Revanum Persarum machinis verberari statimque missos, qui subvenirent, Ianissaros, etiam emeritos, cum Spahiis. Equos, mulos[6] aliaque ad ipsius sultani[7] iter in tempus novi pabuli parari. Supplicium sumtum de Janissaris quibusdam et Spahiis militiam hanc detrectantibus. Transilvaniae legatos[8] ab ea aula minus benigne dimissos; de Moldaviae et Valachiae fide non dubitari. Missas naves longas, quae Tartarorum chanum[9] Trapezuntem vehant.

A Mediolano discimus circa Aprilis exitum Alcalam[10], Leganesium[11], Spinolam[12] fuisse Ticini: Gallos eorumque socios apud Nicaeam. Parmensem ad sua iter aegre reperturum, tum quod supra justum modum amnes excreverint, tum quod hostes intercursent. Rohanio[13] mitti dicuntur ad supplementum VIII millia; ipse panis penuria exercitum suum laborare queritur. Dum ei malo occurritur, missis ad Venetos pecuniis egregia ad agendum tempora elabuntur.

Eorum, qui puritani nomine in Anglia invisi sunt millia aliquot se in Americam habitatum transtulerunt non procul a Batavorum coloniis. Ibi illis suo sensu frui licebit.

Scribit de rebus Vallis Telinae Marinus[14], quem Sublimitati Tuae cordi esse confido. Ceterum certo didici ex ipso eo[15], quem huc misit dux Rohanius, in pactione illa de religione nihil sperandum temperamenti[16].

Haec nunc habebamus. Det Deus in dies meliora et idem, Excellentissime Domine, Tuam Sublimitatem servet.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

1 Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II en later (1637) als Ferdinand III diens opvolger.
2 Jerónimo Colloredo.
3 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
4 De uitgave der *Epist.* heeft ‘cessisset’.
5 Don Fernando, kardinaal-infant; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
6 De uitgave der *Epist.* heeft ‘multos’.
7 Sultan Muràd (Amurath IV).
8 Deze gezanten heb ik niet kunnen identificeren.
9 De khan der Tartaren Inajetgirai werd in 1636 door Muràd ter dood gebracht; zijn tegenstander, aanvankelijk zijn overwinnaar, Kantemir Mirza, trof kort daarna hetzelfde lot. Behadirgirai reeds eerder tot opvolger benoemd bleef tot zijn dood in 1641 khan.
10 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalà.
11 Diego Mexia Felipes de Guzmàn, markies van Leganés.
12 Felipe Spinola, markies van Los Balbases; in 1628 had Philips IV hem als beloning voor zijn diensten benoemd tot generaal der cavallerie in het Milanese.
13 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
14 Charles Marin of Marini; zie over hem V, p. 436 n. 4.
15 Benjamin Prioleau (Priolo), secretaris van Henri de Rohan; zie no. 2605, p. 166 n. 3.
16 Vgl. no. 2499, p. 8.

Lutetiae, 20/30 Maii 1636.

Jacobus Hanoviensis comes[1] se dedit in militiam ducis Bernhardi, id est Gallicam. Mitto exemplum literarum, quae ad eum scriptae sunt Hagae.

Jam Rothomagi est comes Licestrius ab Anglia. Videbimus, quid ferat[2].

Adres: Axelio Oxenstiernae Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

In dorso: Praes. Stralsundi die 13 Junii 1636.

2612. 1636 mei 30. Van A. Oxenstierna[3].

Nobilis et magnifice domine legate,

Intelligo ex literis vestris[4] multum in Gallia rumorem spargi de tractatibus pacis auctore pontifice[5]; nec res mihi vana visa est, cum in manus pervenit a domino Charnassaeo[6] facta Ordinibus foederati Belgii propositio de nominandis ad dictos tractatus legatis. Nec multi dies abierunt, cum super eodem negocio mihi regis sui[7] mandata perscripserit marchio S. Chaumontius[8], cuius literarum exemplar et quid ego responderim videbit Dominatio Tua hic adiuncta sub lit. A et B.[9]. Poterit exhinc dijudicare rem omnem et habitura est inde occasionem in cuncta commodius inquirendi.

Statum rerum in his oris quod concernit, existimo singulis nunciis per secretarios meos ea, quae interveniant memorabilia communicari; nec nunc quidquam habeo speciali nuncio dignum morante in Werbenianis castris domino Bannerio[10] Saxonibus autem Atzfeldianisque[11] oppugnationem Magdeburgi summo, uti fertur, studio parantibus utrisque sese mutuo observantibus ac quotidianis velitationibus nostris hactenus prosperis invicem lacessentibus.

Tantum id celandum Dominationem Tuam non arbitror accersitum me ab illustrissimis regni administratoribus[12], postquam iam omnes tractatus de pace sint interrupti ac rerum in Germania status tam notabiliter sit immutatus, ut ipsos de statu ac rationibus belli tractatuumque oretenus plene edoceam stare nunc in procinctu

1 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
2 Dit postscriptum ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
3 Hs. Stockholm, RA., coll. Gallica, brev till legaten Hugo Grotius 1635-1638. Orig. eigenh. ondertek. met postscr. in derde hand. Antw. op o.a. nos. 2536, 2550, 2574 en 2585; beantw. d. no. 2685. Gedrukt *Oxenst. Skrifter* I. afd. XV, p. 482.
4 Zie bijv. nos. 2536 in fine, 2550 aanhef, 2574, 2585.
5 Urbanus VIII.
6 Hercule Girard, baron van Charnacé, Frans gezant in Den Haag.
7 Lodewijk XIII van Frankrijk.
8 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij Axel Oxenstierna.
9 Resp. dd. 11 en 18 mei 1636; zie voor Oxenstierna's antwoord: *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 455 (no. 248).
10 Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
11 De troepen onder Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
12 Zie voor hun namen VI, p. 509 (no. 2464).

ingrediendi itineris, quod publico bono susceptum intra unius alteriusve mensis spatium bono cum Deo absolvere spero et dominos principales meos ad resolutiones communi causae proficuas disponere.

Haec nunc tantum occurrabant[1] Dominationi Tuae de caetero omnimodam[2] prosperitatem voveo.

Dominationis Tuae amicissimus
Axelius Oxenstierna m.p.

Dabantur Stralsundii die 20/30 Maii Anni 1636.

Ante octiduum copias suas landgravius[3] Leslio[4] iunxit hostem vi adorituri, si sui copiam fecerit, vel Hanoviae liberationem tentaturi.

Dominus Bannerius duo rursus regimenta equitum ad Ratenoviam et Vetus Brandenburgum caecidit prosperrimis semper conflictibus.

Adres: Nobilissimo Domino Hugoni Grotio, sacrae Regiae Majestatis Sueciae consiliario et ad Christianissimum Galliae regem legato ordinario.

In dorso schreef Grotius: 30 Maij 1636 Cancellarius.

En boven aan de brief: Rec. 22 Iulij.

2613. 1636 mei 30. Aan N. van Reigersberch[5].

Mijn Heer,

Ick ontfang gisteren uE. brief van den 4 Mey, huiden die van den 17[6], ende verstae daeruit garen alle particulariteiten.

Wat Seldeni boeck[7] aengaet, ick heb onder mij verscheide dingen daertoe dienende, die een ander niet soo licht in de handt sullen comen. Maer sal die bij mij houden, immers voor dese tijdt, siende, hoe ick bejegent werde bij deghenen, daer ick sooveel ende soo getrouwelijck voor heb gearbeit. Ick hoop de naecomelingen mijne actiën ende schriften met meerder danckbaerheit sullen erkennen. Ende voor die can ick sien, off ick iet gereedt maecke, dat ick voor de tegenwoordige nae alle reden niet en behoor te doen, om niet met mij te laeten spotten.

Wat de saeck van Rotterdam[8] aengaet, 't laeste vierendeel gage is betaelt den vijfden September 1618, weinigh nae mijne gevanckenisse. De gagie verstae ick, dat mij comt, totdat ick aen de Staten van Hollant geschreven heb mij in de Sweedschen dienst te hebben begeven; is ontrent drie maenden minder als sestien jaeren. Boven de gagie, soo is de schade, die ick vorder geleden heb, door den dienst van de stadt niet bij exaggeratie, maer inderdaet soo groot als uE. weet ende alle equitable personen licht connen afnemen.

1 Verschrijving voor ‘occurrebant’.
2 De uitgave der *Oxenst. Skrifter* heeft ‘omnimodum’.
3 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
4 Alexander Leslie, later graaf van Leven; zie over hem V, p. 420 n. 2.
5 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 2 e. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 66.
6 Beide brieven ontbreken.
7 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9. Over de beantwoording van dit boek door Theod. Graswinckel zie men no. 2588, p. 143 en n. 2 aldaar.
8 Het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.

Daer is wat aen gelegen, wie hier de ambassade sal becomen. 't Geeft mij wonder, dat Aelianus[9] mij niet en schrijft nochte ordre stelt op de overgesonden

9 Schuilnaam voor Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.

memorie van gagie ende reeckening van verschot; uE. gelieve hem te vermaenen. Dit gestadigh verschot valt mij te lastigh ende onlustig. Ick moet eens op een effen baen gestelt werden om weder van nieus, soo hier ofte daer te reisen valt, gelijck wel apparentie is, te mogen doen, dat de eer vereischt.

De tijdingen van Brasyl behagen mij wel. Nopende Claudius[1] heb ick over lang gehadt gelijcke consideratiën.

Ick heb aen uE. weeckelijck geschreven. Weet niet, off eenige faute is geweest in het bestellen.

Wilt Fabius[2] van mijnentwege bedancken ende van mijnen dienst verseeckeren.

Van de plaetsen, die tot vrede werden voorgeslagen, is Colen buiten twijffel d'apparenste.

Den hertogh van Bouillon[3] is met den coning[4] te misse geweest.

Den hertogh van Weimar[5] ende den cardinal de la Valette[6] sijn wat te laet vertrocken, naedat Coblenz verloren was. Voor Hermestein ende oock van Hagenouw werdt gevreest. Ende Colmar is niet in den besten staet.

Den Turc[7] sal apparentelijck met het Persische oorlogh, Rewan by de Persianen belegert sijnde, genoech te doen vinden ende de christenen laten alleen haer seer bewinden.

Onlancx was hier uytgegaen een boecxken geïntituleert, Le Nonce Fransois'[8] inhoudende eenige dreigementen aen den paus[9]. Daer is soo groote instantie tegen gedaen, dat niet alleen het boeck is op de Grève bij sententie verbrandt, maer oock den drucker, soo men hem vint, gecondemneert gegeeselt te werden.

Ick verstae uit die van de religie, dat ontrent 15000 puritainen in West-Indië met aesyl van Nieu-Nederlant sijn gaen woonen. Soo uE. daer eenige particulariteiten van weet, sal blijde sijn deselve te verstaen.

Den hertogh van Savoye[10] doet niet dan sijn eigen saecken. Den hertogh van Rohan[11] schrijft om broot. Vier duisent Duitschen passeren de bergen.

't Volck van den hertogh van Weimar ververscht haer wat in de Fransche Comté. Den cardinael de la Valette gaet, soo ick meen, nae den Elsas. Den prins van Condé[12] bewaert Bourgogne, den graef van Soissons[13] Champagne, elck met tien off twaelff duisent man. Ende men ontbiet wederom op den ban voor 't

1 Codenaam voor Polen; Van Reigersberch heeft de naam erboven geschreven.
2 Schuilnaam voor Simon van Beaumont, Grotius' opvolger als pensionaris van Rotterdam.
3 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; over zijn overgang tot het katholicisme zie o.a. VI no. 2322, p. 295 n. 16.
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
7 Sultan Murád (Amurath IV).
8 Zie hiervoor no. 2611, p. 174 n. 11.
9 Urbanus VIII.
10 Vittorio Amedeo.
11 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
12 Henri de Bourbon, prins van Condé.
13 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

eerst van Normandië, daernae van andere provinciën. Men vindt daertoe weinigh lust, ende wij hooren van eenigh remuement in Bretaigne.

UE. gelieve met mijn broeder de Groot[1] te arbeiden, dat mijne boecken ende papieren, die ick tot van Driel[2] heb gehadt, mij, als reden is, gewerden mogen.

Ick wilde wel weten, off Cunaeus[3] sich excuseert tegen Seldenum te schrijven ende waerop d'heer Basius[4] ende den advocaet Graswinckel[5] hebben aen mij geschreven om hulp tegen Seldenum. Ick heb haer dese mael niet geantwoord. Sal hiernae eene beleefde excuse schrijven. UE. gelieve op alles wel te letten ende ons wederom bij alle gelegentheit te gebruicken.

Tot Parijs, den 30 Mey n.st. 1636.

Ick wilde wel weten, off nu iemant is te Amsterdam, aen denwelcke ick mijne pacquetten can bestellen. Bij gebreck van anderen heb ick sedert eenigen tijdt neef Hertoghvelt[6] de moeite aengedaen.

Den graef van Hanau[7] gaet met mij in groot vertrouwen.

Soo uE. can verstaen wat opinie men daer heeft van de Lelieman[8], die hier is, hoop sal connen dienen. Den nieuwen[9] is te Rouaen.

Wij verstaen 't leger van den prins van Condé is ingevallen in de Fransche Conté.

Manlius[10] heeft het geruchte laeten gaen, dat hij nae Eusebius[11] is off Vindex[12], andere seggen nae Orléans. Hij is acht dagen wech geweest. Heeft een Sonnedagh audiëntie gehadt te Fontainebleau; waer hij nu is, weet men niet, maer een van sijne bekende twijffelt ende meent, dat het is een pretext, maer dat hij bedect is gegaen bij Aristoteles[13], om daer te remueren. Ende sal buyten twijffel van wegen Vindex sterckelijck werden geappuyeert. Mea nihil interest. *Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ*[14]. (Floc)cum non interduim[15].

1 Willem de Groot.
2 Dat zal Cornelis Claesz. van Driel geweest zijn; zie over hem IV, p. 468. n 3.
3 Petrus Cunaeus; zie VI no. 2179, p. 81 en n. 10 aldaar.
4 Rekenmeester mr. Johan Basius; zijn brief aan Grotius is niet bewaard gebleven.
5 No. 2588.
6 Wellicht dr. Jan van Hartoghvelt; zie V, p. 235 n. 4.
7 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
8 Burggraaf John Scudamore, ordinarius ambassadeur van Engeland in Parijs; lelie is een codenaam voor Engeland.
9 Robert Sidney, graaf van Leicester.
10 Schuilnaam voor dr. Adriaen Reyniersz. Pauw; zie betreffende zijn gerekt verblijf in Parijs o.a. no. 2543, p. 70.
11 Schuilnaam voor De Richelieu. In de tekst is het woord ‘is’ abusievelijk vóór in plaats van achter ‘Eusebius’ ingevoegd.
12 Schuilnaam voor (de koning van) Frankrijk.
13 Codenaam voor Holland.
14 Herodotus VI, 129.
15 Plautus *Rudens*, 580: Eluastu an exunguare, ciccum non interduim, Id. *Trinummus*, 994: ceterum qui sis, qui non sis, floccum non interduim.

Adres met andere hand: Mijn heer Mijn heer Reigersberg, raet in den Hogen Raet in Hollant, In Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: broeder de Groot. Wt Paris. Den 30 Mey 1636.

2614. [1636 juni]. Van B. Aubéry du Maurier[1].

Monsieur,

Je vous supply que mon filz[2] s'en retournant en Hollande ce soit comme la première fois avec vostre bénédiction et favorable recommandation à vos plus confidens amis. Il y a sept ans qu'il sert monsieur le prince d'Orange[3] avec l'assiduité, affection et fidélité possibles. Mais il attend tousiours l'heure que quelqu'un le jette dans le lavoir pour estre guéry et sortir de cette particulière condition pour entrer en quelque employ, duquel je sçay qu'il donneroit contentement à ses promoteurs, et je sçay aussy que vous y daignerez contribuer ce que vous pourrez ayant faict tant de preuves de vostre sincère et cordiale bienveillance envers moy et tous ceux qui m'appartiennent.

Au surplus mon filz vous dira comme il m'a veu ressortir du tombeau, m'ayant laissé en quelque estat passable, Dieu mercy, me désennuyant aprez mes exercises champestres et y cultivant le souvenir de vos mérites et de nostre amitié qui m'est prétieuse au delà de ce que j'en puis dire me réputant au reste fort estroitement obligé du soin que vous prenez de mon filz qui est au barreau[4], lequel je vous supply vouloir de plus en plus conforter à bien faire et à prendre garde de n'eschapper plus à soymesme par s'eslogner du mal et se tenir collé au bien. Luy et moy vous devrons son redressement duquel vous seront aussi obligez tous ceux auxquels il appartient.

Ma femme[5], qui est malade depuis quelques jours, tous nos enfans[6] et moy vous saluons bien humblement de nos plus affectionnées recommandations comme aussi madame l'ambassadrice et mademoiselle Cornelia[7].

Je finiray en vous protestant, Monsieur, que je seray pour jamais

Vostre bien humble et très aquis serviteur

Du Maurier.

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., I 63. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2692. De brief moet van 1636 zijn. Immers, op 25 april 1629 (IV no. 1389, p. 42) schreef Grotius aan zijn broer Willem: 'Venit ad vos, mi frater, Maurerii quondam legati filius natu maximus, qui a patre multis precibus obtinuit, ut ingenii sui ductum sequens ad armorum disciplinam mitteretur'. Dat moet volgens Du Maurier zeven jaar geleden zijn. Bovendien is Grotius' brief van 31 juli 1636 aan Du Maurier kennelijk een antwoord op bovenstaand schrijven. Ik heb aanvankelijk in de dorsale aantekening van de hand van Grotius '14 mey' gelezen. Het zou echter bevreemding wekken, dat Grotius van een ongedateerde brief in een dorsale notitie de precieze datum geeft. Tenzij de oplossing hierin gelegen is, dat Du Maurier - zie Grotius' antwoord, no. 2692 - een brief voor zijn zoon had ingesloten, die mogelijk wel een datum droeg. Bij nader inzien heb ik - zij het onder voorbehoud - voor de lezing 'luing' gekozen.

2 Maximilien (geb. 1608); hij keerde na de dood van zijn vader in 1636 naar zijn vaderland terug.

3 Frederik Hendrik.

4 Louis (1609-1687).

5 Renée de Jaucourt de Villarnould.

6 Maximilien, Louis, Daniel, Maurice?, Louise, Eléonore, Amélie-Madeleine en Emilie-Catherine; zie IV, p. 153 nn. 7 en 9.

7 Grotius' oudste dochter.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius Ambassadeur De la Couronne de Suède A Paris.

In dorso schreef Grotius: Iuing (?) 1626 *(sic)*.

2615. 1636 juni. Aan N. van Reigersberch[1].

Mon frère,

Monsieur Warendorff[2], edelman van Lübeck heeft lang edelman geweest bij Mijn Heer den rijcxcancelier[3]: daernae bij mij een jaer ende eenige maenden. Hij gaet Engelant sien ende vandaer Hollant. Soo uE. hem eenige goede addresse can doen, off kennisse doen hebben, sult daeraen een goed werck ende mij aengenaem doen.

Ick wensche uE. ende alle de vrunden alles goeds.

UE. gantsch dienstwillige
H. de Groot.

Tot Parijs, den ...[4] Junij 1636.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raede in Hollant in Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot in Iuni 1636 tot Paris; brieff van addresse.

2616. 1636 juni 1. Van Ch. Marini[5].

Monsieur,

Celle-cy ne sera que pour vous adviser de la réception de celle de mon.r le duc[6], auquel ie la porteray demain s'il plait à Dieu à Colico où il est à présent en action, ayant d'autre costé de la valle de But envoyé mons.r de la Frezeliere[7] avec 4 régimens dans la Valsasne pour tâcher tous deux ensemble divertir les Espagnols

1 Hs. Leiden, UB., coll. Pap. 2. Eigenh. oorspr.
2 Johannes von Warendorf uit Lübeck; in 1632 werd hij samen met Theodorus Brömse ingeschreven in het register van de Duitse natie te Orléans.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Opengelaten.
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2648. Over Charles Marini zie V, p. 436 n. 4.
6 No. 2582 aan Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in Graubünden en de Veltlin.
7 Isaac de Frezeau de La Frezelière, gezegd de markies van La Frezelière; hij werd op 29 juni 1639 gedood door het laatste schot, dat het garnizoen van Hesdin op het leger van de Franse koning afvuurde. Hij was toen veldmaarschalk.

qui sont allez empêcher le passage du duc de Parme[8] dans ses terres, et quand si se peut faire surprendre la forteresse de Lecch laquelle ayant on peut aller librement jusques à Como où les Allemans qui marchent desià au nombre de quelque mille hommes doivent partir, et si on pouvoit pousser jusques là on leur empêcheroit fort aisément leur passage. Nostre armée est en action pour faire cest exploit, mais avec quel succez, il est encor incertain. Par le prochain ordinaire ie vous en esclairciray.

8 Odoardo Farnese.

Cependant ie me reccomande à vostre bonne grâce et demeure à iamais, monsieur,
Vostre serviteur très humble
Marini.

De Trahone, ce 1 de Juin st. n. 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Pour sa Majesté de Suède Ambassadeur à Paris.
Citò.
Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 19 Iuny n. st.
In dorso: 1 Iuny 1636 Marini.

2617. 1636 juni 1. Van H. Vagetius[1].

S.P.,

Quanto ardentius fuit meum tuarum, vir incomparabilis, literarum desiderium, tanto plenius gaudium, quo allatae tandem me cumularunt. Unum defuit, quod incomitatae venerunt. Circumspicienti enim *ἔπος γαμικὸν* nullum comparuit[2]. Ego vero, vir amplissime, testimonium quoddam illustris illius gratiae, qua meam in te observantiam, dum una Hamburgi agebamus, excepisti, extare etiam publice et meae obscuritati a splendoris tui magnitudine aliquid lucis foenerari magnopere cupiebam. Ita enim statuebam, si quid a te summo inter eruditos praeterea eminentissimae dignitatis viro in urbe inter Europeas maxima et clarissima cum meo honore memoriae proditum ad manus nostrorum perveniret, id non ornamento tantum insigni sed adiumento etiam et praesidio rebus meis in reliquam aetatem futurum. Sera autem esse non poterat tanti viri gratulatio, cuius - sicut postridie etiam bene sapere dicebantur Coenae Platonicae[3] - subsequentibus etiam temporibus iucunda erat et gloriosa futura memoria. Cum autem faciendarum nuptiarum consilium repentinus quidam casus interpellaverit, et in commodius tempus conferre coëgerit, a te, vir illustrissime, per illam, qua praesentem complexus es, benevolentiam, quamque absenti te servare literae ad me superiori bruma humanitatis et officii plenae a te missae luculenter ostendunt, unice peto, ut gravissimis negotiis, quae amplissimi muneris dignitas tibi imposuit, subtractam semihorulam leniendo amici desiderio impendeas meque in illorum numero comparere patiaris, quos magni illius Grotii conspicuus publico indicio affectus ad spem alicuius in literis nominis excitavit.

Vale, vir maxime, et inter illustrissimi nominis tui cultores admittere et amare ne dedigneris

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., 30 Aun. 2. Eigenh. oorspr. Antw. op VI, no. 2331; beantw. d. no. 2806. Betreffende H. Vaget zie men VI no. 2234, p. 161 n. 1.
2 Vagetius was in 1636(?) gehuwd met Margaretha Wiese.
3 Vgl. Cicero, *Tusc. Disp.* V 100: Timotheum, clarum hominem Athenis et principem civitatis, ferunt, cum cenavisset apud Platonem eoque convivio admodum delectatus esset vidissetque eum postridie, dixisse: Vestrae quidem cenae non solum in praesentia, sed etiam postero die iucunda sunt; zie *Cicero Tusculan Disputations with an English translation by J.E. King, Litt. D.* The Loeb Classical Library, London - New York MCMXXVII, p. 524.

T.C. observantissimum
Henricum Vagetium.

Dabam Hamburgi Anno MDCXXXVI ipsis Kal. Iuniis.

In dorso met latere hand: Ill. et incompar. viro Domino Hugoni Grotio, regni Suecici ordinario in Gallia legato Domino colendissimo Lutetiam Parisiorum.

2618. 1636 juni 3. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

Comme j'ay faict responces à toutes vos précédentes, lesquelles i'espère estre parvenues jusqu'à vous, ainsi je ne veux pax[2] manquer de vous signifier que i'ay bien receu la vostre de 2/12[3] de May, qui m'a esté baillée il y a trois jours.

Depuis ma dernière que ie vous envoyay il y a sept jours[4], nous n'avons pas eu de changement, mais sommes en attente de la guerre dans la Franche-Conté du secours pour Hagenou et Colmar puisque Cobelens à nostre malheur s'est perdu.

Pour les affaires de la Saxen et pays voisins je ne vous sçaurois mieux instruire qu'en vous envoyant ce que m'escrit monsieur Grubbe[5] d'Hambourg. Je contigneray ces lettres icy comme i'ay faict quelques précédentes au sieur Priolo[6].

On a fort parlé icy du manquement des vivres en l'armée de monsieur le duc de Rohan[7], et en suitte de cela de quelque malheur que ie ne croy pas avoir esté si grand comme ceux qui nous veulent du mal le ... icy.

J'ay envoyé vostre dernière lettre aussi bien que toutes les autres à monsieur le grand chancelier[8] et espère que vous ne perdrez pas vostre peine, à quoy ie seray tousiours très aise de contribuer ce qui sera en mon pouvoir et demeure, monsieur, vostre serviteur très affectionné,

H. de Groot.

A Paris, le troisiesme de Juin.

2619. 1636 juni 5. Aan Christina van Zweden[9].

Potentissima ac Serenissima Regina, Domina Clementissima,

Toto hoc vere segnities amicorum totas hostium vires in exercitus Sacrae Tuae Majestatis rejecit seroque demum post amissos Rheni Mosaeque Confluentes, qui nodus praecipue res Germaniae Galliaeque connexurus fuerat, movere se Gallia incipit in Burgundiae comitatum, qui, quanquam Hispanici juris ob vetera cum Helvetiis federa bello et huic et prioribus exemtus fuerat, sed nunc ita alimentis

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 24. Antw. op no. 2590; tesamen met no. 2626 beantw. d. no. 2650. Voor Charles Maria (Marini) zie V, p. 436 n. 4.
2 Verschrijving voor ‘pas’.
3 No. 2590.
4 No. 2604 dd. 27 mei.
5 Lars Grubbe; zie V, p. 432 n. 12.
6 Benjamin Prioleau, secretaris van Henri de Rohan.
7 Henri, hertog van Rohan; hij opereerde in de Veltlin.
8 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
9 Gedrukt *Epist.*, p. 236.

rebusque aliis juvisse res hostiles comperitur, ut ei pacis jura servari nequeant.
Dolam obsidum obsidet princeps Condaeus[10] cum peditatu XX

10 Henri de Bourbon, prins van Condé.

aut ultra, ut dicitur, millium, equitatu prope sex millium. Cardinalis Valetta[1] cum mediocri exercitu Hagenoviae periclitanti it succursum. Minores copias apud se habent dux Bernhardus Vinariensis[2] et qui limiti Campaniae praesidet comes Suessionensis[3].

Dux Rohanius[4] panis inopia fortiter, ut solet, facere impeditur. Ad Padum Gallorum sociorumque copiae extra praesidia sex ferme sunt millia equitatu, qui locis planis plurimum potest, multum infra hostem; expectant supplementa.

Polonus legatus[5], qui per Hollandiam transit, jam Bruxellae est inde huc venturus, ut gratias agat pro pace facta[6] cum Sacra Tua Majestate et det operam, ut haec quoque aula regis sui[7] votis si non favens certe nec contraria sit.

Ab Anglia jam hic adest legatus extraordinarius comes Licestrius[8] pacis cum caesare[9] conciliaturam moliens hoc modo, ut Lotharingiam rex Galliae[10], Palatinatum Bavarus[11] reddat. Alio mihi tendere videntur Galliam regentium consilia, ut post haec nunc ultima regni satis fessi tentamenta per inducias eorum, qui tenent, sed Lotharingiae praesertim possessionem firmet, ac si trahant de pace colloquia.

De matrimonio Lotharingico fratris regii[12] urgent pontificem[13], caesar, Hispanus[14], dux Carolus[15], ut id probet. Gallici legati intercedunt, ne qua de re ad regnum adeo pertinente extra regnum cognitio instituatur. Neutram potentiam offendere volens pontifex videtur rem prolatando ducturus et Galli contenti futuri parlamenti Parisiensis pridem facto decreto aut etiam omnium parlamentorum consensu coram genere humano testaturi non valere principum regii sanguinis conjugia, quae a rege vetantur.

Sunt, qui ex hac controversia dissidium Galliae ab aula romana sperant; sed ego neque pontificem quidquam constituturum arbitror, quo Gallorum sententiam improbet, et multa saepe friguscula video exoriri manente vetere servitio. Tum vero eorum, qui heic in summo sunt fastigio, neque rationes privatae ferre videntur neque eorum actiones eo tendere, ut de illa mole convellenda cogitetur. Neque id facile credet, qui considerabit nunc recens Gallica auctoritate effectum, ne protestantibus in Valle Telina habitare liceat[16].

1 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
4 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
5 Johan Zawadski.
6 Op 12 september 1635 was te Stuhmsdorf een bestand voor 26 jaar gesloten tussen Polen en Zweden; Frankrijk had er - naast andere staten, onder welke de Republiek - bemiddeling verleend.
7 Wladislas VII (IV).
8 Robert Sidney, graaf van Leicester.
9 Ferdinand II.
10 Lodewijk XIII.
11 Maximiliaan, keurvorst van Beieren.
12 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans en broer van de Franse koning, was op 3 januari 1632 in het geheim gehuwd met Margareta van Lotharingen; over de pogingen dit huwelijk ongeldig te doen verklaren zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv.; p. 989 vv.
13 Urbanus VIII.
14 Philips IV.
15 Karel IV, hertog van Lotharingen, broer van Margareta.
16 Vgl. no. 2499, p. 8.

Exspectamus, quid ad Saram - eo enim ivit - facturus sit dux Bernhardus; interim et Hanovia nos multum sollicitos habet.

Deus, Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima, armis justis Tuae Majestatis ejusque sociorum faveat et ea bonum ad pacis aequae perducat exitum.

Lutetiae, 5 Junii ex novo calend. 1636.

Adres: Christinae, Reginae Sueciae, Gothorum, Vandalorum etc.

2620. 1636 juni 5. Aan J. Hepburn[1].

Monsieur,

J'ay receu il y a deux iours la vostre du 30^{e} de May de Vol avec le contentement et le remerciement que requirèrent voz mérites et l'estime que je fais de voz qualitez.

Je suis bien aise qu'on se met en action et souhaitte aux uns et aux autres de la prospérité aux desseins présents pour après en pouvoir entamer d'autres. Nos Suédois tant en Saxen qu'en Poméranie et au pays de Brandenbourg ne laissent pas de faire des actions généreuses et mettre les ennemis en grande peine. Ils vont aussi bien plus avant, ayant bravement pris Minden sur le Weser et secouru Osnabrug; et espèrent de faire mieux avec monsieur le landgrave de Cassel[2]. Le colonnel de qui m'escrivez[3] est party ayant receu la somme qu'avez iugé nécessaire.

Je n'ay pas laissé de tesmoigner à monsieur le grand chancellier[4] l'affection que continuez aux affaires communs et notamment de la Suède, laquelle a tousiours honoré et honorera vos vertus. N'ay pas oublié aussi faire mention de la lettre de change, en quoy et en tout affaire qui vous concernera ie vous prie de croire, monsieur, que ie désire d'estre cogneu pour vostre très humble serviteur et parfait amy.

Nous n'avons pas receu à cette fois les pacquets d'Hollande et par conséquent d'Allemagne et de Poméranie. Ce qui est cause que cette lettre est plus stérile des nouvelles que ie ne voudrois. En estant mieux fourni, monsieur, ie ne seray pas chice pour vous en faire part.

Le 5 de Juin n. st. 1636.

2621. 1636 juni 5. Aan Rijngraaf Otto[5].

Monsieur,

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 25. Geadresseerde, sir John Hepburn (1598?-8 juli 1636), was een Schot van origine; hij vocht onder de Zweden en stond sedert 1633 in Franse dienst. Op 8 juli 1636 sneuvelde hij tijdens het beleg van Saverne.

2 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.

3 Hugh Hamilton; vgl. no. 2598, p. 157 en n. 7 aldaar, en postscriptum, p. 159.

4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 26. Antw. op no. 2594.

Lorsque j'eu l'honneur de recevoir vostre lettre de Vizelize[1] j'avois avec moy monsieur Ponica[2] qui estoit demeuré icy après le partement de monsieur le duc de Weimar[3] pour se préparer au voyage d'Angleterre.

Comme ie l'avois prié souventesfois de me vouloir aider à recommander vos affaires et ceux de vostre maison très illustre en cette cour, ainsi m'a il tesmoigné d'y avoir contribué tout ce qui estoit de son crédit, qui n'est pas petit icy, et d'y vouloir continuer à quoy ie ne lairray pas de l'exciter et d'y coöpérer tant qu'il me sera possible.

J'ay envoyé, monsieur, la lettre qu'avez escrite à monsieur le grand chancellier[4] à qui ie n'ay pas omis aussi de recommander tout ce qui peut servir à vostre contentement. Ledit grand chancellier et monsieur de St. Chaumont[5] à la fin de Mars et commencement d'Avril estants à Wismar ont fait certaines conventions ensemble et nonobstant que sur certaines articles d'importance ils ont trouvé nécessaire de consulter réciproquement leurs principaux et prendre temps pour s'en donner mutuellement la résolution finale si est ce que cependant ils sont d'accord de la part des deux couronnes de ne faire aucune paix ny tresve ny surchéance d'armes plus longue que de quinze iours sinon ensemble et conioinctement. Si i'apprens quelque chose de la suitte de cecy ie ne manqueray pas, monsieur, de vous en donner advis.

Je croy qu'aurez entendu comment nos Suédois ont pris Minden sur le Weser, et secouru fort bravement Osnabrug, et qu'ils se renforcent tous les iours des gens, de vivres et d'amunition tant en la Saxen qu'en la Poméranie et aux pays voisins. Le roy de Danemarcq[6] ne laisse pas de s'entremettre pour la paix, mais la Suède ne la veut que commune et seure et honneste.

Dieu nous la donne, monsieur, et vous conserve en pleine prospérité.

Vostre très humble serviteur.

Le 5 de juin n. st. 1636. A Paris.

2622. 1636 juni 6. Aan [N. van Reigersberch][7].

Monsieur Salmasius[8] is te Dijon wat opgehouden geweest door zijn vaders[9] en daarna zijner huisvrouwe[10] ziekte. Middelertijdt is 't gerucht gekomen te Rome, dat deze man hen zoude konnen schaden. Overzulks hebben de kardinalen Barbarijn[11] en Bagny[12] geschreven, dat men moet zien hem in Vrankrijk te houden. De

1 No. 2594?
2 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont.
6 Christiaan IV.
7 Gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 70, p. 69. Naar ik vermoed is de brief gericht aan Nicolaes van Reigersberch.
8 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden, doch met verlof in zijn geboorteland.
9 Bénigne de Saumaise; zie over hem IV, p. 282 n. 1.
10 Elisabeth Virot. aant.
11 Francesco, kardinaal Barberini; zie III, p. 230 n. 2; zie ook V, p. 36 n. 1.
12 Giovanni Francesco, kardinaal Guidi del Bagno († 1641); hij was pauselijk nuntius in Parijs geweest.

prins van Condé[1], gouverneur van Bourgonje, heeft last gekregen en eerst hem groote voordeelen aangeboden, zoo hij ter misse wilde gaan. Ziende, dat zulks niet vallen wilde, heeft hem, zoo hij is, getragt hier vast te maken ende zijne conditie te verbeteren. De zwarigheit is op de zekerheit. Mij dunkt, dat hij in Engelandt de beste dienst zoude konnen doen voor de gemeene christenheit .....

Ik heb in deze dagen vrij wat door de stadt van mij doen spreken, dewijl ik op de octava van de Feste Dieu[2] - zoo ze die noemen -, wanneer de processie voorbij ons huis zoude komen, verboden heb, dat men aan ons huis tapijten zoude hangen, zoodat de commissaris de tapijten heeft moeten hangen zeven of acht voeten van de deur aan palen vastgehegt. Dit heb ik gedaan naar het voorbeelt van voorgaande Brittannische ambassadeurs. Men meende, dat lutherschen zulke processiën niet quaadt vonden. Maar daarin bedriegen zij zich. Praesentiam credunt inexplicabilem et tantum in usu sacramenti. Deze Heilige dag is vierhondert jaren oud, de processie driehondert jaren, gegrond op een frivole revelatie van een Engelsche bagijn[3] .....

Ik versta, dat Duraeus[4] in Zweden is om den vrede der protestanten te vorderen. Doctor du Val[5], een van de Sorbonisten, maar van de factie van den paus[6], heeft in deze dagen een boek gemaakt[7], waarin hij stelt, dat de doctoren in de theologie geen kettersche of verboden boeken mogen lezen zonder bijzondere toelating van den paus, daar 't gebruik van Vrankrijk altijdt is geweest, dat zulks verstaan word begrepen te zijn in het confereren van het doctorschap. Hij zeid daarenboven, dat de opinie, die de paus stelt boven de conciliën, - 't welk is de opinie van Vrankrijk, naar 't zeggen van den kardinaal Bellarmijn[8] zelve - aanleiding geeft tot ongehoorzaamheit en rebellie.

1 Henri de Bourbon, prins van Condé (1588-1646).
2 Fête-Dieu of Fête du Saint Sacrement, feest ter ere van de Eucharistie, in 1264 door paus Urbanus VI ingesteld en door de bulle *Transiturus de hoc mundo* verbreid; Johannes XXII heeft het feest in 1317 verrijkt met een octaaf en een processie voorgeschreven.
3 Wellicht Eva, recluse van de St. Maartenskerk te Luik (± 1200-± 1265). Samen met Juliana van Mont-Cornillon ijverde zij voor de instelling van het feest van het H. Sacrament. Vgl. Petrus Cabeljau, *Catholiick Memory-Boeck der Gereformeerde*, Leiden 1661 Eerste Deel, p. 593. Een ‘Engelsche bagijn’ is mij in dit verband niet bekend.
4 Johannes Duraeus - John Durie -; zie over hem V, p. 314 n. 4.
5 André Duval (1564-1638), Frans theoloog.
6 Urbanus VIII.
7 *Andreae D Vvallii Ponthesiani Doctoris Sorbonici, Et Regii Theologiae In Academia Parisiensi Professoris: Commentarii In primam secundae partis Summae D. Thomae. Tomvs Prior Complectens Sex Tractatus: Primvm de voluntario, & libero, atque de actionibus humanis. Secundum de peccatis. Tertium de legibus. Quartum de gratia, & auxiliis eiusdem supernaturalibus. Quintum de quator hominis nouissimis. Sextum de Indulgentiis. Lvtetiae Parisiorvm. Sumptibus Sebastiani Cramoisy, Typographi Regij, viâ Iacobaeâ. M.DC.XXXVI. Cum Privilegio Regis Christianissimi, & Doctorum Approbatione.*
Andreae Dvvallii Ponthesiani Doctoris Sorbonici, Et Regii Theologiae in Academia Parisiensi Professoris, Commentarii In secundam secundae partis Summae D. Thomae, Tomvs Posterior Complectens qvator Generales Tractatvs, Primum de Fide. Secundum de Spe. Tertium de Charitate. Quartum de Summo Pontifice. Lvtetiae Parisiorvm Sumptibus Sebastiani Cramoisy Typographi Regij, viâ Iacobaeâ. M.DC.XXXVI. Cum Priuilegio Regis Christianissimi, & Doctorum Approbatione. Voor de bedoelde passus zie II, p. 778.
8 Robertus Franciscus Romulus, kardinaal Bellarminus; zie over hem V, p. 310 n. 17.

2623. 1636 juni 6. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Multos rerum peritos ita existimare video Gallos natura sua minime cunctabundos ad hoc usque tempus resides fuisse non casu, sed destinato, ut vi omni hostium in nos effusa arma nostra religionemque protestantium quam longissime a vicinia sua amoverent id ipsum Romae pro magno merito imputaturi. Praeterea dum Lotharingiam ejusve munitiora bello, pace aut indutiis retineant, cetera damna levia ducunt; planeque, quasi cum imperatore[2] jam convenissent, omissa Germania bellum in Hispani terras, id est Burgundiae comitatum, transferunt contemtis Helvetiorum ea de re querelis.

His diebus Sorbonicorum unus Du Val[3] nomine pontificis[4] valde studiosus collegis inconsultis librum ediderat[5], in quo dixerat inter multa alia libros Romae vetitos ne a doctoribus quidem theologiae licite legi, nisi speciali concessu pontificis, cum hactenus receptum his in locis fuerit, ut jus omnes libros legendi in ipsa collatione doctoratus comprehensum censeretur. Praeterea sententiam, quae concilium docet esse supra pontificem - ea autem est academiarum Galliae vetus sententia testante Bellarmino[6] - occasionem dare inobedientiae et rebellioni. Haec loca carbone nigro Sorbona cum notare vellet, regii consilii interdicto vetita est: sic defenduntur jura regni et veteris libertatis ecclesiae Gallicanae reliquiae tenues.

De matrimonio Lotharingico[7], quanquam probationem ejus urgeant Romae caesar[8], Hispanus[9], dux Carolus[10], rem mansuram puto in incerto timente pontifice potentes partes offendere. Forte Galli parlamenti aut hujus aut omnium auctoritate firmabunt id, quod nuper episcopi quidam consulti responderunt irrita esse principum regii sanguinis conjugia regis impermissu. Combalettam[11], cardinalis[12] propinquam, regio fratri[13] conjugem destinari rumor multus est, sed cardinali, quantum vulgo patet, aversante. Quid post siparium agatur, dies deteget. Frater regius ab ea cogitatione se non alienum praefert, ut tempus trahat, an ut hoc ipso cardinalem regi[14] suspectum faciat variantibus hominum judiciis. Fontebellaqueo rex nunc agens ibi fratrem exspectat.

A Voido[15], ad Mosam loco, literas habeo tribuni Heiburni[16] scriptas XXX

1 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.* p. 237; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 190.
2 Ferdinand II.
3 André Duval; zie no. 2622, p. 187 en n. 5 aldaar.
4 Urbanus VIII.
5 Zijn *Commentarii in primam [secundam] secundae partis Summae D. Thomae tomus prior [posterior]* van 1636.
6 De jezuiet Robertus Franciscus Romulus Bellarminus (1542-1621).
7 Vgl. no. 2619, p. 184 en n. 12 aldaar.
8 Ferdinand II.
9 Philips IV.
10 Karel IV, hertog van Lotharingen.
11 Marie Madeleine de Vignerot, dame de Combalet; zie no. 2575, p. 124 en n. 1 aldaar.
12 De Richelieu.
13 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
14 Lodewijk XIII van Frankrijk.
15 De tekst der *Epist.* heeft abusievelijk 'Volo'.
16 John Hepburn; zie over hem no. 2620, p. 185 n. 1.

Maii novi cal. Postridie ejus diei, ut significat, cardinalis Valetta[1], quicum ipse erat[2], ibat subventurus Hagenoviae fame periclitanti. Dux Bernhardus[3] interea suo cum agmine ibat Rhenum Mosellamque inter, tum ut distraheretur a Valetta pars hostium, tum ut Sarae adsita ab hostili incursu liberentur, dum majores ex Gallia copias Valetta exspectat; quae ubi venerint simul cum duce Bernhardo majora aggredi meditabatur. Haec ille.

Ducis Bernhardi copiis secundo prae est imperio comes Guichius[4], cardinalis et ipse cognatus, excusato ob morbum, an quod legationi de pace servetur, Feuquerio[5]. Dolam in comitatu Burgundiae obsidet princeps Condaeus[6] cum XX, ut ajunt, peditum, VI equitum millibus. Ei proximum in militem imperium habet Milleraeius[7], cujus avunculus est ipse cardinalis. Ita non quiescit inter publica negotia privatae potentiae studium.

Duraeum[8] sociandis ecclesiastica pace protestantibus laborantem audio, postquam consilia sua Zelandis pastoribus et Gallicae linguae per Bataviam ministris probasset, Hollandis haesitantibus profectum in Suediam promovendo eidem negotio optando magis quam facili.

Quod nuper[9] scripsi vereri me, ne per Polonicum matrimonium[10] Anglia a nobis abalienetur, ejus rei jam initia persentiscere mihi videor: ordinarius enim legatus[11] - extraordinarium[12], quia regem nondum salutavit, conspicere interea per mores non licet - dixit mihi inaudisse se literas a Tua Sublimitate ad Palatinum[13] scriptas satis frigidas. Dixi credere me scriptas pro rerum statu praesente, alias futuras, si in causam Anglia nobiscum vellet descendere. Addidi Palatinae Domus studiosam semper fuisse Sublimitatem Tuam, cujus rei testes essent regina Bohemiae[14] et administrator[15].

Regis Galliae animum religione sua et monachorum instinctu constat pacis esse cupidum aegreque eum, ne praeceps eo ruat, spe rerum meliorum a cardinali sufflaminari.

Madritio scriptae litterae XII Aprilis novi cal. nuntiant commendatum ab Anglis regi Hispaniae Palatini negotium. Respondisse imperatorem ad postremas

1 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
2 De tekst der *Epist.* heeft ‘qui cum ipso erat’.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Maarschalk Antoine, hertog van Gramont, ook genoemd graaf van Guiche; zie VI no. 2486, p. 543 n. 11.
5 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
6 Henri de Bourbon, prins van Condé.
7 Maarschalk Charles de La Porte, markies, later hertog, van La Meilleray (1602-1664).
8 Johannes Duraeus - John Durie -; zie over hem V, p. 134 n. 4.
9 No. 2585 dd. 8 mei.
10 Er is herhaaldelijk in de brieven van 1635 en 1636 sprake van een huwelijk van de Poolse koning Wladislas VII (IV) met Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts, en Elisabeth Stuart, zuster van de Engelse koning Karel I. Ook andere kandidaten worden genoemd; Wladislas huwde echter in 1637 Cecilia Renata (1611-1644), dochter van keizer Ferdinand II.
11 Burggraaf John Scudamore.
12 Robert Sidney, graaf van Leicester.
13 Karl Ludwig; zie over hem V, p. 112 n. 12.
14 Elisabeth Stuart.
15 Ludwig Philipp, paltsgraaf van Simmern (1602-1655).

Hispani eo de negotio literas velle se morem gerere regis Hispaniae postulatis, quantum res ferrent imperii.

Siciliae donativum et ex regno Neapolitano IX C^{m} ducatos impendi rebus Belgicis Germanicisque. In Corunna aliisque Hispaniae partibus parata haberi navigia, milites aliaque vitae aut bello necessaria, metu paratuum Gallicorum Batavicorumque et cum Anglis pace incerta. Etiam in Catalonia locisque aliis dilectus haberi aut eadem de causa, aut ut ex Insulis[1] tentetur aliquid in oram Massiliensem. Melitensibus irasci Hispanum, quod novum struere volentes castellum, ea de re non se aut suum Siciliae praefectum[2] eodem tempore, quo papam consuluissent.

Vienna literae datae 26 Aprilis nos docent legatos Danicos[3] praeter suum Bremense et de Albis onere negotium laborare in cudenda cum Suedis pace; et de pecunia quidem in solutionem militum danda non fore difficilem imperatorem, ad illud vero, quod suadet Danus[4], ut Suedis concedantur Rostochium, Wismaria, Stralsundum, obhaerescere adhuc negotium. Non satis concordes agere dominos Banerium[5] et Wrangelium[6] iisdem literis perscribitur.

Vetustiores paulo Vienna literae dicebant 5 Maji abiturum imperatorem, Augustam[7] et reginam Hungariae[8] Lintzae exspectaturas tempus inaugurandi regis Romani[9].

Ab Hispano Genuensibus offerri Finale, si eo pacto eos possit in belli societatem pertrahere. Missum ab aula imperatoris Rensium[10] cum pecunia in stipendium militis per Silesiam agentis. Helvetiorum animos magis magisque abalienari video a Gallis, primum ob inimica protestantibus decreta de Valle Telina[11], deinde quod stipendia non solvantur[12], qua de causa auxilia Soloduriensia jam a militia discessere, idemque se facturos minantur alii.

Tum vero comitatus Burgundiae curam honeste derelinqui non posse sentiunt Friburgenses et alii quidam. Transiere jam per eas partes in usum Hispaniae bis mille Germani secuturis peditibus aliis ter mille, equitibus mille. Cur ad Padum nihil egerint hactenus Galli ac socii, causam alii ad amnium incrementa referunt, alii, quod Sabaudus[13] pacem spectans consilia moretur; credo et impares fuisse

1 Ste. Marguerite en St. Honorat.
2 Van 1635 tot 1639 was onderkoning van Sicilië: Luis-Guillem de Moncada, prins van Paterno, hertog van Montalto.
3 De resolutie was van 30 april 1636; het Deense gezantschap stond onder leiding van Christian von Pentz (1600-1651), gouverneur van Gluckstadt; hij was in 1634 gehuwd met Sophie Elisabeth, gravin van Sleeswijk-Holstein, dochter van Christiaan IV en Christina Munk.
4 Christiaan IV.
5 Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
6 Herman Wrangel.
7 Eleonora Gonzaga (1598-1655), met wie Ferdinand in 1622 in tweede echt huwde.
8 Maria Anna (1606-1646), dochter van de Spaanse koning Philips III; zij was in 1631 gehuwd met Ferdinand, koning van Bohemen, zoon van Ferdinand II en later (1637) als Ferdinand III diens opvolger.
9 In december 1636 werd Ferdinand tot rooms koning gekroond.
10 Dese afgevaardigde - wellicht moet 'Reusius' gelezen worden - heb ik niet kunnen identificeren.
11 Vgl. no. 2499, p. 8.
12 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing 'petantur'.
13 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.

hostilibus copiis, cum extra praesidia sex tantum millia apparerent, quibus nunc equites accessere et cohortes Sabaudiam aliquot[1] transeunt. Certe neque Parmensis[2] transire hactenus ad sua potuit et marchio Villa[3] cum e Placentia in vicinum agrum exiisset, recipere se coactus est.

Scribunt Mediolanenses extra eos, qui praesidiis attinentur, in apertum educi posse sex equitum, octodecim peditum millia, credo ad verum aliquid adjicientes, dum famae student. Sed ex regno Neapolitano mille equites, mari mille pedites cum multo argento venire credebantur et dirigi in Montiferratensem agrum tentamenta, ni Galli alio traxerint. Hispani duces Ticini adhuc imminent occasionibus.

Rohanii[4] gloriam destruere scribitur legatus Galliae[5] illis in partibus multoque magis hic pecuniarum arbiter Bulionius[6]. Videmus hostes e Tirolensi agro aliquid in Vallem Monasteriensem moliri. Ne illud quidem omittendum censeo, quod Mediolano scribitur Austriacos, quod ipsis cum rege Poloniae[7] erat controversum, de eo transegisse datis ei reditibus ex regno Neapolitano, Castello maris, quod dicitur, et Rupe Guilielma, quorum sors superet[8] CCCL scutatorum millia; quod additur eidem regi a Gallis ostentari matrimonium aut Condaeae[9] aut Mantuanae[10] serum est, quando cum Palatina[11] res pro confecta habetur.

Haec cum cogito, maxime mihi dolet, quod haec aula ita Romam respicit, ita intus fluctuat, ut non possit in ea multum fiduciae collocari. Etiam nunc in re quidem non maxima nec spernenda tamen iniquiores fuere nobis. Nam cum nuper in initu legati ab Anglia ordinarii Veneto[12] contra nos nimis aperte favissent, nunc cum facile mihi esset ope meae familiae et eorum, qui cum Hogendorpio[13] sunt, dignitatem nostram tueri, omiserunt quicquam significare aut mihi aut Veneto.

Scribit comes Suessionensis[14] apud Sessam amnem se pugnasse feliciter cum Polonis quater mille, sibi cum essent tria peditatus regimenta, quae dicunt, quatuor Helvetiorum centuriae, equites partim levis armaturae partim Hungaricae partim cum carabinis mille ducenti: caesos hostium prope quingentos, suorum amissis non ultra septuaginta, signa hostium capta duo et ductores aliquot.

1 De tekst der *Epist.* heeft ‘aliquae’.
2 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
3 Guido, markgraaf van Villa († 1648).
4 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
5 François Lasnier; zie over hem no. 2527, p. 52 n. 15.
6 Claude de Bullion.
7 Wladislas VII (IV).
8 De tekst der *Epist.* heeft in plaats van ‘quorum sors superet’ de woorden ‘qui superent’.
9 Anne Geneviève, dochter van Henri de Bourbon, prins van Condé; zie over haar V, p. 321 n. 2.
10 Maria Louisa Gonzaga; zie III, p. 206 n. 6 in fine.
11 Elisabeth, dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts; vgl. p. 189 n. 10.
12 Alvise Contarini di Nicolo.
13 Gijsbrecht van Hogendorp; tot de val van Mainz in december 1635 was hij gouverneur van die stad geweest. Zie VI no. 2319, p. 287 n. 13.
14 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

Scribit D. Thuanus[1], qui cum cardinali Valetta die Maji 31 es novo cal. a Voco Barisaeum, quod a Spinali diei itinere abest, pervenerat, consultasse ibi cum Valetta ducem Bernhardum, ita ut modo ex Heiburni literis scripsi, diversa primum itinera ut caperent, postea iterum ad meliora ausa coituri. Comitem Susae[2] obvios[3] sibi factos Croatos quingentos, qui frumenti Gallici commeatum interceperant, cum centum et quadraginta equites secum haberet ipse, disjecisse occisis eorum triginta quinque ipsa in pugna, captis vero viginti quinque.

Literae scriptae Divione calendis Junii novi calendarii nuntiant, ex quo Dola obsessa est, Pesmum oppidum in vicino pari inter Dolam Graiamque intervallo quingentis militibus custoditum, per pactiones venisse in Gallorum potestatem secutaque castella, Pinctam[4], Moseium[5], Rupem fortem. Habet secum Valetta ter mille pedites, equites totidem, machinas campestres quatuor. Auditur movere se hostis in Alsatia inferiore, Croatos quoque alios citra montes vagari et Polonos, qui in Luxemburgico agro fuerant, in Alsatiam ajunt transiisse, Bussium[6], cum Confluentium oppidum periclitaretur, recepisse se in arcem inferius Ermesteino sitam, ibi eum in sesquimensem durare posse. Haec sunt externa.

Ad propiora ut redeam, audio esse, qui judicant non sperare cardinalem Combalettam jungi posse fratri regio neque tam rerum ignarum, ut non praevideat, quantae inde in animo regis sint oriturae suspiciones, sed hoc suscitabulo eum uti, ut comitem Suessionensem regii sanguinis principem diu circa hoc matrimonium cunctantem impellat.

Mitto literas a Ryngravio[7] et Marino[8] et duo scripta in vulgus edita, alterum, quo regis religio in cohibendis sacrilegiis celebratur[9], alterum, quo color oblinitur turbatae pacis in comitatu Burgundiae permulcendis Helvetiis[10].

Heiburnus ad me scribens rogavit, ut se addictissimum semper Sublimitati Tuae ipsi commendarem memoremque facerem X^{m} imperialium, quos Tua Sublimitas, Magontiaci cum esset mense Julio anni nuper exacti, ipsi per homines D. Spiringii[11] numerari jusserat; quod cum consequi tunc nequiverit temporum iniquitate, orat, ut nunc Lutetiae ipsi eandem summan recipere liceat.

Haec erat hoc tempore rerum tum hic, tum foris, facies, quam Deus ad optima vertat idemque, Excellentissime Domine, Tuae Sublimitati praestet optima quaeque.

Tuae Sublimitatis devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 6 Junii novi calendarii.

1 François Auguste de Thou (1604-1642), oudste zoon van de in 1617 overleden Franse historicus Jacques Auguste de Thou. Hij was als surintendant des finances et de la justice toegevoegd aan kardinaal De La Valette.
2 Louis de Champagne, graaf van La Suse, gouverneur van Montbéliard. De tekst der *Epist.* heeft de foutieve lezing 'sunt'.
3 De uitgave de *Epist.* heeft de lezing 'obviam'.
4 Er staat - abusievelijk - Pinolam.
5 De lezing der *Epist.*: 'Moscium' berust wellicht slechts op een zetfout.
6 Charles, graaf van Bussy-Lameth.
7 Rijngraaf Otto.
8 Charles Marini; het bedoelde schrijven is wellicht no. 2596.
9 *Déclaration ... contre les jureurs et blasphémateurs du sainct nom de Dieu, de la sacrée Vierge Marie et des Saincts. Verifiée en Parlement, le 19 may 1636* - Paris, P. Rocolet, P. Mettayer et A. Estiéne, 1636.
10 Zie voor de titel p. 198 n. 4.
11 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2624. 1636 juni 9. Van Willem de Groot[1].

Frater optime,

Summa erat apud omnes Gallicarum litterarum expectatio, cum tuae aliaeque VII Maii scriptae[2] nobis traditae sunt, sed nec eae quidem recentes, quippe ante mensem datae.

Pro scripto Molae nomen praeferente[3] gratias habeo; non immerito ibi vapulat Balsacus[4], quem et libellus sub nomine Buxhornii[5], ut audio, edendus docebit, quid sit irritare crabrones[6].

Epigramma tuum in Seldenum[7] festivum sane est[8], sed sine Theonino dente[9].

De rebus nostris ut te jam certiorem faciam, scias valetudinem nostrum omnium esse satis bonam et parentum[10] tolerabilem, nisi quod nuper vitam cum morte commutavit senex Rijcxius[11], tibi, dum viveret, amicissimus: in cujus locum sufficiendus videtur Forestus Alcmarianus[12].

Pavo[13] tandem obtinuit, ut sibi redire liceat exadvocato et exlegato. Ordines Hollandiae cum alium sibi quaererent advocatum, plurium mentio fuit facta, quos inter Bellimontius[14], Honartus[15], Kinscotus[16], Wevelinchovius[17], Borelius[18], Mussius[19], sed si tres suffragiis vicere, Catsius[20], Forestius, Glargius[21]. Postea,

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2583; beantw. d. no. 2683 tesamen met nos. 2625 en 2643.
2 No. 2583.
3 Zie voor deze Mola - Nicolas Bourbon le Jeune - no. 2583, p. 133 en n. 7 aldaar.
4 Jean Louis Guez, seigneur de Balzac. Zie III, p. 186 n. 2; zie ook ibid., n. 1.
5 *Danielis Heinsii Epistola qva Dissertationi D. Balsaci Ad Heroden Infanticidam, respondetur: multaque diuersae eruditionis hac occasione excutiuntur editore Marco Zverio Boxhornio. Lvgd. Batavorum*, Ex Officina Elzeviriana. MDCXXXVI, De opdracht van dit geschrift aan Const. Huygens is gedateerd op 12 juli 1636.
6 Plautus, *Amph.* 707: inritabis crabrones.
7 Over John Selden en zijn *Mare clausum*, zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9. Zie ook no. 2588.
8 Zie voor dit epigram no. 2583.
9 Theon was een bekend lasteraar in het oude Rome; zie Horatius, *Epist.* I, 18,82.
10 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.
11 Ventidius Riccen, tot zijn dood in 1636 rekenmeester van Holland en West-Friesland.
12 Nanning van Foreest, pensionaris van Alkmaar; hij werd bij schrijven dd. 4 augustus van Frederik Hendrik aan de Staten van Holland 'genotificeert ... tot Reekenmeester te zijn verkooren' (Res. St. v. Holl. 6 aug. 1636, p. 483).
13 Adriaen Reyniersz. Pauw; vgl. ter zake de nos. 2505, 2511, 2543. Hij wordt in 1636 raad en rekenmeester der domeinen van Holland.
14 Simon van Beaumont, Grotius' opvolger in het ambt van pensionaris van Rotterdam.
15 Rochus van den Honaert (1572-1638), raadsheer in de Hoge Raad.
16 Nicolaes van Kinschot; zie over hem IV, p. 480 n. 10.
17 Mr. Jan van Wevelinckhoven; zie IV, p. 385 n. 9.
18 Willem Boreel, pensionaris van Amsterdam.
19 Mr. Cornelis Musch (1592 of 1593-1650), griffier van de Staten-Generaal.
20 Jacob Cats; vgl. IV, p. 337 n. 2. Hij werd na Pauw in 1636 raadpensionaris en bekleedde dit ambt tot 1651.
21 Gilles de Glarges (1559-1641), pensionaris van Haarlem.

cum Forestius id muneris non affectaret, Glargius vero per aetatem oneri sufficere se negaret, facile omnium votis electus est Catsius, qui hac septimana generum sibi adsciscit Mussium[1] cum magnis divitiis brevi quaesitus.

Ad legati Gallici munus obeundum apud Batavos propositi fuere Brassardus noster[2], Oostervici dominus[3] ac dominus Asperae[4], sed cum Brassardus tredecim tulisset vota, omnium oculi in illum fuere intenti[5]. Ille vero unius dici spatio ad deliberandum postulato postera die excusationis causas satis generales proposuit atque ita Oostervici dominus a Batavis nostris nominatus et ab Ordinibus Generalibus electus est. Ego tibi cum illo melius conventurum puto, quam antea cum eo, qui jam plenis velis ad nos properabit, camerae rationalis adsessor post tantam dignitatem futurus.

Copiae Gallorum sociae, quae nobis hactenus oneri et timori fuere, tandem in patriam reversae sunt: magnam earum partem ad portum usque Delfensem principis[6] jussu navibus duxit Losecatius noster[7], et rapinas ac damna incolarum, quantum potuit, repressit, cujus filium[8] deputati Ordinum Hollandiae nudius tertius signiferum credarunt, Dusseni[9] praecipue opera, sed etiam assentiente Broechovio[10].

Controversia de portu Delfensi, cujus meministi, nondum sopita est; ita durae cervicis sunt concionatores nostri, sed Ordines Hollandiae Synodum ipsis indulgere nolunt, priusquam decreto suo pareatur atque ita reipublicae sua auctoritas constet.

De pace jam nihil inaudimus; speramus tamen Deum tandem minus turbida consilia principum animis inspiraturum.

Britanni plane nos piscatu prohibere volunt, quos contra jam calamum acuit Graswinkelius[11] et ad litteras suas[12] responsum expectat; sunt, puto, inter erep-

1 Elisabeth Cats trouwde in mei 1636 met mr. Cornelis Musch, heer van Waelsdorp, Nieuwveen en Carnisse. Na de dood van Musch in december 1650 hertrouwde zij (28 januari 1652) met Dirck Pauw.
2 Govert Brasser uit Delft; in de vergadering van Holland van 5 juni bij meerderheid genomineerd tot de ambassade van Frankrijk heeft hij om particuliere redenen ontheffing verzocht en verkregen (Res. St. v. Holl. dd. 6 juni 1636, p. 439).
3 Willem van Liere, heer van Oosterwijk; hij werd in december 1636 ordinarius ambassadeur van de Geunieerde Provinciën te Parijs, welke post hij tot december 1647 bekleed heeft. Hij stierf in 1649.
4 Mr. Paulus Matthijsz. van Asperen, raadsheer in de Hoge Raad.
5 Vgl. Vergilius, *Aen.* II, 1: Conticuere omnes intentique ora tenebant.
6 Frederik Hendrik.
7 Frederik van Losecaat, gehuwd met Grotius' zuster Adriana; zie over hem IV, p. 8 n. 10.
8 Diderik van Losecaat. Vgl. *Resolutiën vande Heeren Gecommitteerde Raden* 9 juni 1636: 'Ende tot vendrich vande voors. compagnie Dirck Losecaet, adelborst onder de comp.ie van den lieutenant-collonel Thienen.' De kapitein van de 'voors. compagnie' was Grobbinger.
9 Vermoedelijk Eewout Jacobsz. van der Dussen; zie V, p. 9 n. 11 en III, p. 11 n. 4.
10 Jacob van Brouckhoven (1577-1642) uit Leiden; hij had evenals Eewout van der Dussen zitting in het college van Gecommitteerde Raden van de Staten van Holland en West-Friesland in het Zuiderkwartier te 's-Gravenhage.
11 Theod. Graswinckel; vgl. terzake no. 2588.
12 No. 2588, eerst beantwoord op 24 juli (no. 2682).

tas tibi chartas multa, quae ad eam materiam facerent. Audio Pontanum Herdervicensem[1] Daniae regis[2] jussu adversus Seldemun scribere.

Vale.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Raptim. Hagae, IX Iunii 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Très chrestien, A Paris.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 22 Julij.

En in dorso: 9 Iunii 1636. W. de Groot.

2625. 1636 juni 9. Van Willem de Groot[3].

Frater optime,

Postquam has litteras[4] exarassem binas a te accepi, priores XIV[5], posterios XXIII[6]. Maii datas, in quibus multa de libris chartisque deperditis, qua de re cum Reygersbergio[7] aliisque agam, quanquam parva mihi spes sit, nisi reperto filo Ariadnaeo aliquo, quod nos in veram semitam deducat[8].

In alteris meministi librorum, quos pro tuis non agnoscis; eos ego veris - quoad possum - reddam dominis, quam fidem tibi ab aliis non praestari doleo.

Editionem Antologiae[9] non dissuadeam Morello[10] committi; cogita, an Didericus[11], ubi ad vos redierit, correctoris officio ex parte fungi non possit: Blavii[12] tricas nosti, et characteres tibi displicent.

Nova non addam, quia ea prioribus litteris inserni, a vobis vero nihil me earum rerum accipere miror.

Vale cum uxore et liberis[13].

1 Johannes Isacius Pontanus, hoogleraar te Harderwijk. Over zijn in 1637 verschenen *Discussionum historicarum libri II* zie V, p. 52 n. 7.
2 Christiaan IV; het boek is opgedragen aan Christian Friis (1617-1657), zoon van de Deense kanselier Christian Friis (1556-1616).
3 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Antw. op nos. 2591 en 2599; tesamen met nos. 2624 en 2643 beantw. d. no. 2683.
4 No. 2624.
5 No. 2591.
6 No. 2599.
7 Nicolaes van Reigersberch.
8 Zie voor het verhaal van Ariadne en Theseus Ovidius, *Metamorph.* VIII, 169 vv.
9 Zie voor deze uitgave VI no. 2407, p. 426 n. 7.
10 Over de drukker Charles Morel, zie no. 2583, p. 134 n. 10.
11 Grotius' jongste zoon was kort voordien thuisgekomen na in het vaderland een militaire opleiding te hebben genoten onder de luitenant-generaal der artillerie Johan van den Bosch; zijn vader zocht emplooi voor hem.
12 De Amsterdamse uitgever Willem Jansz. Blaeu; vgl. ter zake o.a. no. 2407 (dl. VI).
13 Cornelia en Diederik waren te Parijs bij hun ouders.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, IX Juni 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Très chrestien. A Paris.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 22 Iulij.

En in dorso: 9 Junii 1636. W. de Groot.

2626. 1636 juni 10. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

La lettre à monsieur le grand chancelier[2] qui accompagnoit celle qu'il vous a pleu m'escrire le 10/20 de May[3] a esté bien envoyée, comme aussi toutes vos précédentes. Je n'ay pas manqué aussi à faire response à toutes les vostres. Je soulois prendre l'addresse par Genève: depuis ie me suis servy de l'offre que m'avoit fait le sieur Priola[4]. Et maintenant ie me conformeray à l'advis que me donnez.

Nous sommes bien marrys que la concorde n'est meilleure entre les colliguez de l'Italie et qu'on ne se casse pas plus pour fournir à monsieur le duc de Rohan[5] des moyens nécessaires pour agir selon sa générosité. Nous attendons aussi des nouvelles de ce que monsieur le landgrave[6] fera pour Hanouw, le cardinal de La Valette[7] pour Hagenou et le duc de Weimar[8] pour Ermestain après la perte de Coblens importante pour l'Allemagne.

Cependant les princes du sang françois font des actions dignes de leur naissance. Car monsieur le comte[9] ayant avec luy trois régiments et quatre compagnies de Suisses et douze cents chevaux est allé attaquer un quartier des ennemis près la rivière de Fosse consistant en quatre mille chevaux poulonnois et les a attaqué si françoisement qu'il en a mis à bas quatre ou cinq, pris de prisonniers de qualité et le reste mis en fuite. Monsieur le prince[10] cependant avec une fort grande armée presse Dolen ayant pris une petite ville et quatre chasteaux aux environs.

Si avec cela Dieu donne quelque bonne fortune au roy[11] en son armement naval, comme les Hollandois ont esté fort heureux au Brasil, s'en estant rendus les maistres exceptez trois ou quatre places qui restent à l'Espagnol (à) sa très grande charge, nos Suédois auront tant plus de courage à défendre ce qu'ils tiennent dans la Poméranie, le Brandebourg et Saxen et avec le temps faire des plus grands progrès principalement si le duc de Lunenburg[12] comme on espère se resent du manquement des impérialistes à accomplir ce qu'ils luy avoient promis.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 27. Antw. op no. 2596; tesamen met no. 1618 beantw. d. no. 2650. Over Charles Marin (Marini) zie V, p. 436 n. 4.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 No. 2596.
4 Benjamin Prioleau, secretaris van Henri de Rohan.
5 Henri, hertog van Rohan; hij opereerde in de Veltlin.
6 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Vermoedelijk Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
10 Henri de Bourbon, prins van Condé.
11 Lodewijk XIII van Frankrijk.
12 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.

Nos gens font tousiours de levées tant en Suède qu'en Livonie.
Il faut prier Dieu que tout aille bien.
Je demeurerai, monsieur,
vostre très humble serviteur.

10 juin n.st. 1636. A Paris.

2627. 1636 juni 12. Aan Willem De Groot[1].

De Anthologia[2], mi frater, responsum adhuc exspecto. Velim ea cura expeditus ad alias verti.

Laborat haec aula, ut hic sub majoribus praemiis, sed simul haud dubie minori scribendi libertate retineatur Salmasius[3].

Velim scire, an prodierit Abrahami Mylii Lexicon veteris Teutonismi[4]. Si ita est, velim mihi mitti cum Kiliani ultimae editionis dictionario[5]. Et si illud non potest, hoc saltem.

Lemniscum[6], quo uti schola Lassoniana[7] solebat, velim habere, ut studia filii ejus, qui hic legatum Angliae agit ordinarium[8], juvem.

Scripsisse me memini de Gersonis libro de Auferibilitate Papae[9] seorsim excudendo apud vos. Heic enim nimium multae se offensae objiciunt. Existimo et publico id utile et librario minime damnosum fore.

Vale, 12 Iunii novi Cal. 1636.

Vale cum uxore[10], liberis[11], parentibus[12], amicis.

Tibi obligatissimus frater

1 Gedrukt *Epist.*, p. 862. Beantw. d. no. 2643.
2 Voor deze uitgave zie VI no. 2407, p. 426 n. 7.
3 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise; hij was hoogleraar in Leiden en bevond zich voor korte tijd in zijn vaderland.
4 Waarschijnlijk wordt hiermede bedoeld een door Van der Myle samengesteld vocabularium van Duitse en Keltische woorden, waarop Grotius een lofdicht schreef getiteld: *In Lexicum vetus Germanicum (Poemata*, Lugd. Bat. 1617, p. 312) en dat door de Duitse denker Gottfried Wilhelm Leibnitz (1646-1716) werd opgenomen in zijn *Collectanea etymologica*, Hanoverae 1717 onder de titel '*Archaeologus Teuto sive glossarium multorum vocabulorum veterum Teutonicorum Celticorumque, Collectorum ex variis vocabulariis et antiquissimis Teutonicis scriptoribus*'.
5 Corn. Kilianus, *Etymologicvm Tevtonicae Lingvae: sive Dictionarivm Tevtonico-Latinvm, praecipvas Tevtonicae Lingvae Dictiones et Phrases Latinè interpretatas, & cum aliis nonnullis linguis obiter collatas complectens: Studio & Opera Cornelii Kiliani Dvfflaei. Opus Germanis tam superioribus quàm inferioribus, Gallis, Anglis siue Anglosaxonibus, Italis, Hispanis, & aliis lectu perutile. Quid hîc praestitum sit, Praefatio ad Lectorem docebit. Editio tertia, prioribus auctior & correctior. Antverpiae Ex Officina Plantiniana, Apud Ioannem Moretum. M.D.XCIX.*
6 *Lemniscvs Historiarvm, Narrationum, Fabularum, ex Cicerone, & aliis probatis auctoribus collectus.* Delphis, Ex Officina Brunonis Schinckelij, Anno M.D.XCVIII.
7 De Delftse rector Jacob Lasson; zie IV, p. 605 (Addenda et Corrigenda deel III, 2^{o} kol. ad. p. 322 n. 2.).
8 Burggraaf John Scudamore; zijn zoon James, gedoopt op 4 juli 1624, vergezelde zijn vader naar Parijs en overleed in 1668.
9 Zie hierover no. 2608, p. 169 en n. 8 aldaar.
10 Alida Graswinckel.
11 Zie voor hun namen no. 2563, p. 107 n. 17.
12 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.

H. Grotius.

2628. 1636 juni 12. Aan P. du May[1].

Et ea, quae antehac misisti, vir amplissime, et ea, quae nunc calendis Iuniis addidisti[2], recte accepi, clara indicia optimae tuae voluntatis erga patriam tuam, ejus socios et me ut amicum tuum veterem.

Valde mihi dolet, quod summarum virtutum principem[3], cui, ut scis, ab aetate prima fui devotissimus, videre mihi nuper in urbe per ipsius negotia non licuerit.

Edictum regium de causis armorum in eos, qui in Burgundiae comitatu pacis antiquae jura non servaverunt[4], legeram jam ante prudenter sane scriptum. Et curam excellentissimi principis pro locis rebusque consecratis laudo optoque, ut illustrem ex hoc bello lauream ad tot sua majorumque decora addere ipsi contingat.

Suedi nostri strenue ad Albim Vibiumque rem gerunt majora acturi, ubi dilectus, qui nunc per omnem Scandinaviam Livoniamque aguntur, advenerint. Etiam in Westfalia non quiescunt capta nuper Minda ad Visurgim, Osnabruggo vero hostili obsidioni exempto. Magnus Suediae cancellarius[5] Stralsundi in ora maris Baltici belli pacisque consilia librat.

Nobis, si et hoc vacat scire, satis inter negotia otii est ad legendos aliorum labores sermonesque cum amicis serendos, quos inter utinam te quoque conspicere detur.

Tuus toto animo.

Lutetiae, XII Iunii MDCXXXVI.

2629. 1636 juni 12. Aan A. Oxenstierna[6].

Excellentissime Domine,

Dum hic adhuc retinetur Ponica[7], saepe ad me venit. Ait ducem suum quae cum Gallia egit, egisse ut foederatum. Ulterius illigari Galliae nec per matrimonium velle. Accepisse eum dona regis[8] Alsatiam nullo fructu, tantum ut eo major sui ratio haberetur, si quando de pace ageretur. Pro exercitu millionem in Augustum mensem promitti. Literas regias jam paratas esse, quibus ipsi reditus CXX millium florenorum attribuantur obligatis in id agris regiis, non Aquitaniae, ut rumor fuit, sed propius sitis. Dari hoc in remunerationem eorum, quae hactenus

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 28. Gedrukt *Epist.*, p. 239. Over geadresseerde, Paul du May, zie V, p. 116 en n. 10 aldaar.
2 Deze brieven zijn niet meer aanwezig.
3 Henri de Bourbon, prins van Condé.
4 *Déclaration du Roy sur les attentats et entreprises commises contre son Estat, par aucuns du comté de Bourgonge, avec les assuerances de conservation et protection que S.M. promet aux villes, communautez, gentils-hommes, et à tous les Ordres dudit pays, qui voudront observer inviolablement le traicté de neutralité et se départir à l'advenir de tous actes d'hostilité contre ses subjects et d'intelligence avec ses ennemis.* Paris, P. Rocolet, P. Mettayer et A. Estiéne, 1636.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 238; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 194.
7 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Lodewijk XIII van Frankrijk.

bene fecisset nullo in posterum vinculo, quo Galliae addiceretur. Literas tamen illas sibi non conspectas. Neque velle ducem ea regis liberalitate uti, nisi Tua prius Sublimitate consulta.

Haec ille quidem ita disseruit, ad quae nihil respondi, nisi optare me duci cuncta bene procederent, tum quia mandata habebam super ea re nulla, tum quod res ipsa non satis perspecta mihi esset. Nam Galli de duce tanquam regi militante loquuntur; neque eorum ingenio convenit, annua tanta, quanta neque Parmensis[1] accipit, neque Saubaudi ducis filii[2] antehac acceperunt, in id tantum elargiri quarto Vinariensis Domus haeredi, ne ingrati videantur.

Praeterea exercitus, quem habet, majore sui parte ex Gallis constat, qui ei additi sunt ad X aut XII millia, cum contra de Suedis, qui sub ipso fuere, pars sit apud Condaeum principem[3].

Et jam intelligo certis auctoribus mandata ad eum venisse, ne in Germaniam penetret, sed Galliae fines tueatur, quod me confirmat in ea conjectura, quam scripsi[4], hactenus res Germaniae heic sperni. Etiam is miles, qui Batavis sub Brezaeo[5] fuit dictusque erat sub Bulionio duce[6] in Treviros ire, jam in Galliam venit, partim ad Campaniae tutelam partim sub ipso Brezaeo Picardschriam defensurus.

Ad Rohanium[7] pecuniae parum satis mittitur. Princeps Condaeus et ipse pecuniam flagitat acrius quam ferre possint ii, qui regni rebus hic praesident.

Comes Licestrius[8] adhuc nihil egit nisi amicitiae in speciem ostentamenta. In ejus initu quidam ex familia legatis Sabaudici[9], dum de honoribus certatur, occisus est. Quare, nisi alia praecepta accipiam, abstinendum mihi videtur nugis tam magno constantibus.

Dicitur mitti ab Hispania in Poloniam comes Sorius[10], in Angliam comes Ognatus[11]. Qui in Angliam a caesare[12] venit Radulphus[13], dicitur nihil adferre solidi existimantque ii, quibus cum aula caesaris literarum commercium est, magis ibi de commutatione quam de restitutione Palatinatus aut electoratus cogitari.

Pontifex[14] Gallos nisi de negotio Parmensis audire non vult. Rationes tamen,

1 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
2 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye, en Christine, dochter van Hendrik IV van Frankrijk, hadden in 1636 twee zoons (de oudste, Ludovico Amedeo, was in 1628 gestorven): Francesco Jacintho en Carl' Emanuele II.
3 Henri de Bourbon, prins van Condé.
4 No. 2623 dd. 6 juni, p. 188.
5 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
6 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon.
7 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
8 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius gezant van Engeland.
9 Gezant van Savoye in Parijs was van 1634 tot 1639 Claudio Girolamo de Chabò, markies van San Maurizio (1583-1659); het slachtoffer is mij niet bekend.
10 Jean de Croy, graaf van Solre; vgl. VI, p. 241 n. 5.
11 Iñgo Veléz de Guevara, graaf van Oñate y Villa Mediana.
12 Ferdinand II.
13 Clement Radolti. Hij was in maart 1636 benoemd; in 1659 bevond hij zich in Zevenburgen.
14 Urbanus VIII.

quas haberent contra Lotharingicum matrimonium[1], cardinalibus quibusdam jussit exponi. Sunt, qui Gallos id moliri putant, ut de eo matrimonio ecclesiastica cognitio intra Galliam instituatur, apud episcopum primum, inde apud metropolitam, postremo apud primatem. Ego nihil tutius puto quam stari parlamenti decreto, cum omnis ecclesiastica notio viam sit apertura sive per appellationem sive, quod magis puto, per nullitatis propositionem judicio romanae sedis. Pater Josephus[2] is esse putatur, qui consilia saepe nutantia in gratiam aulae romanae maxime inflectat, dum cardinalitiam purpuram sibi studet parare.

De pecunia nostra perscriptum jam hactenus aliquid: sed video eo rem dirigi, ut solutio tarde et per particulas fiat nostro incommodo, quorum res pecunia praesente maxime indigent. Putant forte spem ejus pecuniae magnum momentum habiturum in Tuae Sublimitatis deliberationibus.

Mitto edictum principis Condaei contra sacrorum locorum expilationes[3]. Feuquerius[4] restituendae valetudinis causa profectus est ad aquas Borbonias potum balneatumque. Nondum vela fecisse auditur classis Gallica.

Legatus Angliae extraordinarius[5] non minus quam habuit ordinarius[6] praeceptum habet cardinali Richeliaco nihil concedere. An eum inviserit in lecto pro aegroto cubantem, nescio. Ego laudo jus suum tuentes. Tamen non audeo quicquam imitari injussus. Patrem Iosephum, quia publicum munus nullum habet, neque ego inviso, quanquam a multis Gallorum rogatus, neque eum visuri sunt Angli.

Dolet mihi, quod tam longe absum, ut accipere mandata nisi magno temporis dispendio nequeam.

Haec postquam scripseram, ex Thuani literis 9 Junii[7] ex vico Mariae in Minis scriptis disco cardinalem Valettam[8] tuto per Lotharingiam itinere, quod Sandum aliaque loca hostes metu deseruissent, Hagenoviae subventum ire cum spe optima. Ducemque Bernhardum ideo in limite retentum, ut partem hostilium copiarum in se verteret aut, si opus esset, sociis auxilio accurreret.

Haec nunc habebamus et quae perpetuo facimus vota, Excellentissime Domine, pro Sublimitatis Tuae rebus prosperis.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus

H. Grotius[9].

Lutetiae, 2/12 Iunii 1636.

1 Dit betreft de pogingen het huwelijk, dat Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans en broer van de Franse koning in januari 1632 met Margareta van Lotharingen in het geheim had gesloten, op formele gronden ongeldig te doen verklaren; zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv.; p. 989 vv.
2 Over François Leclerc du Tremblay, de bekende père Joseph, zie V, p. 16 n. 6.
3 Zie bijvoorbeeld *Mèm. du Card. de Richelieu sur le Règne de Louis XIII* in *Nouvelle Coll. des Méem. pour servir à l'Hist. de France*, t. IX, p. 61.
4 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
5 Robert Sidney, graaf van Leicester.
6 John Scudamore.
7 François-Auguste de Thou; er is geen brief van die datum van De Thou aan Grotius bewaard gebleven.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Onderschrift en ondertekening ontbreken in de uitgave der *Epist.*

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2630. 1636 juni 12. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

De gazette van Parijs van den 7 Juny[2] behelsende de tijdinge van Londen van den 28 May seit aldus: Le Roy et la Reine d'Angleterre[3] partirent hier au soir d'icy pour Hamptincour. On a publié des défenses de pescher sur la mer Britannique sans le consentement dudict Roy, en suitte d'un livre imprimé en Angleterre in(titul)é Mare Clausum[4], pour response à un autre intitulé Mare liberum[5]. Et pour exploicter après ces escritures, le comte de Northumberlant[6], admiral, est sorti en mer le 23 du courant avec une flotte de 40 navires.

De Heer van Heemstede[7] is gisteren van sijn reis door Vrancrijck weder te Parijs gecomen.

Ick mercke uit deghene, die bij Eusebius[8] wel sijn, dat men Vosbergen[9] garen bij Vindex[10] had; dat men voor Fabius[11] vreest, als te seer tot Alcaeus[12] genegen. Justinus[13] meent, dat tot d'een nochte d'ander apparentie is.

Den marescal de Bressé[14] sal eenigh commandement hebben in Picardie.

Den extraordinarissen Engelsche[15] is hier noch in de complementen.

Wij verstaen, dat te Wenen gedacht werdt niet op de restitutie van den Pals, maer op recompense.

't Volck van Bressé, waerover den hertogh van Bouillion[16] het commandement was toegeseit, is in Vrancrijck gecomen.

Ick hoop, dat aldaer[17] de saeck van Luick sal behartight werden, alsoo daer aen veel is gelegen.

Noch dese mael noch de voorgaende heb ick van uE. niet gehadt.

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 2 f. Eigenh. oorspr.
2 *Gazette de France* 1636, p. 343: De Londres, le 28 Mai 1636. Le Roy & la Reine d'Angleterre partirent hier au soir d'ici pour Hamptoncour. On a publié des defences de pescher sur la mer Britannique sans le consentement dudit Roy, en suite d'un livre imprimé en Angleterre, intitulé Mare Clausum, pour response à un autre intitulé Mare Liberum. Et pour exploiter apres ces escritures, le Comte de Northumbelland Amiral est sorti en mer le 23. courant, avec une flotte de 40. navires.
3 Karel I en Henriette Marie.
4 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
5 *Mare libervm sive de ivre qvod Batavis competit ad Indicana commercia dissertatio.* Lugduni Batauorvm, Ex Officinâ Ludovici Elzevirij. Anno M.DI.IX; Ter Meulen-Diermanse, no. 541.
6 Algernon Percy, graaf van Northumberland.
7 Dr. Adriaen Reyniersz. Pauw.
8 Schuilnaam voor De Richelieu.
9 Caspar van Vosbergen; de naam staat in de tekst in cijfer: 81.59.67.11.33.66.9.72.62.1005(?). Hij was al eerder - tesamen met François van Aerssen - met een missie naar Frankrijk belast geweest; zie daarover III passim.
10 Codenaam voor Frankrijk.
11 Schuilnaam voor Simon van Beaumont.
12 Codewoord voor bestand.
13 Pseudoniem van Grotius.
14 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
15 Robert Sidney, graaf van Leicester.
16 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon.
17 Nl. in Den Haag.

Den prins van Condé[1] leit voor Dolen. Hertogh Bernhard[2] heeft last gecregen niet in te trecken in Duitschlant, maer te blijven op de Fransche frontieren. Aen den hertogh van Rohan[3] is weinigh gelds gesonden.

Ick (s)ende uE. de publicatie, die den coning[4] heeft gedaen nopende de Franche Comté. Twijffele, off de Switsers, die altijd de neutraliteit van dat landt geprotegeert hebben, daermede sullen tevrede sijn. Maer ick sie wel, dat de cours, die men heeft genomen in de Valteline, mescontentement heeft gegeven, niet alleen bij de protestante Grisons ende Switsers, maer oock bij de R. Catholische, om de deminutie van de souverainiteit, die de Grisons daerbij lijden.

Mijne gebiedenisse aen Fabius ende de vrunden.

Den 12 Juni 1636.

UE. gelief op den brief van mijnheer Spierinck[5] de tytel te stellen soo Sijne Gestr. die nu gebruict.

Adres met andere hand: Mijn heer Mijn heer Reigersberg, raet in den Hogen Raet in Hollant. In Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: broeder de Groot, den 12 Iuny wt Paris.

2631. 1636 juni 14. Van Ch. Marini[6].

Monsieur,

En responce de vos très aggréables du 13 et 27 de May[7] ie n'ay rien digne de vostre cognoissance horsmis la retraitte de monseig.r le duc[8] de la Valsasne où après avoir saccagè le pays et en ammené gran quantité de bestail il s'en est retourné dans la Valteline n'ayant peu passer plus oultre sans canon .... prendre aucun lieu advantageux pour y subsister. Il a desfait 8 compagnies qui gardoyent divers passages vers la Valsasne, tout le monde regretant qu'il n'y ait peu subsister plus long pour faciliter le passage du duc de Parme[9] dans ses estats. Mais qui considère bien les misères de son armée despourveue de tout moyen de faire de gran exploits hors de la Voltoline ne trouvera point estrange son retour dans icelle jusques à ce qu'ils sont instruits de plus d'argent, le manquement duquel causera de gran maux non seulement parmy les François dont quelques-uns commencent à se mutiner mais aussy aux Grisons de les affaires protestant de vouloir casser

1 Henri de Bourbon.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
4 Zie daarover no. 2628, p. 198 n. 4.
5 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
6 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Antw. op o.a. no. 2604. Betreffende Charles Marini zie V, p. 436 n. 4.
7 De brief van de 13de ontbreekt; die van de 27ste is no. 2604.
8 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
9 Odoardo Farnese; hij was in Parijs geweest.

leur compagnies si on ne leur donne la paye deue depuis dix mois en çà. On tâche d'accomoder cela tant qu'on peut, mais si le roy[10] n'y pourvoid par son authorité,

10 Lodewijk XIII van Frankrijk.

vous verres icy un terrible fric et frac qui pourra grandement empêcher le progrès des alliez en Italie, et les nostres icy.

Parmy ces extrémités qui nous font enchérir toutes choses vous pouvez bien juger en quel estat ie me trouve icy, ne pouvant jouir d'aucune chose du monde pour le desgost que la soldatesque donne indifférement à la campagne. I'ay à nourrir cinq personnes et deux chevaux oultre que ma femme[1] est grosse en estat de s'acoucher bientost et me faire la despence plus grande. Je ne sçay certes à quoy penser me voyant sans la paye depuis 14 mois en çà, et horsmis vous personne du monde me donne aucune espérance d'en recevoir, iugeant par là que peutestre mon service est fort peu aggréable à monseig.r le gran chancelier[2] puisqu'il me laisse ainsy abbandonné de tout secours. Mais c'est la sorte d'ordinaire de tous ceux qui servent le mieux. Ie vous proteste, mon.r, que si ma femme n'estant sur le point de faire (?) ses couchées i'irois tout incontinant trouver ledit seignieur gran chancelier, encor qu'il m'aye commandé le contraire. Cependant ie voudrois sçavoir s'il vous avez receu quelque responce sur le suject de vos reccomandations, afin que ie sçache sur quoy fonder mes espérances qui me font bien la régence icy.

Il arrive beaucoup de trouppes en Suabe et quantité de munitions et bleds à Landeck, Glurnek et Lindau, ce qui fait conjecturer que l'ennemy veut tenter quelque chose en ces quartiers, pour destourner monsieur de Rhuan de l'invasion du Milanois.

La régence d'Alsace et Rynach[3], gouverneur de Brisach, ont envoyé des députez à messieurs de Basle, les menaçant, s'ils acceptent les bleds que le roy[4] y fait mener pour en dresser un magazin, c'est pourquoy il y a une assemblée des cantons protestans à Arau et de là à Bade à cause de la Franche-Comté dont les Suissez en général sont protecteurs.

Conservez-moy l'honneur de vos bonnes grâces et continue à favoriser celuy qui est entièrement, monsieur,

Vostre serviteur très humble
Marini.

De Chiavenne, ce 4/14 de Juin 1636.

Ie délivray la vostre à monseigneur le duc[5] qui vous respondra à son temps à présent estant bien embrouillé parmy tant de difficultez qui empêchent ses progrez qu'ils désireront faire dans le Milanois.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 2 Iuly. aussy une lettre au grand chancelier et à Strasburg[6].

In dorso: 14 Iuin 1636 Marini.

1 Alessandra Paravicini Capelli.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Jean Henri Reinach-Foussemagne; zie over hem no. 2637, p. 211 n. 3.
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 No. 2582 dd. 6 mei 1636.
6 De Zweedse hofraad Paul Strasburgk.

2632. 1636 juni 16. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Baronem Serotinum[2] ad Sublimitatem Tuam dimittere sine literis meis nolui, quanquam quod ad illas, quas quarto ante hunc diem dedi[3], adderem, nihil magnopere erat, nisi quod Dola se praesidio plus ter millium animose defendit, munimentis mediocribus.

Moussoni modicis sane cum copiis se tenet comes Suessionensis[4] nec impedit, quominus Campaniam populatores magni, Croati, incursent.

Dux Vinariensis[5] quantum ex postremis literis cognoscitur, apud Davoum[6] erat exspectans Valettae[7] ad Hagenoviam successum.

Classis Gallica a Sanctinico littore jam discesserit Gaditanum fretum, ut creditur, petitura, quia variant rumores, post diligentem inquisitionem affirmare non audeam. Proximo stato tempore non omittam, si quid propius ad meam notitiam pervenerit, significare; perseverans semper in votis, Excellentissime Domine, pro Sublimitatis Tuae rebus.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[8].

6/16 Iunii 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2633. 1636 juni 16. Van N. van Reigersberch[9].

Mijn Heer,

Het is wel te passe gecommen, dat twee dagen voor het vertreck van den heer Spierynck[10], die desen middach naer Amsterdam ende voorts naer den heer rijxcancelier[11] is gereyst, uEd. memorie sijne Ed. door mij is behandycht, want alsoo eenych bedencken daerin vont, soo heeft hij met mij daerover gecommuniceert. Naer de calculatie, die sijne Ed. maeckt, soo kan uEd. achterwesen soo groot niet sijn als het uEd. wel schijnt te reeckenen. Dan ick mercke abuys bij den eenen off den anderen moet sijn in het reeckenen van de ordinaris gagie ende, naer mij dunckt,

1 Gedrukt *Epist.*, p. 239; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 196.
2 Bartholomeus, baron van Zierotin (Zerotin, Zerottin), overste in Zweedse dienst; zie voor zijn aanbevelingsbrief *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 497 (no. 280).
3 No. 2629 dd. 12 juni.
4 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 Naam corrupt; wellicht moet gelezen worden: Barrum.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Onderschrift en ondertekening ontbreken in de uitgave der *Epist.*
9 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 8 g. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Tesamen met o.a. nos. 2651 en 2663 beantw. d. no. 2686. Gedrukt Rogg, *Br. N. v. Reigersb.*, p. 280.
10 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
11 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

soo heeft de heer Spierynck alleen memorie, dat uEd. getracteert wert op den voet van den heer Camerarius[12], die toegeleyt is twintych rijxdaelders 's daechs, dat in 't jaer weynych meer als achttienduysent guldens beloopt. Hierop

12 Ludwig Camerarius, ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.

heb ick sijne Ed. onderrecht, dat ick van uEd. hebbe verstaen, dat uEd. twintych[1] guldens sjaers was toegeleyt, oock getoont de ongelijckheyt van de costen, die hier ende te Paris moeten werden gedragen, ende wel verseeckert was, dat uEd., lettende op de eere van de Croon, niet op sijn eygen profijt, veel van het sijne alreede hadde getrocken. Dit wert bij sijne Ed. wel geadvoueert ende oock soo verde hetgene ick van de gagie allegeerde aengenomen, dat hij nader daerop hem wil informeren. Op de begrootynge van de extraordinaire oncosten conde ick soo absoluyt geen contentement geven, want die stijl bij haer, van alle particulariteyten tot laste te brengen, niet sijnde gebruyckelijck, vont hij wat difficulteyt, hoe hem daer best in soude reguleren. Sijn opinie was, ende om die reeckenynge in geen neuswijse handen te laten commen, hetwelcke soude moeten geschieden in gevalle daer betalynge op soude werden gedaen, ende alles eerst naer ordre van de heer rijxcancelier, die hij niet en wist, hoe dat soude smaecken, slouch voor, off niet best soude wesen het extraordinaire van de reyscosten ende andere dyngen tot eenen vastiechyt (?) te stellen, sonder te particulariseren, ter discretie van de heer rijxcancelier, die mogelijck meer, mogelijck minder daertoe soude ordonneren als de extensie daervan nu monteert. Dan seyde niet in ander luyden saecken te connen disponeren ende becommert was uEd. deshalven te schrijven, alsoo hij apprehendeerde dat, in gevalle het buyten uwe reeckenynge ginge, licht mocht twijfelen van sijn goed affectie ende wille, die hij mij verclaerde ten hoochste altijt tot uEd. geweest te sijn, te wesen ende te sullen blijven, gelijck ick oock anders niet en kan oordeelen; daeromme wel goet vont, dat dien voorslach van mij aen uEd. sonder van hem te vernemen soude geschieden. Ick maeckte daer geen difficulteyt in, nochtans met recommandatie, dat middelertijt soude sien op de beste wijse uwe Ed. contentement op alles te doen hebben, ende dat de manier van particuliere extensiën, bij uEd. gepleecht op de wijse bij de ambassadeurs van desen ende andere staten soo gebruyckelijck is, dat de reys- ende teercosten extraordinaire in het reysen vallende oock redelijck was extraordinaire werden gedragen. Absolutelijck wert mij dat niet geadvoueert, maer alleenelijck ende verder niet dan als het extraordinaire het ordinaire monteert, want tweederley lasten als ordinaris ende extraordinaris op eenen tijt te brengen niet redelijck en scheen. Daerover hebben wij wat gediscoureert. Mijn conclusie is geweest, dat ick uEd. als wt mijn eygen motyff hierover soude schrijven, ende op die maniere sal uEd. desen, voor sooveel daer instructie wt sult (?) tot onderrechtynge aen de heer Spierynck nemen, moeten interpreteren. Doch versocht ick, ende is mij oock toegeseyt, dat nu t'Amsterdam commende het liquide achterstel wilde betalen, alsoo ick wist uEd. van het sijne hadde getrocken ende meerder anders trecken soude moeten.

Dese gelegentheyt heb ick uEd. des te breeder willen verhaelen, omdat die seer nodych dient geweten, niet alleen om soodanyge antwoorde den heer Spierynck, als dienstych oordeelen sult, daerop toe te doen commen, maer principalijck omdat voor het toecommende tot informatie sal connen dienen, waerwt uEd. depence wat nauwer sal connen werden gedresseert, hetwelck niet onbequamelijck bij occasie, dat desen staet van ambassadeur verandert, sal connen geschieden. Doch vooral dient uEd. goede onderrechtynge te geven aen de heer Spierynck, op wat tractement uEd. aengenomen is, dat vastgestelt sijnde sal voor het toecommende aen de reste sooveel niet sijn gelegen; gelijck ick oock vertoonde,

1 Blijkbaar bedoelt Van Reigersberch ‘20.000’.

dat in de eerste aencomste veel costen van reysen ende vereeryngen vallen, die daernaer niet (meer) sijn te dragen.

Ondertusschen sult wel doen hoe eer hoe liever alles op de bequaemste maniere te doen vereffenen ende met alle gevouchelijcke middelen sooveel doendelijck de achterstellen te verhoeden. Daervoor heeft den heer Spierynck mij belooft sorge te sullen dragen, ende vooral gaende in Sweden, gelijck hij hoopt, tewege te brengen assignatie van seeckeren fons, daer de ambassadeurs het tractementen sullen ontfangen. Dat waer goet, want de menschen affectiën seer sijn veranderlijck ende licht kan gebeuren, dat den heer Spierynck op eenych ander employ dencke, waertoe ingevalle hij inclineert dese commissie, die hij seer wel heeft wtgevoert, hem - wederom gaende met ontrent de hondert duysent guldens ende ordre tot noch vijftych - schoone occasie heeft gegeven, niet sonder ombrage van die vreesen daerbij connen sijn geïnteresseert. Naer mijn oordeel sal hij haest de eene ofte de andere occasie soucken om eerlange eens wederom hier te commen, dat ick des te meer gelove, dewijle sijne huysvrouwe[1] hier laet; waeromme uEd. verdacht sal gelieven te wesen, om geen tijt te verliesen, soowel naer Duytslant als naer dese landen sijne brieven te addresseren ende die moyte niet te ontsien, opdat sij waer hij sij ter handen commen. Soo uEd. goet vint, dewijle met mijn communicatie dit is begonnen, ick hem oock nader daerop schrijve, laet mij maer weten, in wat forme het gelieft te hebben gedaen; sal geen difficulteyt daerin maecken. De qualiteyt, die ick sie dat de heeren Staten hem hebben gegeven, is: Raet van de finantiën ende Abgesant. De brieven sal uEd. op Amsterdam connen ende die voortaen gelieft te bestellen aen Le Blon[2], wonende over de nieuwe Appelmart, agent vanwegen de Croon in Engelant.

Den heer Spierynck heeft mij ende andere seer affirmativelijck tot meermalen gesproocken van de grote estime, daer den heer rijxcancelier uEd. persoon in heeft, ende het geneugen, dat sijne Ex.^{tie} neempt in uEd. diensten. Mercke oock wel d'intentie is uEd. in den dienst van Sweden te houden. Van sijne affectie ende wat voor uEd. genegen is te doen, heeft hij mij alle verseeckertheyt gegeven, maer de schaersheyt van gelt maeckt op alles nauwer wert geleth.

In de betalynge moet uEd. reeckenen groot faveur te genieten, alsoo den heer Camerarius weynych min als achtien duysent daelders, naer den heer Spierynck mij heeft geseyt, ten achteren is.

Met caesar[3] weet ick niet, hoe ick het sal maecken, want uEd. sijne pretensiën op het hoochste begrotende licht oordeelen soude soo de volle gagie waer te becommen, ende noch weet ick niet, off men daer soo van 32000 guld. sal scheyden, warom ick scrupuleux werde mij des te intromitteren. Op het advis van de advocaten moet uEd. niet te veel fondament maecken, alsoo, gelijck de menschen in humeuren ende maximes sijn verdeelt, andere op andere praesuppoosten het anders souden dragen. Bij arbitrage weet ick niet, off sal willen vallen, qualijcker, wie men soude kiesen. Weet uEd. bij wegen van rechten het te helpen, men soude

1 Spiring was op 13 april te Delft in het huwelijk getreden met Jaene Dore, weduwe van Jan de Bommert te Amsterdam.
2 Michiel le Blon; zie over hem V, p. 413 n. 8. In margine heeft Grotius geschreven: Blon.
3 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.

hen stijver connen houden. Accommodatie kan ick nochtans niet ontraden. Sal sien, wat ick kan doen.

Voor Luyck wert gevreest. Brieven van den cardinael-infante[1] aen Picolomini[2], bij de onse geïntercipieert, toonen sij het met gewelt meenen te attaqueren ende oordeelt men het niet langer tegen houden kan.

Vranckrijck sage ons garen in het velt. De proceduyren van Engelant geven hier becommerynge; 't is ongelegen met vigeur die tegens te gaen, haer te laten gewerden mach men oock niet.

De compangiën van de drie staten van oorloge ende noch eenyge van de vijftych sijn op de cantoiren geassigneert. Mij ontbreeckt tijt om uwe Ed. breeder te onderhouden ende blijve[3].

Desen 16 Iunij 1636.

Den heer Spierynck excuseert, dat hij uEd. brieven onbeantwoort laet, omdat hij die qualijck kan lesen. Wilde wel, dat uEd. die door sijn secretaris met een goede hant dede schrijven, in welcken gevalle belooft prompt met antwoorden te sullen wesen.

Adres: Mijnheer Mijnheer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coninginne ende croone Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck.

In dorso schreef Grotius: 16 Iuny 1636 N. Reig.

En boven aan de brief: Rec. 22 Iul.

2634. 1636 juni 19. Aan L. Camerarius[4].

Illustrissime Domine,

Puto jam recte pervenerint, quas XV Maii scripseram[5] et quas fine Maii scriptas[6] dederam Iacobi Hanoviensis comitis[7] domestico.

De Leodio bella est occasio tum Gallis tum Batavis, quam perire credo non sinent. Quippe, si ea gens per se impatiens servitutis ad spem mansuram libertatis possit erigi, multum inde emolumenti ad socios nostros perventurum prospicere mihi videor.

Militum magna hoc tempore ubique est insolentia. Sed ea, quae Saxonicus miles in Brandeburgico agro admisisse publicis scriptis narratur, fidem omnem superant. Princeps Condaeus[8], qui nunc Dolam obsidet, edictum severum edidit contra locorum sacrorum direptores[9]. Et Rohanius[10] in Valle Telina nuper et militum quorundam supplicio et restitutis quae rapta erant repressit id licentiae genus.

1 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
2 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
3 De woorden ‘ende blijve’ ontbreken bij Rogge.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 29. Gedrukt *Epist.*, p. 241. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
5 No. 2592.
6 No. 2607 dd. 30 mei.
7 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
8 Henri de Bourbon, prins van Condé.
9 Vgl. no. 2629, p. 200 en n. 3 aldaar.
10 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal der Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.

Landgravius[1] quam se in partem sit daturus, ingens hic exspectatio est. Sperari potest aliquid effecturum Sanctum Chaumontium[2], si cum verbis res adferat.

Galli serius sane quam oportuit, tamen nunc satis se movent. Tabernas Alsatiae cepit dux Bernhardus[3] caesis Croatis aliquammultis; Sarburgum captum, non Tabernas, postea intelleximus[4]. Hagenoviae necessitatibus subvenit Valetta cardinalis[5] eodemque facto Colmariam servavit et Argentoratum inhibuit, ne a libramento discederet. Dolam non diu restituram spes est. Nulli adhuc Hispani ibi comparent et Helvetii, an ei bello immiscere debeant se, in longis suis conventibus tam diu disputaturi videntur, donec res peracta sit. Campaniam tuetur comes Suessionensis[6] ad Picardiae custodiam ituro marescallo Bresaeo[7]. Iam et classis Rupella vela fecit itura[8] ad Gadicum mare, quo venturae dicuntur et Batavorum naves.

Dux Rohanius pecunia ac milite adjutus Vallisanae cohortes immittit distrahendo hosti, qui Parmensis[9] iter Placentiam prohibere eo tempore conabatur simul belli fortunam tentaturus in Lecci Castellum, quod in via est ad Comum. Et Gallorum sociorumque exercitus parte sui Tanarum transiit amnem, magna minutus parte intra eum constitit.

Ratisbonensis conventus trahitur et suspicio est quaeri moras eludendae Angliae, cujus legatus Arondelius[10] Lintzii a caesare[11] auditur. Polonica legatio, quae nunc in Anglia est, metuo, ne quid in nos cudat. Comes Licestrius[12], si qua verbis fides, optime se animatum pro Domo Palatina proque communi protestantium bono ostendit; sed hactenus nihil egit, nisi ea, quae legationem auspicantibus in more sunt posita: opperiens haud dubie eventum eorum, quae Arondelio sunt mandata.

Conjugium regis Poloni cum Palatina[13] hac in aula pro confecto habetur negotio. De Zawatskio[14], si huc venerit, quid faciendum mihi sit, haereo. Tibi, quod me de ea quoque re monuisti, gratias habeo.

Gaudeo apud nobilissimum filium tuum[15] restare mei amicam memoriam. Ipsi, tuaeque familiae omni ac imprimis tibi, Illustrissime Domine, valetudinem caeteraque prospera opto.

Lutetiae, XIX Iunii nov. Cal. MDCXXXVI.

1 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
2 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van de Franse koning bij de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 De woorden ‘Sarburgum .... intelleximus’ staan in de Haagse copie in margine.
5 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
6 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
7 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
8 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
9 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
10 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie over hem V, p. 318 n. 12.
11 Ferdinand II.
12 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius gezant van Engeland te Parijs.
13 Het huwelijk van de Poolse koning Wladislas VII (VI) met Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts, en Elisabeth Stuart, zuster van de Engelse koning Karel I, heeft geen doorgang gevonden.
14 Johan Zawadski.
15 Joachim Camerarius (1603-1687).

Principis Condaei exercitum XX millium est, nec minor putatur is, qui sub Galliae sociorumque signis in Italia militat. Dolae vallum ipsum jam partim subruitur, partim cuniculis et omni igniario opere tentatur capto lunari quod extra oppidum erat munimento. Jam nuntium a castris simulque literas certas accipimus post captum Sarburgum ducem Bernhardum ivisse Tabernas Alsatiae versus castellum cepisse oppido imminens, oppidum machinis quatere.

Praeter Croatos ad Saram caesos, quatuor alias eorum alas Heibrunius[1] Suedi equitis opera ad Dacksteinum partim occidit, partim fudit.

Argentoratenses ut messem facere sibi per Gallos impune liceat, commeatum exercitui large praebent. Accepit et hoc boni, quod munitionem factam in ripa amnis ad Dachsteinium hoc proposito, ut commeatus Argentorato Hagenoviam impedirentur, hostis veniente Valetta deseruit.

Illustrissime Dominationis Vestrae observantissimus.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

2635. 1636 juni 19. Aan Christina van Zweden[2].

Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima,

Post longam et rebus communibus noxiam Gallorum quietem gaudeo dari laetiora, quae nuntiem, classem eorum XL bonarum navium, dies jam sunt octo, vela fecisse fretum versus Gaditanum, ubi, ut creditur, Batavorum se naves ipsis sunt conjuncturae; Sarburgum a duce Vinariae Bernhardo[3] captam cum Croatorum strage; Hagenoviae per cardinalem Valettam[4] subventum; Dolam a principe Condaeo[5] obsideri cum spe optima capiendi, antequam Hispani eo se moveant aut etiam cunctatores in talibus semper, Helvetii; ducem Rohanium[6] pecuniis et supplementis aliquot acceptis terrorem inferre partim iis, qui trans lacum sunt Comensem, partim Tirolensibus; Gallorum et iis federatorum copias, quae trans Alpes sunt, in apertum productas et partim jam Tanarum amnem transgressas in magni conatus alicujus expectationem erigere Italiae animos.

Interim nec de pace frigent sermones profecto ejus causa, ut praefertur in Germaniam duce Alcala[7]. Comes Arundelius[8] ab Anglia legatus dum Ratisbonensis conventus prolatatur, auditur Lintzii; Poloniae legatus[9] in Angliam it, inde huc, ut creditur, venturus. Comes, qui hic ab Anglia legationem obit extraordinariam, Licestrius[10], exspectat, quid responsi accepturus sit Arundelius.

1 De uitgave der *Epist.* heeft foutief Heibrunni; het betreft John Hepburn, over wie men zie no. 2620, p. 185 n. 1.
2 Gedrukt *Epist.*, p. 240.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Henri de Bourbon, prins van Condé.
6 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
7 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75, n. 9.
8 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
9 Johan Zawadski.
10 Robert Sidney, graaf van Leicester.

Deus haec cuncta, Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima, ad bonum innocentium, pacem solidam Tuaeque Majestatis gloriam regat.

Lutetiae, 9/19 Iunii 1636.

Dolae vallum eam suffossionibus et cuniculis impeti certo accipimus. Dux Bernhardus a Sara rediens Castellum, quod imminet Tabernis Alsaticis, impetu coepit; oppidum machinis verberat; Argentoratenses large commeatus praebent Gallis, ibi jam potentioribus.

Augustae Majestati Tuae obedientissime subditus
H. Grotius.

2636. 1636 juni 19. Aan L. Grubbe[1].

2637. 1636 juni 19. Aan A. Oxenstierna[2].

Excellentissime Domine,

Inter dies statos per baronem Serotinum[3] scripsi, quae tunc rumores ferebant. Ex eo quae aut certa didici aut in commune credita, addam.

Ab aula et ab ipso cardinali[4] affirmatur omnibus Hagenoviam per cardinalem Valettam[5] exemtam periculo. Tabernas Alsaticas captas a duce Bernhardo[6] stragemque editam de Croatis, quorum numerum edere memor eorum, quae historicis praescribuntur, non audeo. Dixit cardinalis Riceliacus Veneto legato[7] Gallicas copias transisse Ticinum, notum etiam vetustis annalibus amnem, unde urbi nomen: parte alia Parmensem[8] cum sociorum auxiliis Donensi via Placentiam pervenisse, quae mihi tam longe absito neque refellere neque probare est animus.

Dicam quod ex literis datur scire.

Ex Germania nullas habui: neque enim noster, qui Argentorati antehac fuit, nunc Benfeldii est, unquam ad me scripsit[9].

A Gallis scriptas literas video interdum, sed tunc tantum, cum res sunt prosperae.

Ab Helvetiorum terris literas legi complures a viris gravibus ad viros graves scriptas. Rohanio[10], cujus consilia et seditio militaris et ad locorum munitiones

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 29. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie nagenoeg gelijkluidend aan no. 2634 aan L. Camerarius; men zie aldaar, p. 207. Betreffende Lars Grubbe zie V, p. 432 n. 12.
2 Gedrukt *Epist.*, p. 239; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 197.
3 No. 2632 dd. 16 juni; betreffende Zierotin zie aldaar, p. 204 n. 2.
4 De Richelieu.
5 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
6 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
7 Alvise Contarini di Nicolo.
8 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
9 Melchior de L'Isle (1580-1644), heer van Hunnewald, van Saint-Hippolyte en van Dangolsheim. Hij was van 1632 tot zijn dood raad van de Franse koning en diens resident in Straatsburg; in 1636 bevond hij zich in de Elzas, toegevoegd aan de kardinaal De La Valette.
10 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.

deficiens pecunia diu remorata est, advenisse ajunt triginta millia Pistoriensium. Sperare eum a Venetis CCCC millia florenorum. Legatos Burgundiae comitatus implorare veterem Helvetiorum tutelam: quosdam non alienos esse, romanenses maxime; protestantes, pridem Galliae addictiores, haerere, cum quibus et Altorfienses, jam annus est, publicum fecere decretum se ita existimare Galliae foedus cum Helvetiorum communi antiquius esse, quam ut patiatur, comitatum Burgundiae, si cum illo bellandum sit, ab Helvetiis defendi.

Conventus Helvetiorum, ut tarda sunt liberorum populorum molimina, ea de re deliberaturus indicitur procedente interim Dolae obsidione, quae praesidio plus trium millium acriter quidem et non sine aliquo eruptionum successu defenditur, sed, quantum judicari potest, prius in potestatem regis[1] ventura quam decretum aliquid consentiens ab Helvetiis fiat. Ita, dum Romae deliberabatur, peribat Saguntum[2]. Et jam plurimi Dola Vesontionem se contulisse et qui manserunt res potissimas eo misisse nuntiabantur, quod ea urbs et per se sit valida et iis locis, unde auxilium exspectatur, propior.

Certius indies docemur, Brissaci praefectum[3] non modo intentum esse reficiendis pontibus ad Rinfeldum et Lausenburgum, sed et muniendae insulae incumbere, quae minus leuca infra Basileam est. Basileenses Austriacae Domus invalescentem potentiam metuentes, ita ut legato Gallico[4] significaverint, nolle se intra suos fines aut frumentum in usum Galliae comparari aut militem nisi in usum Helvetici corporis conscribi, conventum protestantium civitatum his de rebus postulare. Interim perpetuo alios atque alios Germanos per Alpes, in quas romanensibus Helvetiis jus est, transire. Alcalam ducem[5] ex Italia iisse in Germaniam in speciem cunctis rebus ad pacem parandis, cum tamen nec Melo[6] nec alii eidem negotio destinati[7] abierint: ut rerum introspectores judicant, ne impedimento sit Leganesio[8], quominus is libere Mediolanensem praefecturam administret.

Aliunde discimus Salicium[9] ad Rhaetos, ad Helvetios mitti alios Gallorum clientes cum bonis verbis et, quae ibi multum valent, largitionibus, tum ut sanetur offensa ob mutatas in Valle Telina res suscepta, tum ut disturbentur consilia, quae pro comitatu Burgundiae posset suscipi. Clavennae, legati Gallici[10] annisu, ad poenas vocari eos, qui de pactionibus illis Vallitelinensibus[11] aliter erant locuti quam rebus Gallicis expediret. Duas equitum turmas ad Rohanium venisse e Gallia. Transiisse per summas Alpes, quem montem Gothardi vocant, duo millia

1 Lodewijk XIII van Frankrijk.
2 Spreekwoordelijk, gebaseerd op Livius XXI, VII, 1.
3 Jean Henri Reinach-Foussemagne († 1645), van 1634 tot 1638 gouverneur van Breisach a. Rhein.
4 Wellicht Blaise Méliand.
5 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
6 Francisco de Mello; zie over hem VI no. 2260, p. 197 n. 1.
7 Vgl. bijv. no. 2545, p. 75.
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganés, gouverneur van Milaan.
9 Ulysse de Salis-Marschlins; zie over hem VI, p. 72 n. 1.
10 François Lasnier; zie over hem no. 2527, p. 52 n. 15.
11 Vgl. bijv. VI no. 2488, p. 545 en verderop de nos. 2867 en 2889.

sub Mutinensis fratre[1] et sex Visdomi[2] turmas: sequi cohortem, id est, regimentum comitis de Aro[3], sexcentorum peditum, inde cohortem alteram gravis armaturae sub tribuno Lizzo[4], qui jam sit apud Donavertam. Post has secuturas cohortes Ridbergii[5] et Piccolominii[6].

Ratisbonensem conventum prolatari credo, quo tardius Anglis respondeatur, sed ut scribunt qui Gallis blandiuntur, ob dissidia regem inter Hungariae[7] et Bavarum[8]. Caeterum ab Angliae legatis[9] didici Arundeliae comiti[10] potestatem compellandi caesaris[11] dari Lintzii: Poloniae legatum[12], sex jam dies sunt, Londinii solemni de more receptum.

A Vienna literae 10 Maii datae dicunt in ea aula laborare serio Brandenburgicum[13], ut pax cum Suedis fiat, sed velle caesarem, ut praevertatur isti negotio electio regis romani: Gallos moliri omnia, ut Ratisbonensem conventum disturbent: Gallassio[14] praeceptum, Spiram ut muniat. Comitem Sorae[15] ad regem Poloniae[16] mitti, eum ut in partes pertrahat austriacas, si fieri potest; intentato ei metu a Turca[17] et Ragoskio[18] et spe aut ipsi aut, si ipse jam occupatus est, fratri ejus[19] ostensae conjugis e Domo Austriaca Aenipontana[20]. Interea bassam Budensem[21] per idoneos homines fidem facere caesari de mansura Turcica pace. Tirolenses sibi a Gallis, Gallos, qui in Valle sunt Telina, ex Tirolensi agro vim mutuo metuere video.

Ad Italiam venio.

Parmensis cum Mutinensi[22] negotium nondum plane transactum est ob-

1 Borso d'Este (1605-1657); hij was een broer van Alfonso (1591-1644), hertog van Modena, die in 1629 afstand had gedaan ten gunste van zijn oudste zoon Francesco d'Este.
2 Hans Vitzthum von Eckstedt, bevelhebber in Zweedse dienst en garnizoenscommandant van Frankfurt.
3 Luis Mendez, graaf van Haro Sotomayor y Guzmán (1598-1661), markies del Carpio en Heliche, hertog van Montoro, graaf van Morente, graaf-hertog van Olivarès, later (vanaf 4 juni 1647) eerste minister van Philips IV.
4 Wellicht de baron van Lisao.
5 Generaal-majoor Ernst Christoph von Rietberg, graaf van Oost-Friesland.
6 Ottavio d'Arragona, hertog van Amalfi, prins van Piccolomini, bevelhebber van Ferdinand II.
7 De latere Ferdinand III, zoon van keizer Ferdinand II.
8 Maximiliaan, keurvorst van Beieren.
9 De ordinarius ambassadeur John Scudamore en de extra-ordinarius Robert Sidney, graaf van Leicester.
10 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
11 Ferdinand II.
12 Johan Zawadski.
13 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
14 Matthias, graaf Gallas, als generaal-majoor in dienst van de keizer.
15 Jean de Croy, graaf van Solre. Vgl. VI, p. 241 n. 5.
16 Wladislas VII (IV).
17 Murád (Amurath IV).
18 Georg Rákóczi; zie over hem no. 2508, p. 24 n. 4.
19 Johan Casimir; hij huwde in 1649 Maria Louisa Gonzaga.
20 Wellicht Claudia de Medici, weduwe van aartshertog Leopold. Vgl. VI no. 2328, p. 304 en n. 10 aldaar.
21 Nassuhsade Pasja.
22 Francesco d'Este, hertog van Modena.

stante de Rosena[1] controversia. Sabaudus[2] haud obscure ad pacem spectat et cum socii producere exercitum vellent, suas retentandi causas quaesivit. Sociorum vires extra praesidia a bene volentibus ad XX millia feruntur aliis multum de ea fama detrahentibus. Pars cis pars ultra erant Tanarum pluribus quidem locis, sed Valentiae praecipue imminere crediti; horum consilia collata Astae; Hispanorum ducum Ostagii, unde Alcalo et Melo Genuam, Leganesius et Spinola castellum novum ad Scriviam erant petituri. Mille ex regno Neapolitano equites in agro Mediolanensi exspectabantur. Mantuanus[3] pacis studium honestis verbis ad Mediolanensem cancellarium[4] scribens testatus fuerat; nec aliud armis suis propositum quam sua tutari. A Roma inducias cudi. Serbellonem[5] cum navigiis aliquot in Lario esse lacu, quem Comensem vulgo vocant, ut Rohanium observet, scribitur. Nec dubitat quisquam, quin omni arte apud Rhaetos Helvetiosque studia sibi paret Hispanus[6].

Nec si muneribus certes, concedet Iolas[7].

Plerique a Gallis in Italia quaeri praelium, ab Hispanis vitari volunt nos credere; et an Parmensis Placentiam usque perrumpere posset - quanquam id pro facto in hac aula spargitur - judicia variant. Valentia firmata est accessione praesidii ad trecentos; an alimentorum satis sit civitati et militi, ambigitur.

Classis Gallica vela fecisse 10 hujus mensis constanter affirmatur ab omnibus et esse XL navium bonarum, minorum, quas fistulas vocant, sex, totidem ad inferenda hosti incendia; ire in fretum Gaditanum eodemque venturos Hollandos suis cum navibus.

Cardinalis Hispani[8] literae in Italiam missae atque interceptae ostendunt eum extra spem non esse indutiarum seorsim cum Batavis. Coloniae locum ad pacis colloquia imperatori[9] non improbari audio, quanquam aliud fert hujus civitatis rumor.

Et ut paulatim ad propiora me reducam, non est quidem magni momenti nec reticendum tamen, Lagrangium[10], qui in Germania legatus fuit, ad missam transiisse, sed egregie simulato morbo gravi, ne quid simulare crederetur. Feuquerius[11] aquis Borboniis valetudinem curat, quantum conjici potest nec belli nec pacis negotio interfuturus.

Hic nunc erat in summa rerum status, de quo, si quid immutaverit, non deero indicationis officio vota semper faciens, Excellentissime Domine, pro Sublimitatis Tuae bonis rebus.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[12].

Lutetiae, 9/19 Iunii 1636.

1 De tekst der *Epist.* geeft 'Rosciano'.
2 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
3 Carlo Gonzaga, hertog van Mantua.
4 Don Antonio Ronquillo.
5 Giovanni, graaf Serbelloni.
6 Philips IV van Spanje.
7 Vergilius, *Ecl.* II 57: Nec, si muneribus certes, concedat Iollas.
8 Don Fernando, kardinaal-infant; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
9 Ferdinand II.
10 Jacques de Loys de La Grange aux Ormes.
11 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
12 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*

Postquam hoc ita ut e fide non indignis acceperam, quaedam et ex certis literis scripseram, in ceteris video praestare famae auctoritatem. Tantum pro Tabernis Alsaticis tradi Sarburgum a duce captum Bernhardo II novi calendarii. Profecta est a Rupella classis. Dolae jam vallum subitur cuniculis aliisque suffossionibus capto quod extra est munimento lunari. Magna in castris principis[1] alimentorum copia est. Peditum non satis habet contra tot defensores. Flagitat plures mitti.

Cum in manus venissent meas duae virorum talia intelligentium literae Dolae obsessae fidam historiam continentes, exemplum earum addidi. Sed jam venit a castris qui et ipse nuntiat et literas adfert, quas vidi, Thuani[2] ducem a Sarburgo reducem capto castello, quod Tabernis Alsaticis imminet, impetere oppidum machinis. Missus ad Argentoratenses Thuanus multum frumenti in usum exercitus a civitate facile impetravit, qui messem facere nisi favente tam valido vicinoque exercitu nequibant. Ita jam impletum est id, quod Tua Sublimitas scriptis ad ducem Bernhardum literis, quas apud me aperuit Ponica[3] optaverat.

Praeter Croatos ad Saram male habitos quatuor eorum cohortes ad Daistenum ab Heiburno[4] caesae sunt Suedo milite rem inchoante, subvenientibus mox et Gallis equitibus. Drusenhemi hostis munitione extructa ab Argentorato ad Hagenoviam commeatus per amnem auferre voluerat, verum adventante Valetta id praesidium deseruere. Multum gaudetur in hac aula ob has res.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2638. 1636 juni 19. Aan N. van Reigersberch[5].

Mijn Heer,

Ick en weet nyet, wat ick sal seggen, dat ick van uE. geen brieven heb gehadt nae dye van den XVII[en] Mey[6], daer nochtans de windt goedt is geweest ende uE. nyet en moet vremd vinden, dat de brieven, dye wij van acht dagen tot acht dagen schrijven, onderwege blijven.

Wij hebben hyer den graeff van Licester[7], dyen ick beminne om de naem van Sidney ende bevinde zeer geleerdt ende wel genegen tot het gemeene beste. Ick heb bij hem nyet gelaeten het beste te doen om hem te doen verstaen, wat Engelant can doen ende in dese gelegentheyt behoort te doen: oock voorslagch te doen op de differenten, dye Engelant ende de Vereenigde Nederlanden quaelijck stellen. Hij toont mij een sonderlinge affectie.

Hertogh Bernhard[8] heeft Sabern becomen ende enige Croaten geslagen. Men maeckt het getal vrij groott, maer ick gae garen matelijck.

1 Henri de Bourbon, prins van Condé.
2 François Auguste de Thou (1604-1642), oudste zoon van de in 1617 overleden historicus Jacques Auguste de Thou (Thuanus); zie no. 2623, p. 192 n. 1.
3 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
4 John Hepburn; zie over hem no. 2620, p. 185 n. 1.
5 Hs. Amsterdam, UB. coll., RK., R 2 g. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Tesamen met no. 2659 beantw. d. no. 2689.
6 Ontbreekt.
7 Robert Sidney, graaf van Leicester.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

Hagenouw heeft den cardinael de la Valette[1] ontset. Dolen, nyet jegenstaende het groote gaernisoen van drye off vyer duysent ende machtige uytvallen, can, soo men meent, nyet lang uytstaen. Alle het volck van de Franche Comté verloopt nae Besanson ende de Switsers zijn onenig, off zij gehouden zijn de Franche Comté tegen Vrancrijck te defenderen ofte nyet.

D'heer van Rohan[2] heeft XXX^{m} pistolen ontfangen, goedt om de begonnen meuterye te steuten ende de fortificatiën te voltrecken, nyet om yet groots bij de handt te nemen, Cerbellon[3] zijnde met scepen op de Lac de Como ende de stadt van Milaen volgepropt van volck, waertoe noch comen dagelijcx Duytsschen over catholische bergen ende II^{m} Napelsche ruyters. 't Is waer, dat aen hun mede volck werdt gesonden. De macht van de geallieerden in Italiën is XX^{m} man, soo dye seggen, dye het best meenen. Want anderen minderen het vrij wat.

Savoye[4] heeft zijn volck nyet willen geven om in 't velt te gaen; tracht nae vrede. Men seyt, Vrancrijck ende de geallieerde 't oogh hebben op Valence. Ick wensche alles wel gelucke.

waer het niet in soo een saeck van soo groten consequentie. UEd. gevoelen wensche ick wel te weten.

Ick werde gedistraheert, darom schrijve ick met haest.
UEd. dienstwillygen broeder
N. v. Reygersberch.

Desen lesten Junij 1636.

Adres: Mijnheer Mijnheer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coninginne ende Croon van Sweden bij den Alderchristelijkste Conynck.
In dorso schreef Grotius: 30 Iuny 1636. N. Reig.
En boven aan de brief: Rec. 22 Iul.

2652. [1636 juli 1]. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

Vous ayant escript le 29 du Juin nouveau style[2], et depuis n'ayant pas eu d'autres nouvelles, celle-cy ne servira que pour accompagner l'enclose[3] laquelle i'espère que vous donnera du contentement sur voz affaires. J'ay eu et i'auray tousiours soing d'addresser toutes les vostres il ne manquer en aucune chose tesmoigner, monsieur, que ie continue d'estre.

2653. [1636] juli 1. Aan Rijngraaf Otto[4].

Monsieur,

Vous ayant escrit le 5^{e} de ce mois[5] et le 29^{e} du nouveau stile[6], depuis il y trois iours i'ay receu deu de vostres du dernier d'Avril[7] et du 15^{e} du May du vieu style[8] comme ie croy.

Je n'ay pas manqué du faire tenir voz pacquets à monsieur le grand chancelier[9] et seraj tousiours très aise d'avoir occasion de vous servir soit en semblables soit en meilleurs choses et quant aux affaires que le sieur Betz[10] poursuit, mon assistence ne luy manqueray point. Comme aussi ie feray tout ce que me sera possible quand

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd., coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 34. Tesamen met no. 2669 beantw. d. no. 2696. Het briefje is ongedateerd, doch bevindt zich in het copieboek van uitgaande brieven onmiddellijk vóór een schrijven van 1 juli 1636. Het zal dus wel van 30 juni of 1 juli zijn, vermoedelijk - gezien de formulering van de aanhef - van laatstgenoemde datum.
2 No. 2648.
3 Dat zal de brief van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna zijn, waarvan Grotius spreekt in zijn schrijven aan Schmalz dd. 4 juli (no. 2660).
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 35. Antw. op nos. 2587 en 2602. Voor geadresseerde zie men V, p. 405 n. 3.
5 Bedoeld is no. 2621 van 5 juni.
6 No. 2649 dd. 29 juni.
7 No. 2587 dd. 10 mei nieuwe stijl.
8 No. 2602 dd. 25 mei nieuwe stijl.
9 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
10 Friedrich Betz, officier en agent van de Rijngraaf.

l'occasion se présentera pour ces messieurs du conseil formé desquels vostre lettre faict mention[11].

Quant à traitté conclu entre monsieur le grand chancelier e monsieur S. Chaumont[12], ie vous en avois adverti par la dicte mienne du 5^{e}, la substance estant que

11 Vgl. no. 2602.
12 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, als speciale gezant van Lodewijk XIII naar Oxenstierna gezonden.

les deux couronnes ne ferent ni paix ny tresve plus longe de quinze iours qu'essemble.

Icy à la cour on parle fort de préparer les affaires à une payx, laquelle Dieu nous donne seure, bonne et honnorable.

Au dernier ordinaire nous n'avons rien en d'Hollande ny par conséquant ausi de Poméranie. Autremant ie ne manquerois pas, monsieur, de vouz advertir de ce que i'aurois apprins depuis l'envoy de la dicte mienne du 29e. Je veux espérer que le huict mille hommes levez en Suède qui doibvent estre arrivez asteur en Poméranie, donneront moyen à des actions vigoureuses qui est le vray chemin pour parvenir à une paix telle que les gens de bien et sages désirent.

Je vouz prie de croire, monsieur, que ie seray à iamais

Vostre très affectionné.

Le 1 du Julliet.

2654. 1636 juli 4. Aan L. Camerarius[1].

Illustrissime Domine,

Gallos et eorum federatos feliciter transgressos Ticinum amnem constat. Accedit rumor prosperi ipsis praelii, quo hostes prope ter mille, Germani partem maximam, interierint, cujus rei certior autoritas exspectatur. Dola adhuc obsidetur; nec movent se ultra Helvetii quam quod regem[2] per legatum[3] rogant, bellum ut illis locis suae tutelae commendatis abstineat. Sed quando jam in eo est princeps Condaeus[4], ut cuniculos incendat, deinde impetum faciat in oppidum, spes est prius id captum iri quam aut ab Alpibus aut e Belgico ei subveniatur, praesertim si Leodiensis res hostem diu, quod optatur hic, detineat.

Classem in Oceano Gallicam, ad Bellam Insulam venti morati sunt.

De comite Licestrio[5] haec aula optime existimat. Sed ne is quidem promovere quicquam poterit, antequam responsum sit comiti Arundelio[6], qui Ratisbonae conventum, satis tardi moliminis negotium, opperitur. Misit ad imperatorem[7] Bavarus[8] suae possessioni firmandae ante omnia studens.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 36. Copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 46. Gedrukt *Epist.*, p. 243. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius gezant van Zweden in Den Haag.
2 Lodewijk XIII.
3 De extra-ordinarius gezant Alphonse van Sonnenberg.
4 Henri de Bourbon, prins van Condé.
5 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
6 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
7 Ferdinand II.
8 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.

Alcalam[9] in Germaniam profectum pacis, ut praefert, causa subsequetur pari cum potestate Franciscus Melo[10] et adjutores illis, cancellarius Mediolanensis[11] et tribunus Schinchinellius[12].

Interim aliae Germanorum copiae ad Ulmam pervenerant, quarum pars in

9 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
10 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
11 Antonio Ronquillo.
12 Graaf Schinchinelli, Spaans vertegenwoordiger op het congres te Keulen; hij kwam op 1 mei 1637 ter plaatse aan.

Italiam ire, pars Gallassii[1] ad Spiram exercitum colligentis vires aucturi credebantur.

Tabernae an captae sint, necdum scimus[2]; sed jam oppugnatio ducentos absumpsit milites ipsiusque ducis Bernhardi vulneravit manum.

In mari Mediterraneo classes Hispanica et Gallica mutuo metu tempus hactenus terunt.

Haec quanquam non multa scribere recentia quam acervum majorem exspectare malui. Tibi tuisque opto res felicissimas.

Tuae Illustr. Dom. perpetuo observantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, IV Iulii novi Cal. MDCXXXVI.

Haec postquam scripseram, miles a Crequiaco[3] missus victoriae trans Ticinum partae Gallis certos nos facit. Gloria operis ad Crequiacum pertinet, qui cum X millibus peditum, equitibus mille quingentis ausus est ad justum praelium provocare hostem, cui XVI millia erant peditum, III equitum, Pugnatum per sex horas. Tandem cum et ipse dux Sabaudus[4] supervenisset, vicere Galli suorum mille amissis; hostium interfectis tribus millibus, in quibus duces ipsi Martinus Arrago[5] et Gambicurta[6]; captis octingentis hominibus, machinis undecim, signis, commeatu, sarcinis multis. Per hanc victoriam agri late patentis messis penes Gallos erit. Tabernae de deditione jam agunt.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. A.^{o} 1636 Hagae Comitis 11/21 Iun. *(sic)*.

2655. 1636 juli 4. Aan Christina van Zweden[7].

Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima,

Res laetae sociorum non ad gaudium tantum Tuae Majestatis, sed et ad necessariam his temporibus rerum dijudicationem pertinent.

1 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
2 Het akkoord betreffende de overgave van Saverne is gedateerd op 4/14 juli 1636; de ondertekenaars zijn Bernhard van Saksen-Weimar en Georg Friedrich von Mülheim, gouverneur van Saverne.
3 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
4 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
5 Don Martino d'Arragona, kapitein-generaal van de artillerie en de cavallerie in het Milanese; hij stierf in 1639.
6 Geraldo Gambacorta; zie VI no. 2484, p. 538 n. 5.
7 Gedrukt *Epist.*, p. 243.

Certus ab Italia nuntius advenit Crequiacum[8] cum X millibus peditum, equitibus MD transiisse Ticinum et hoste vocato ad praelium pugnasse diu ambigue. Sub finem praelii ipsum advenisse Sabaudiae ducem[9]. Victoriam penes Gallos

8 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
9 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.

fuisse non incruentam mille suorum amissis, sed claris praemiis; occisis hostium tribus millibus ducibusque ipsis Martino Arragone[1] et Gambicurta[2]; captis hominum octingentis, quos inter praefecti multi, machinis undecim, signis multis, commeatu, sarcinis et quae bello usui, agroque circum omni, qui plenus est frugum, facto Gallorum potestatis. Spes est majorum successuum, uti ex altera parte Larium transgressus lacum incubuerit hosti Rohanius[3].

Tabernae Alsaticae sub pactis dedere se cupiunt; plenam deditionem vult dux Bernhardus[4]. Dola etiam nunc obsidetur.

Deus res aeque prosperas saepe largiatur amicis et praecipue, Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima, Tuae Majestati.

Lutetiae, 4 Iulii novi Cal. 1636.

Augustae Majest. Tuae obedientissimus subditus
H. Grotius.

2656. 1636 juli 4. Aan L. Grubbe[5].

Victores trans Ticinum fuisse Gallos iam constat. Rem latius explicabunt venturi nuntii: Haec interim certa sunt quae et litteris ad M. cancellarium addidi[6]. Non Germani tantum, sed et Hispani et Itali erant in hostili exercitu caesa hostium III millia, capti octingenti, machinae undecim, sarcinae, commeatus. Agri et messis potiti Galli. Pugnatum per sex horas duce Crequiaco[7]. Dux Sabaudus[8] sub finem advenit praelii. Perierunt hostium duces Martinus Arrago[9] et Gambicurta[10]. Tabernae Alsatiae iam de pactis agunt, quibus se dedant[11].

2657. 1636 juli 4. Aan A. Oxenstierna[12].

Excellentissime Domine,

Indicavit mihi legatus Venetus[13] a nuntio pontificis[14] verba facta de pangendis induciis duraturis usque dum pax inveniatur perpetua. Cardinalem[15] proferre

1 Don Martino d'Arragona; zie no. 2654, p. 235 n. 5.
2 Geraldo Gambacorta; zie VI no. 2484, p. 538 n. 5.
3 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
4 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 36; postscriptum ibid., p. 38. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie van no. 2654 aan L. Camerarius daaraan - afgezien van het postscriptum - gelijkluidend; men zie dus aldaar, p. 234. Betreffende Lars Grubbe zie men V, p. 432 n. 12.
6 No. 2657 aan de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
7 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
8 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
9 Don Martino d'Arragona; zie no. 2654, p. 235 n. 5.
10 Geraldo Gambacorta; zie VI no. 2484, p. 538 n. 5.
11 Vgl. no. 2654, p. 235 n. 2.
12 Gedrukt *Epist.*, p. 242; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 202.
13 Alvise Contarini di Nicolo.
14 Giorgio Bolognetti, van 26 maart 1634 tot 8 augustus 1639 ordinarius nuntius van Urbanus VIII in Parijs.
15 De Richelieu.

animum non aversum, sive quod re ipsa a Gallorum rationibus non alienam judicet talem pactionem, per quam ipsis mansura sit Lotharingia et Alsatia nullo penes Hispanum[1] belli praemio praeter insulas duas[2] easque hactenus neque ipsi utiles admodum neque Gallis noxias, sive quod praecipitem videns in pacem regis[3] pietatem sufflaminandum eum censeat simulatione ejusdem desiderii interim nuntiis quantum potest prosperis ducens tempus.

Quemadmodum nunc in aula rumor spargitur, prudentibus rerum Italicarum nondum firme creditus, transgressas Ticinum Gallorum foederatorumque copias statim ita feliciter pugnasse, ut duo aut tria hostium millia, Germanicae maximae gentis, conciderint. Additur implendum ad gaudium adfuisse huic rei Sabaudum[4], de quo per id omnis sinisterior suspicio excussa sit animo. Cumque sociorum copiae ad XX millia sint, hostem non amplius quam XII millia posse educere, quod Mediolano jam propinquent arma, praeterea ex Montiferratensi agro Novaria, Alexandria, Dertona, ex Placentino et Parmensi lacus Pompeja, Cremona, Crema, Ticinum in metu sint eoque plurimo milites[5] in suam tutelam absumant.

Ducem tamen Parmensem[6] ad sua penetrasse nondum accepimus. Nec quicquam eam in rem profuit postrema ultra lacum Larium Rohanii[7] expeditio, qui, ut scripsi his diebus[8] et attestabantur hae Marini literae[9], et machinis et pecuniis destitutus non modo a rebus magnis agendis impeditur, sed et militari seditione et Rhaetorum a signis decedere cupientium minis vexatus fuit.

Pacta nuper facta de Valle Telina[10] in magna adhuc offensa sunt apud Helvetios Rhaetosque. Accessit apud Helvetios alia ex bello comitatensibus Burgundis illato, quam causam Friburgenses calidius agunt, lentius caeteri misso eam ob rem ad regem legato[11] et aliis ad Condaeum principem[12], qui Dolam strenue defensam nondum cepit, sed cuniculos parat incedere, per quos ad moenium oppugnationem via fiat vulnerato nuper, cum hostes erupissent, Ransovio[13], nisi jam et mortuus est.

Sauciatus etiam manum fuit dux Bernhardus[14], dum impetum in Tabernas facit amissis suorum ducentis. Quo statu nunc id oppidum sit[15], nescimus, quod nuntii aliquot per dies cessaverint.

1 Philips IV van Spanje.
2 St. Honorat en Ste. Marguerite.
3 Lodewijk XIII van Frankrijk.
4 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
5 De uitgave der *Epist.* heeft 'plurimi militis'.
6 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
7 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
8 Vgl. bv. no. 2637 dd. 19 juni.
9 No. 2631.
10 Vgl VI, p. 545 en verderop nos. 2867 en 2889.
11 Alphonse van Sonnenberg (1603-1674). Hij was van 1635 tot 1637 baljuw van Baden en vertoefde in juni en juli, in verband met zijn missie, in Parijs.
12 Henri de Bourbon, prins van Condé. De Zwitserse gezanten waren afgevaardigd door Bern, Freiburg en Solothurn resp. Johann Ludwig von Erlach (1595-1650) Pierre Koenig de Mohr (1590-1647) en Bouchergermain; die van Bern had de leiding.
13 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
14 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
15 Vgl. no. 2654, p. 235 n. 2.

Classis in Oceano Gallica nuper abiisse credita, quantum nunc intelligo, adhuc ad Bellam Insulam detinetur, ventis an imperio non satis affirmaverim. In mari Mediterraneo alia regis classis constans galeonibus duabus, duodecim galeris, quadraginta tartanis defendit oram Massiliensem, cui imminet hostis XLV galeonibus, XXX galeris, multo milite.

Venit huc quidam a Leodio videoque mutuo accusari a Gallis Batavos, a Batavis Gallos, quod tam bella occasio non diligentius arripiatur.

Angli legati[1] nihil propius ad causam communem accedunt: veterem urgent cantilenam de reddenda a rege Lotharingia, ut vicissum et Palatinatus reddatur. At Bavarus[2] e suis domesticis unum misit ad caesarem[3], quantum conjici potest, ut certus sit, mansura sibi quae possidet, priusquam ad conventum Ratisbonensem veniat. Arundelius[4] jam eum conventum in ipso Ratisbonae oppido exspectat. Magnifica loquuntur Angli, sed videtur is futurus tandem eventus, ut commutationem aliquam pro Palatinatu accipiant. Certe, si quid fortiter facere vellent, non hoc tempore ita a se alienarent Batavos coacta nuper suppara demittere navi, quae legatum Joachimium[5] ferebat, et refricata illa odiosa adeo de piscatu controversia.

Tum vero Roma ex Tirolensi agro nondum progressos hostes: sed congeri eo, quae alendo militi belloque sunt necessaria. Praeter Germanos, qui jam transiere Alpes, ad II MD pedites, equites sexcentos, exspectari et alios, qui Ulmam pervenerunt.

Basileenses perseverantur deprecari, ne frumenti copiam Galli sua in urbe deponant: a rege sollicitari ducem Wirtenburgicum[6], ut castellum Hansuiliense ipsi vendat.

Alcalam[7] pacis negotio praepositum, ut et nuper scripsi[8], abiisse. Secuturum Franciscum Melonem[9] pari cum potestate, cancellarium Mediolani[10] et tribunum Schinchinellium[11], ut adjutores. Leganesium[12] Dertonae esse; Valentiae praesidium auctum accessu D militum. Castellum Sancti Johannis a Villa[13] captum, cum ab hominibus tantum XL defendebatur. Quos dus Etruscus[14] per Senam obligatus Mediolano tuendo milites miserat, eos maximam partem defugere. Ducem eundem invigilare firmandis opere et milite maritimis suis oppidis, habere et Pisis equitem et Griffonem[15], virum nobilem legari ab eo ad Ratisbonensem conventum.

1 Odinarius gezant John Scudamore en de extra-ordinarius Robert Sidney, graaf van Leicester.
2 Maximiliaan, keurvorst van Beieren.
3 Ferdinand II.
4 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
5 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke; zie V, p. 448 n. 4.
6 Eberhard III, hertog van Würtemberg (1614-1674).
7 Fernando de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
8 No. 2637 dd. 19 juni.
9 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
10 Don Antonio Ronquillo.
11 Graaf Schinchinelli; zie no. 2654, p. 234 en n. 12 aldaar.
12 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganès, gouverneur van Milaan.
13 Guido, markgraaf van Villa.
14 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
15 Ugolini Griffoni, Malthezer ridder.

In Hispana classe maris Mediterranei, cujus memini ante, VII esse militum millia. Ab Hispanis muniri Sanctum Stephanum, metu Gallicae classis Massiliensis.

Neapoli pacandae plebi ob id commotae mitigatum vectigal impositum conductis aedibus, ita ut non majus sit futurum quam vicesima in minores mercedes, in majores decima.

Ab eo, qui res agit Poloni regis[1] dici nolle regem suum fructus praediorum, pecuniam velle praesentem.

Ad amoeniora venio. Attulit mihi Jolivetus[2] XII libros dicatos honori magni regis Gustavi[3], quibus nomen fecit Fulmen in Aquilam. Legi; amor in regis memoriam, gratiam et praemium meretur, sed ego edendi operis suasor esse nolim. Tam multa sunt latinitati, tam multa versuum legibus, quaedam et rerum gestarum veritati contraria; si pauca fuissent, monuissem: sed Augiae erat stabulum. Materiam ex libro maxime Gallico sumsit, cui titulus Militis Suedi[4].

Proficiscuntur hinc cras in Angliam Ponica[5], in Hollandiam Hogendorpius[6], deinde in Pomeraniam ad Tuam Sublimitatem, cui Deus, Excellentissime Domine, omnia optima concedat.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[7].

Lutetiae, 4 Iulii novi Calendarii anni 1636.

Iam nunc miles a Crequiaco[8] advenit certa ferens de proelio ad Ticinum. Audax fuit Gallorum facinus. Nam Crequiacus absente Sabaudo, qui alioqui cura summi in omnes copias imperii defugiturus aleam fuerat, cum amnem transiisset, X peditum millia secum habens, equites MD misso feciali hostes multum numero praecellentes - erant enim XVI^{m} peditum, equites III^{m} - ultro ad pugnam vocavit et, donec parati essent, exspectavit. Pugnatum est per sex horas dubio Marte. Interea advenit Sabaudus. Caesi Gallorum mille; hostium ter mille. Victoriae a Gallis partae non dubia documenta duces hostium interfecti Martinus Arrago[9], Gambicurtius[10] et tertius, qui sub illis praeerat[11]; capti octingenti,

1 Johan Zawadski, gezant van Wladislas VII (IV) van Polen.
2 *Evertii Iolliveti Aurelianensis Fulmen in Aquilam, seu Gustavi Magni, Serenissimi Suecorum, Gothorum, Vandalorum Regis, etc. Bellum Sueco-Germanicum. Heroico-Politicum Poema.* Editum Parisiis Apud Matthaeum Guillemot. A. MDCXXXVI. Lipsiae Apud Georgium Wolbrecht. A. MDCCCXXXII. De schrijver, Evert Jollyvet of Jollybet (1601-1662), sieur de Votilley, advocaat van het parlement van Parijs, was jurist, dichter, filoloog, filosoof en theoloog.
3 Gustaaf II Adolf, gesneuveld bij Lützen in 1632.
4 Vermoedelijk F. Spanheim, *Le soldat svedois ov Histoire de ce qui s'est passé en Allemagne depuis l'entrée du Roy de Suède en l'année 1630 iusques apres sa mort*, dat in 1633 te Genève was verschenen. Grotius spreekt erover in zijn brief van 13 mei 1635 aan Oxenstierna (dl. V, p. 472 no. 2097 postscriptum).
5 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
6 Gijsbrecht van Hogendorp; zie VI no. 2319, p. 287 n. 13.
7 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
8 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
9 Don Martino d'Arragona; zie no. 2654, p. 235 n. 5.
10 Geraldo Gambacorta; zie VI no. 2484, p. 538 n. 5.
11 In de slag bij Tornavento op 23 juni 1636, waarin Gambacorta en Antonio Sortella sneuvelden en Martino d'Arragona werd gewond, sneuvelde aan Spaanse zijde voorts Thomas d'Angelo en Francisco de Cordonxe, die dodelijk gewond in handen der Fransen viel; eveneens

in quibus multi tribuni et centuriones; machinae undecim; sarcinae, commeatus, signa militaria aliaque belli instrumenta plurima; et, quod maximum est, agrorum messisque magnae integra penes Gallos possessio.

Tabernae Alsaticae jam pactis se dedere voluere, sed simplicem deditionem volebat dux Bernhardus. Metus est, ne hostis obsessoribus superveniat, priusquam Dola capiatur. Leodium rex misit hominem idoneum[1] et pecuniam.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2658. 1636 juli 4. Van A. Oxenstierna[2].

Nobilis et magnifice domine legate,

Ante discessum meum e Germania consultum duxi ad serenissimam Bohemiae reginam[3] in causa liberorum majestatis eius[4] scribere sicut exemplar literarum vobis sub lit. A[5] ostendit. Mitto etiam propositionem pro legati Britannici[6], qui his diebus apud me fuerat, et copiam literarum fidei Britanniae regis[7] ad reginam meam[8] et me scriptarum sub lit. BC[9] sicut et resolutionis a me dicto prolegato datae exemplum sub lit. D[10]. Quae itidem legato Gallico, domino S. Chamontio[11], proponi fecerim, inveniet Dominatio Tua sub lit. E[12], quae cuncta Dominationem Tuam de statu rerum in his oris edocebunt et servire congruis locis communicationi possunt.

Notabis praecipue e postremis, quemadmodum urserim, ut de diversione in hostem paranda et motu copiarum Gallicarum legatus omnia officia interponat.

Arbitrabar ex usu esse, ut in eandem rem et regi Galliae[13] et domino cardinali[14] scriberem, verum, dum manus in tabula erat, audio cardinalem de La Valetta[15] et ducem Vinariensem[16] iam in Alsatiam penetrasse ideoque, ne intempestivus sim aut mihi argumenta prae[s]cindam, easdem literas intermisi.

1 Waarschijnlijk de abbé de Mouson, die zich als agent van Frankrijk te Luik bevond.
2 Hs. Stockholm, RA., coll. Gallica, brev till legaten Hugo Grotius 1635-1638. Orig. Eigenh. ondertek. met eigenh. postscriptum. Gedrukt *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 572.
3 Elisabeth Stuart, weduwe van de in 1632 overleden Winterkoning, Frederik V van de Palts.
4 Karl Ludwig (1617-1680), Elisabeth (1618-1680), Ruprecht (1619-1682), Moritz (1621-1654), Luise Hollandine (1622-1709), Eduard (1625-1663), Henriette Marie (1626-1651), Philipp (1627-1650), Sophie (1630-1714) en Gustav (1632-1641).
5 Zie *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 569 (no. 313).
6 Joseph Averie.
7 Karel I.
8 Christina van Zweden.
9 Bij het hs. bijgevoegd: in RA. Stockholm.
10 Zie *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 518 (no. 296).
11 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van de Franse koning bij Oxenstierna.
12 Zie *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 564.
13 Lodewijk XIII.
14 De Richelieu.
15 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
16 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

Interim, si quid et quando id remissius agi a Gallis Dominatio Tua senserit, ne desistat eos suo loco hortari ad causam serio capessendam. Non deerunt Dominationi Tuae rationes ad huius diversionis necessitatem regi demonstrandam, quas pro dexteritate sui iudicii facile excogitabit.

Id Dominatio Tua regi diligenter repraesentet multo diversam rationem nobis esse recolligendi copias et vires restaurandi, si quid adversi - quod Deus avertat - interveniat, quam ipsi in confiniis regni sui belligeranti. Illi, si quid secius accidat, ad manum esse novos[1] exercitus vel cito colligi posse et ad confinia terrarum duci. Nobis in alia terrarum parte praeliantibus incertum mare, longinquum iter, dubii venti, adversa plerumque anni tempora difficultates augent et, si clades aliqua eveniat - quod ut[2] non sperandum fieri tamen poterit, ubi tot potentibus inimicis impune vires simul in nos convertere liceat sociis quiescentibus -, uno momento plurima turbari multumque damni non minus communi causae quam nobis inferri potest. Haec pro dexteritate sua poterit Dominatio Tua explicare fusius et commemorare, nisi adhibeantur opportune remedia, cogi nos ad amplectenda ea consilia, quibus hactenus attendere nunquam animum induximus.

Existimavi quoque e re esse, ut Dominationi Tuae communicarem et quae mihi legatus ducis Megapolitani[3] hisce diebus attulit loco responsi ad conceptum praeterito authumno instrumentum pacificationis quaeque ad me scripsit et misit rex Daniae[4] de sua interpositione, denique quae ego in praesens utrique respondi[5]. Iussi quoque adiungere exemplar literarum domini S.^{t} Chaumontii ad me et pactorum inter ipsum et landgraffium Hassiae[6] quaeque mihi visa sunt respondere[7], ut exinde et consilia utriusque partis diiudicet et, quae agantur, rectius cognoscat; non ea in scriptis communicet, sed suo loco pro prudentia sua Dominatio Tua utatur et, cum cuncta nostra non placeant aliis, eadem tueri eo commodius queat.

Deinde memini non ita pridem literis me Dominationi rationes mei in Sueciam itineris aperuisse[8], quod hactenus variis de causis tractum nunc ingredior. Interim, quoniam tractatuum hinc inde mentio fiat et necessum, ut, si quid per absentiam meam occurrat, audiatur, iussu illustrissimorum regni administratorum subdelegavi mihi S.^{ae} R.^{ae} M.^{tis} clementissimae meae reginae hactenus per Pomeraniam, nunc per Germaniam legatum, illustrissimum dominum Stenonem Bielkium[9], qui cuncta audiat et examinet et, quae operae praetium fuerit, cum Dominatione Tua est communicaturus. Dominatio etiam Tua non gravabitur cum dicto domino legato Bielkio ea, quae apud vos agantur, communicare et singulis nunciis correspondere ad S.^{ae} Reg.^{ae} M.^{tis}, clementissimae nostrae reginae et regni commodum. Nec minus erit ex usu, ut mecum de iis, quae occurrant, correspondeatur eaeque literae in Sueciam curentur, ubi, postqu(am) resolutiones de toto rerum

1 Verbeterd uit ‘novas’.
2 In het hs. tweemaal geschreven.
3 Johan Cothman, kanselier van Adolf Friedrich, hertog van Mecklenburg-Schwerin.
4 Christiaan IV van Denemarken.
5 Zie *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV resp. p. 536 (no. 305) en p. 525 (no. 299).
6 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
7 Zie *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 564 (no. 311).
8 Zie no. 2612 dd. 30 mei.
9 Sten Svantesson Bielke (1598-1638); hij studeerde in Tübingen (1616-1619) en in Leiden (1627-1629) en werd in 1636 ambassadeur van Zweden in Duitsland.

statu, pacis bellive negotio et, quae ex hinc pendean(t), fuerint sumptae, curabo, ut et ad Dominationem Tuam de iis, quae facto opus, mandata transmittantur, et ego quoque per occasiones communicationi non deero.

Haec nunc erant, quae significarem.

In bellicis nil occurrit novi, quod nunciatu sit dignum hostibus Magdeburgensi obsidioni intentis et domino Bannerio[1] in castris Werbenianis adhuc quiescente.

Expecto in dies novarum e Suecia copiarum adventum, quarum pars e Livonia iam advenit; quae ubi praesto fuerint, spero tanta manu succurri domino Bannerio posse, ut rerum ad Albim status bono cum Deo non solum conservari, sed et amplificari queat.

E Westphalia post coniunctionem Leslii[2] cum copiis Hassiacis omnia prospera auguramur, nisi intempestiva Gallicarum copiarum quies Gallassio[3] occasionem subministret Hanoviam expugnandi nostrasque vires praegravandi.

His Dominationem Tuam protectioni divinae commendo.

Dominationis Tuae amicissimus
Axelius Oxenstierna m.p.

Dabantur Stralsundii, die 24 Iunii anni 1636.

Iussi Spiringium[4] privatae rei tuae habere rationem, qui mihi adfirmavit se id, dum in Belgio esset, fecisse et facturum sedulo. Ego cum Stokholmiam cum Deo venero, faciam, ut certiora et accommodatiora habeas.

Adres: Nobilissimo Domino Hugoni Grotio, Sacrae[5] Regiae Majestatis Sueciae Consiliario et ad Christianissimum Galliae Regem Legato ordinario.

In dorso schreef Grotius: Canc. Iunij 1636.

en: 24 Iunij 1636 Canc.

2659. 1636 juli 4. Aan N. van Reigersberch[6].

Mijn Heer,

Al wederom heb ick van uE. geene brieven. De laeste waeren van de 4 Mey[7].

Op 't stuck van Seldenus[8] heb ick uE. geantwoordt[9]. Verwacht, wat daerop sal volgen ende hoe de saecke van Caesar[10] staet.

1 Johan Gustavsson Banér, Zweeds generaal.
2 Alexander Leslie, graaf van Leven, generaal-majoor in Zweedse dienst, opperbevelhebber van de Zweedse strijdkrachten in Westfalen.
3 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
4 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
5 De lezing der *Oxenst. Skrifter* luidt abusievelijk 'Suae'.
6 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 2 h. Eigenh. oorspr. Tesamen met no. 2638 beantw. d. no. 2689.
7 Ontbreekt.
8 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie men V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
9 Zie no. 2613 dd. 30 mei.
10 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.

De soon van Porsena[11] is bij mij geweest met een ouden brief van sijn vader,

11 Vermoedelijk schuilnaam voor Cornelis Jansz. Hartigsvelt uit Rotterdam; zie over hem V, p. 2 n. 6. Van Reigersberch heeft er ‘Hartochvelt’ boven geschreven. De zoon heette

die alles goeds beloofde. Ick had den jongman garen bij mij te eeten gehadt, maer heb sulcx niet connen vercrijgen. Hij is wederom nae Orléans gegaen, hoewel ick hem sulcx ontried, omdat daer veel debauche is ende weinigh te leeren.

Ick heb alle weeck aen uE. geschreven ende 't sommier van 't gunt ick verstont uit alle quartieren geadviseert. Sedert hebben wij, dat de Fransoisen met haere bondgenooten over de Tessin sijn gepasseert. Men voegt daerbij, dat sij tusschen de twee ende drie duisent van den vijant hebben geslagen ende dat den hertogh van Savoye[1] daerbij is geweest, maer die tijding is noch niet seecker.

Den hertogh van Rohan[2] heeft in sijne laeste tocht niet groots connen uitrechten door gebreck van canon ende geit, waeruit oock wat meuterie was ontstaen, maer den beuit sal sulcx stillen.

De Switsers hebben aen den coning[3] gesonden om de Franche Comté als onder haer protectie staende in rust te laeten ende aen den prins van Condé[4] om de stadt van Dolen te spaeren, die besig was om een mijne te doen springen ende dan te comen tot een assaut.

Zavern is bestormt bij hertogh Bernhard[5], die daer is gequetst aen de handt ende 200 heeft verloren. Van 't innemen wachten wij de tijding[6].

De Fransche vloot van Rochelle ende Brest is noch bij Belle Isle door contrarie winden off andere ordre. Den coning heeft oock een groote vloot in de Middellandsche Zee, maer de Spaensche is daer stercker. Evenwel is tot noch toe op de Fransche custen bij den vijant niet verovert.

Men spreect hier van Alcaeus[7] te sluiten ende te doen duiren, totdat Stesichorus[8] waer gevonden. Den graef van Arundel[9] is te Regenspurg. Verwacht daer de bijeencomste, die noch traegh voortgaet. Den hertogh van Beyeren[10] heeft aen den keiser[11] gesonden apparentelijck om verseeckert te sijn van te houden, dat hij heeft. Dat soude voor de Paltzische loopen op een recompense in andere landen. Hier vorderen d'Engelschen noch niet.

Morgen vertreckt mijnheer Hogendorp[12] nae Hollant. Is mijn sonderlinge vrundt, gouverneur van Mentz voor desen. Sal uE. behulpigh sijn om mijne saecke aen mijnheer Spierinck[13], daer hij een goed vrund van is, te recommanderen ende daernae ook bij mijnheer rijcxcancellier[14] goed rapport te doen ende mijn soon[15]

1 Vittorio Amedeo.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse strijdkrachten in Graubünden en de Veltlin.
3 Lodewijk XIII van Frankrijk. De Zwitserse gezant was Alphonse van Sonnenberg; zie no. 2657, p. 237 en n. 11 aldaar.
4 Henri de Bourbon, prins van Condé; zie voor de gezanten no. 2657, p. 237 n. 12.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 Vgl. no. 2654, p. 235 n. 2.
7 Codewoord voor bestand.
8 Codewoord voor vrede.
9 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
10 Maximiliaan, hertog en keurvorst van Beieren.
11 Ferdinand II.
12 Gijsbrecht van Hogendorp; zie over hem VI no. 2319, p. 287 n. 13.
13 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
14 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
15 De oudste zoon, Cornelis.

ten beste te raiden. De heer Hogendorp heeft mijn soon Dideric[1] een compagnie gepresenteert. Ick verwacht met groot verlangen op alles uE. advys[2].

Ick verwacht van mijn broeder de Groot[3] ende van mijnheer Vossius[4] bescheyt van de Anthologie[5] ende maeck vast andere dingen gereedt om altijdt het gemeene beste nae vermogen te vorderen.

4 July n. st. 1636.

Soo ick dit geschreven had, comt een afgesonden van den heer maerschalck Crequy[6]. Verseeckert ons van de victorie over den Tessyn becomen. Crequy hebbende tien duisent te voet, duisent vijf hondert paerden heeft den vijant, die XVI^{m} te voet, III^{m} te paerd had, tot de bataille door een heraut geroepen, ses uiren gevochten; op 't leste is den hertogh van Savoye selff daerbij gecomen, die, soo hij van het beginsel daerbij hadde geweest, soo men meent, de bataille soude hebben belet. Van de Fransche zijde zijn duisent gebleven. Van de vijanden sijnde Spanguiaerden, Italianen, Duitschen, drie duisent. Acht hondert gevangen bij de Fransoisen becomen, elff stucken geschut, veele vaendelen, amunitie, vivres ende 't landt vol van oegst in haer macht. Zabern handelt.

Adres: Mijnheer Mijnheer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raede in Hollant. In Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: broeder de Groot, den 4 Iuly 1636 wt Paris.

2660. 1636 juli 4. Aan P. Schmalz[7].

Nobilissime Domine,

Post XVIII Iunii novi calendarii, cum plures tuas, quarum postremae datae erant VI Maii[8], accepi, nullas ad me venisse a Pomerania mirarer, nisi ne ab Hollandia quidem ullae venissent interea; nec ventorum id importunitate accidit, sed Gallorum Batavorumque injuria nullas in eum usum naves paratas habentium. Multum vereor, ne is, qui a Claudio[9] missus est, tum apud Lilia[10] tum apud Vindicem[11] aliquid cudat

1 Grotius' derde zoon; hij had in het vaderland een militaire opleiding gehad onder de luitenant-generaal der artillerie Johan van den Bosch.
2 De woorden 'De heer Hogendorp ... advys' staan in de tekst in margine.
3 Willem de Groot.
4 Ger. Jo. Vossius, hoogleraar aan het Athenaeum te Amsterdam.
5 Zie VI no. 2407, p. 426 n. 7.
6 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
7 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 35. Gedrukt *Epist.*, p. 244; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. IV, p. 578. Geadresseerde, Peter Abel Schmalz, was secretaris van Oxenstierna.
8 De brieven van Schmalz aan Grotius ontbreken.
9 De Poolse gezant Johan Zawadski; Claudius is een codenaam voor Polen.
10 Lilia of Lelie is een codenaam voor Engeland.
11 Vindex is een codenaam voor Frankrijk.

Sophi[12] rebus adversum. Ubi tempus venerit, quae explorare potero scribam. Nunc enim ille etiamnum est Londini[13].

12 Codenaam voor Zweden.
13 In de tekst in cijfer: 7.91.6.10.71.78.89.113.118.

Hebsteinium[1] pontificii ad suas partes traducere laborant. Non desinam eum confirmare et spem dare nostros ejus non futuros immemores.

Marinus[2] singulis ad me literis queritur sui rationem non haberi. Sed spero solatium ei allaturas, quas a magno cancellario[3] missas ad eum transmisi, literas[4].

De pecunia pro admissionalibus[5], qui alioqui aliis contra nos favebunt, pro pictore[6], pro chartis Hottomanni[7] Spiringium[8] interpellavi. Exspecto ab eo super his et de meis trimestribus impendiisque responsum.

De Bannerii[9] morte cladeque nostrorum spero falsum fore, qui per aliquot dies hanc urbem pervagatus est, nuntium. Caetera ex literis disces ad Dn. cancellarium.

Mea et filium meum[10] quantum possum maxime commendo. De carmine Joliveti[11] magnum cancellarium monui[12], non quod illi non optime velim ob affectum in res Suedicas, sed quod regis omnium maximi[13] facta nisi a praeclaris ingeniis celebrari velim.

Alexander Magnus qui olim[14]

> Edicto vetuit ne quis se praeter Apellem[15]
> Pingeret, aut alius Lysippo[16] duceret aera,
> Fortis Alexandri vultum simulantia ...

reprehenditur, quod a Choerilo[17] incultis versibus res suas cani passus sit. Itaque idem, cujus verba addixi, Horatius Alexandro Augustum[18] praeferens addit,

> ------ ------Quod si
> Iudicium subtile videndis artibus illud
> Ad libros et ad haec Musarum dona vocares,

1 Johan Epstein, agent van Zweden in Frankrijk.
2 Charles Marin(i); zie over hem V, p. 436 n. 4. Marini spreekt in zijn brieven onophoudelijk over zijn achterstallige tractement en zijn financiële moeilijkheden; zie om een enkel voorbeeld te noemen no. 2631, waar hij zich over een achterstand van 14 maanden beklaagt.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Vgl. no. 2652 aan Marini.
5 Anne, graaf van Brulon, en René Giraut; zie hierover VI no. 2265, p. 205 en nn. 10 en 11 aldaar.
6 De schilder Daniel Dumoustier; zie VI no. 2265, p. 205 en n. 7 aldaar. Al deze gevallen, waarin Oxenstierna geld schuldig was, sleepten zich reeds enige jaren voort.
7 Jean Hotman; zie VI no. 2265, p. 205.
8 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden.
9 De Zweedse generaal Johan Gustavsson Banér; hij stierf in 1641.
10 Cornelis, Grotius' oudste zoon, was door zijn vader naar Duitsland gezonden o.m. om er Axel Oxenstierna te ontmoeten.
11 Jollyvets *Fulmen in Aquilam*; zie no. 2657, p. 239 n. 2.
12 No. 2657, p. 239.
13 Gustaaf II Adolf.
14 De woorden ‘Alexander ... olim’ ontbreken in de editie der *Epist.* en in die der *Oxenst. Skrifter*.
15 Apelles, zoon van Pytheas, geboortig van Kolophon, was de beroemdste schilder uit de Oudheid. Hij leefde in de tweede helft van de vierde eeuw v. Chr.
16 Lysippos van Sikyon, eveneens uit de tweede helft van de vierde eeuw v. Chr., vermaard beeldhouwer, wellicht de grootste kunstenaar van zijn tijd.
17 Choerilus, een dichter uit Iasus in Carië; hij volgde Alexander de Grote op diens reizen als zijn panegyricus.
18 Augustus (Gaius Julius Caesar Octavianus - 63 v. Chr.-14 n. Chr), Romeins keizer.

Boeotum in crasso jurares aëre natum
At neque dedecorant tua de se judicia atque
Munera, quae multa dantis cum laude tulerunt
Dilecti tibi Virgilius[1] Variusque[2] poëtae[3].

Vale et saepe nobis prospera, quibus ad firmandum regis animum opus est, nuntia.
Tuae Nobilitati addictissimus omni animo.

Lutetiae, IV Iulii novi Calendar. MDCXXXVI.

2661. [1636 vóór juli 6]. Van J. Gersdorff[4].

Εὖ ζῆν.

Fecit summa tua humanitas, vir amplissime, fecit summa tua benevolentia, qua me coram es complexus, ut non dubitaverim hasce ad te litteras, licet minus elegantes, dare. Fecerunt insuper summa tua in me collata beneficia, ut potius quamvis aliam, quam ingrati animi notam, incurrere velim.

Gratias igitur quantas possum maximas tibi et habeo et, quoad vivam, habebo semper pro quamplurimis officiis ac beneficiis, quibus me plane immeritum tibi devincire ac, ut cum Seneca loquar, prorsus cingere voluisti[5]. Quod si vero libenter debere, ut eidem videtur[6], est beneficium reddere, me tibi adeo libenter debere palam profiteor, ut nunquam ex aere tuo exire, sed aetatem tibi debitor esse cupiam.

Quod mihi promisisti litteras commendatitias, si tibi commodum fuerit, quaeso, ut caeteris tuis beneficiis adiungas atque intra mensem unum aut alterum ad me mitti cures.

Quod superest, vir amplissime, quin pacem ac concordiam in regnis nostris borealibus consiliis tuis salubribus, ut caetera tua sunt facta, diligenter conserves, nullus plane dubito; idque ut facias, te etiam atque etiam obtestor.

Vale, amicorum summe, ac tui amantissimum redam(a).
[Joachimus Gersdorff][7].

1 Publius Vergilius Maro, behorende tot de kring van door Gaius Cilnius Maecenas (65 v. Chr.-18 n. Chr.) geprotogeerde dichters.
2 Varius Rufus, elegisch, episch en tragisch dichter uit de kring rond keizer Augustus en Maecenas; na de dood van Vergilius gaf hij diens Aeneis uit op last van Augustus.
3 Zie voor beide geciteerde passages Horatius, *Epist.* II, I, 239-247 (H.R. Fairclough, *Horace, Satires, Epistles, Ars Poetica*. Loeb. Class. Library MCMXXXVI, p. 416).
4 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 30. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2662. Joachim Gersdorff de Tundbyholm (1611-1661), Deens edelman, bezocht na zijn studie te Sorø (1623-1629) een groot aantal buitenlandse universiteiten, waaronder die van Leiden, Oxford en Parijs; hij kwam in dienst aan het hof als kamerjonker van kroonprins Christiaan († 1647) en werd achtereenvolgens hofmaarschalk, rijksraad en gouverneur van Kopenhagen.
5 Seneca, *De Benef.* I, 3, 1: beneficiis illum tuis cinge.
6 Seneca, *De Benef.* II. 30, 2: quoniam qui libenter beneficium accipit, reddidit.
7 Ondertekening afgesneden en opgeplakt boven aan de brief.

In dorso met andere hand: Mons.^{r} monsieur Grotius Am(bas)sadeur ordinaire de la Co(uronne) de Suède vers Sa maje(s)tées Chrestienne à Paris. Nempe Hugo Grotius.

2662. 1636 juli 6. Aan J. Gersdorff[1].

Nihil tibi praestiti, vir nobilissime, quin amplius deberem, non modo virtutibus tuis summis, sed et communi vinculo literarum atque ipsi adeo humanitati.

Ut tantis tuis praedicationibus non nimium impar sim, optanda mihi uberior materia est, in qua te quanti faciam, uberius eluceat. Unum est, in quo respondere nunc possum, animi benevolentia, de qua sicut tibi plenissime credo, ita mutuum polliceor.

De literis, ubi tempus erit, meminero, ne aut apud Rhaetos aut apud Venetos notore tibi opus sit.

Pacem amicitiamque regnorum, quae sibi ultimus Septentrio seposuit, diu servet arctiusque constringat fautor pacem amantium Deus. Mea si quid eo conferre opera poterit, id semper erit in promptu.

Vale, vir nobilissime.

Tuae nobilitati amicissimus
H. Grotius.

Lutetiae, VI Iulii novi Cal. MDCXXXVI.

2663. 1636 juli 7. Van N. van Reigersberch[2].

Mon frère,

Het subyt vertreck van de keyserschen van voor Luyck, Ian de Waert[3] met den hartoch van Lottringen[4] door Luxemburch, Picolomini[5] met prince Thomas[6] naer Artois, ende met sulcken haest, dat sij, naer men ons segt, de contributiën van eenyge cleyne plaetsen, die gereet waren, niet en hebben verwacht, geeft achterdencken, dat sij dessein hebben van yet notables tegens Vranckerijck te attenteren, off vrese van een grote invasie wt Vranckerijck te lijden. De Brabantsche advisen seggen ons, dat de meeste macht van den cardinael-infante[7] oock naer de Franse frontieren gaet. Den heer van Charnassé[8], die vijff dagen heeft gelegen van een continuele coortse, daer hij nu van is verlaten, heeft voor sijn siecte, ende monsieur Brasset[9] geduyrende deselffde, aengehouden, dat ons leger mede int velt mochte werden gebracht.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 38. Antw. op no. 2661. Gedrukt *Epist.*, p. 244. Voor geadresseerde, Joachim Gersdorff, zie men no. 2661, p. 246 n. 4.
2 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 8 i. Eigenh. oorspr. Tesamen met o.m. nos. 2633 en 2651 beantw. d. no. 2686. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. van Reigersb.*, p. 285.
3 Johan, baron van Werth (1602-1652), veldmaarschalk in dienst van Ferdinand II en van Maximiliaan van Beieren.
4 Karel IV, hertog van Lotharingen.
5 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi, generaal van de cavallerie in dienst van Ferdinand II.
6 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano.
7 Don Fernando; zie IV, p. 412 n. 11.
8 Hercule Girard, baron van Charnacé, ordinarius Frans ambassadeur in Den Haag.
9 Le sieur Jean Brasset, Frans gezantschapssecretaris in Den Haag.

Mijn heer den prins[10] is nu op de been hebbende wel drie weecken ende meer meest het bedde ofte stoel moeten houden. De cappiteynen is aengeseyt haer vaer-

10 Frederik Hendrik.

dych souden houden, de lijste van de wagens gemaeckt ende, soo den viant sijn macht elders meent te wenden, sal dat van hier sonder yet voor te nemen niet aengesien werden.

Wt de zee hooren wij noch geen tijdyngen dat onse buyssen in haer neerynge hinderynge geschiet; de opinie is oock, dat Engelant tot geen executie van placaet commen sal. Thien Engelsche schepen seyt men sijn naer noorden ende hebben eenyge achterdencken, dat sij het ooge hebben op de Oostindische scepen. Wt Westindiën hooren wij niet.

Tsestych duysent pont buspoier met een toorn door een blixem binnen Rijnberck gesprongen hebben veel menschen ende meest de huysen van de stat seer beschadycht.

Den ambassadeur van Venetiën[1] doet instantie den heer van Oosterwijck[2] niet en werde gerappelleert, eer een ander ambassadeur derrewaerts is gesonden.

Wij sijn seer verwondert, daer den wint soo goet is, dat in soo lange geen brieven wt Vranckrijck sijn gecommen.

Ick sal deselffde verwachtende blijven.

UEd. seer dienstwillygen broeder
N. v. Reigersberch.

Desen 7 Iuly 1636.

Adres: Mijnheer (Mijn)heer de Groot, Raet ende Ambassadeur van Sweden.
In dorso schreef Grotius: 7 Iuly 1636 N. Reig.
En boven aan de brief: Rec. 22 Iuly.

2664. 1636 juli 9. Aan G.J. Vossius[3].

Vir praestantissime,

Nunquam tanto tempore literas ab Hollandia esurivi quam nunc. Mensis est et amplius, quod frater[4] mihi scripserat condixisse se ad prandium, cui et tu fores interfuturus: ibi acturum de Anthologia[5], quem librum Morellus[6] sibi tradi velit; ego, si typi sint et inspectores, quales oportet, edi in Hollandia malim. Quia nihil certi intellexi ea de re, - nec mirum, nam literas nec alii acceperunt -, ideo nunc exemplar Graecum latinumque non mitto. Sed ut omni modo juvem eos, qui apud nos literas amant, mitto viri eruditi scriptum[7], qui nomen suum, ut in argumento iis in partibus

1 Francesco Michiel.
2 Willem van Liere, heer van Oosterwijk, gezant van de Republiek in Venetië.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 38. Gedrukt *Epist.*, p. 244. Beantw. d. no. 2860.
4 Willem de Groot.
5 Vgl. VI no. 2407, p. 426 en n. 7 aldaar.
6 Voor de drukker Charles Morel zie no. 2583, p. 134 n. 10.
7 Philolaus (vgl. Vossius' antwoord dd. 30 november 1636, no. 2860), pseudoniem van de astronoom Ismaël Boulliau (1605-1694); het betreft diens *Philolai sive dissertationis de vero systemate mundi libri IV.* Amsterdami, apud G. et J. Blaeu, 1639.

odioso dissimulans, Pythagoricum vetus nomen, ob sententiae communitatem, sibi indidit. Viris istorum peritissimis Hortensio[8] et Blavio[9] judicium permitto, edendum censeant, an remittendum eo, unde venit.

8 Martinus Hortensius - Maarten van den Hove -, wis- en sterrekundige, hoogleraar aan het Athenaeum te Amsterdam, waar ook Vossius doceerde; zie V, p. 251 n. 1.
9 De Amsterdamse uitgever Willem Jansz. Blaeu.

Tibi tuisque omnia opto prosperrima. Idem faceret uxor, ni rus iisset.
Tuus semper
H. Grotius.

Lutetiae, IX Iulii MDCXXXVI.

2665. 1636 juli 10. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

De victoria ultra Ticinum, quam postremis literis[2] nuntiaveram, quae hic ex Crequiaci[3] aliorumque literis minutissima quaeque continentibus in vulgus eduntur[4] mitto. Parcius de rebus illis loquitur Sabaudi legatus[5] et velut aequata clade. Itaque an campis et messe potituri sint Galli, dubitari video. Multa ubique aguntur negligentius quam debeant: unde sunt, qui ad pacem res spectare arbitrantur; crederem et ego, si id cardinalis[6] negotiis expediret.

Dola adhuc defenditur, sed qui e castris scribunt, sperant, ut ad 20 hujus mensis diem cogi possit ad deditionem, postquam per cuniculum lacerata fuerint moenia.

De Tabernis nihildum certi habemus[7], nisi quod dum per conditiones oppidum accipere non vult dux Bernhardus[8], jam multorum praefectorum ipsiusque comitis Iacobi Hanovii[9] morte dispendioque temporis oppugnatio constitit. Etiam ab Oberenhemi obsidione abscedere coactus fuit Manicamus[10] ob adventum aliquot millium Croatarum circa Colmariam. Interim magno cum equitatu ac pedite in Campaniam ingressus hostis Capellam simulque Guisiam obsidet.

Classem Gallicam, quae in Oceano est mercatores ajunt adhuc ad Bellam Insulam haerere, defectam multis rebus necessariis per imperitiam eorum, qui praesunt. At si urbanis rumoribus credimus, jam ante ipsam Portugalliam est.

Zavaskius, Poloniae legatus[11], sine pompa urbem iniit manetque velut latens, donec se suosque Gallico habitu phalerisque ornaverit. Ego ad eum non mittam a D. Camerario[12] monitus spretum quondam ab eo salutationis, quod ipse obtulerat, officium.

1 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 244; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 205.
2 No. 2657.
3 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse strijdkrachten in Noord-Italië.
4 Dit geschrift heb ik niet kunnen vinden.
5 Gezant te Parijs van Vittorio Amedeo, hertog van Savoye, was de markies van San Maurizio; zie no. 2629, p. 199 n. 9.
6 De Richelieu.
7 Vgl. no. 2654, p. 235 n. 2.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
10 Achille de Longueval, baron van Manicamp, gouverneur van Colmar; zie VI no. 2463, p. 506 n. 7.
11 Johan Zawadski.
12 Ludwig Camerarius, ordinarius Zweeds gezant in Den Haag.

Graviter me habet, quod jam per mensem et amplius nullae ex Hollandia ac proinde nec ex Pomerania ad nos venerint literae. Multas etiam meas ad Sprecherum[13], Sprecheri ad me literas in itinere periisse video.

13 Fortunatus Sprecher von Bernegg, Zweeds agent in Graubünden.

Marinus[1] quas scribit mitto. Habet, quod queratur dux Rohanius[2] praesertim amissa nuper per machinarum penuriam bella occasione, sed si verum est agri circum Mediolanum dominos esse Gallos, facile ad eos perrumpet, quaeque deerunt, inde accipiet.

Venit ad me aliquoties Lambermontius[3], militiae Suedicae vetus tribunus, cui cum Smidbergo[4] vetus lis est, quam paratus est ducis Bernhardi arbitrio permittere. Is Lambermontius, si quam operam utilem rebus Suedicis praestare potest, offert sese ac Sublimitati Tuae se commendat.

Hodie ab hac urbe proficisci constituit Hogendorpius[5] retentus diu repetenda, quam Galliae mutuam dederat, pecunia. Sed haec ipse narrabit.

In Transilvaniae motibus multum hic spei ponitur. Literae medio Martii scriptae Vienna urbis ejus custodiam mandatam dicunt archiduci, imperatoris filio[6]. Regis Daniae[7] legatos ab ea aula abiisse satis laetos iis, quae de archiepiscopatu Bremensi impetraverant, darique operam, ut is rex Domui Austriacae devinciatur, quanquam nec desint ii, qui dicant eum arcana ope favere rebus Suedicis. Ducem Wirtembergicum[8] pepigisse cum imperatore[9] retentis rebus suis ac religionis arbitrio, conciliante Saxone[10].

Scribebatur indidem credi ad Osnabrugum esse sex millia peditum caesarianorum: copias Suedicas et sociorum accedere ad VI M peditum, quater M equitum; Saxoni esse VIII M peditum, II M equitum; Maracino[11] VI M; Hazfeldio[12] IX M; Galassio[13] XIV M peditum, VI M equitum; Lotharingo[14] V M peditum; Lamboio[15] ad Hanoviam III M; Piccolominio[16] in Gallico limite VIII M; Iohanni Waertio[17] cum Bavaricis VIII M, apud Prussiam II MD Cozacos. Praeter hos in Silesia Ognati[18] militem ad VII M pervenire. Contra hos Suedicas copias praeter supplementum, quod exspectetur, censeri ad XVIII M, Lunenburgicas[19]

1 Charles Marin (Carlo Marini), Zweeds agent in de Veltlin. Vgl. Grotius' dorsale aantekening op brief no. 2642 van Marini dd. 22 juni.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse strijdkrachten in Graubünden en de Veltlin.
3 Pierre de Lambremont, overste in Zweedse dienst. In 1632 was hij monster-commissaris en ook in 1645 treffen wij hem als zodanig aan.
4 Ludwig von Schmidberg; hij was in 1634 Zweeds gouverneur van Philippsburg.
5 Gijsbrecht van Hogendorp; zie over hem VI no. 2319, p. 287 n. 13.
6 Leopold Wilhelm, aartshertog van Oostenrijk (1614-1662), bisschop van Passau, Straatsburg, Halberstadt, Olmütz en Breslau; hij was de tweede en jongste zoon van keizer Ferdinand II.
7 Christiaan IV; van het gezantschap maakten deel uit Christian von Pentz en Gottlieb von Hagen; zie over Pentz no. 2623, p. 190 n. 3.
8 Eberhard III, hertog van Würtemberg.
9 Keizer Ferdinand II.
10 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
11 Rudolf Marazini, keizerlijk veldmaarschalk.
12 Melchior, graaf von Hatzfeldt und Gleichen.
13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in het leger van de keizer.
14 Karel IV, hertog van Lotharingen.
15 Wilhelm, baron van Lamboy (1600-1656), heer van Welenicz, Cordeshem, Wintershofen, sedert 1634 als generaal in dienst van de keizer.
16 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
17 Johan, baron van Werth, veldmaarschalk in dienst van Maximiliaan van Beieren.
18 Iñigo Veléz de Guevara y Tasis, graaf van Oñate, ordinarius Spaans gezant in Wenen.
19 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg; zie over hem V, p. 412 n. 6.

ad VI M, landgravii Casselensis[1] ad V M, Vinariensis[2] ad decem millia; praeter has esse Galliae aliorumque principum auxilia.

Literae Mediolano scriptae ante proelium ad Ticinum dicunt Corbellonem[3] Mussum tenere et lacum inde usque ad eam partem, unde non longe abest Castellum Fontani insidere navigiis: adversus eum missum trans lacum Salicem[4] tribunum a Rohanio. Germanos, qui nuper Alpes transierant, per Barregium in terras Mediolanenses intrasse. Placentiam rediisse praesidii ejus rectorem Villam[5] et Hispanos a Dertona cis Padum. Timeri, ne Parmensis[6] in suas terras penetret atque inde Laudensi agro et Cremonensi mala adferat. Parum ubique messis esse ob fugam agrestium. Pelicianum ac Solerium non longe ab Alexandria capta a Gallis et foederatis. Irasci Hispanos, quod ab Etrusco[7] missa ex foedere auxilia multum absint a justo numero. Tributa Mediolani intendere volenti praefecto[8] multum contradici. Franciscum Melonem[9] et duos adjutores[10] pacis negotio praepositos esse adhuc in ea urbe profecto[11] Tridentum atque inde in Germaniam Alcala[12].

Intelligo multis Anglorum injuriis ita irritatos fuisse Batavos nostros, ut parum abfuerit, quin in bellum apertum prorumperent. Queruntur proculcari dignitatem reipublicae, hostem inde pecuniae transmissione et commeatu juvari, vim tentari in piscatores, hostilia fieri omnia, nisi quod vis non reponitur. Nec dubium est, quin et quae Danus agit gravissime displiceant Batavis. Cum belli in Hispanum gravi mole impediantur et suis et alienis malis adferre coacti[13] remedia dubium non est, quin id ipsum apud multos desiderabiles indutias faciat.

Deus consiliorum omnium inspector eventuumque moderator, Excellentissime Domine, tum actus aliorum tum praecipue Tuae Sublimitatis ad bonum humani generis et maxime christiani orbis gubernet.

Excellentissimae Sublimitatis Tuae devotissimus cultor
H. Grotius[14].

10 Iulii novi Cal. 1636.

Valedicit jam mihi juvenis princeps Wirtembergicus[15] iturus ad castra principis Condaei[16]. Dux Parmensis Placentiam venit. Mille quingenti milites Rohanio mittuntur. Ad Capellam periculo eximendam retinentur, qui in Italiam ituri fue-

1 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Giovanni, graaf Serbelloni, commandant van de Spaanse strijdkrachten in de Cômasque en aan de grenzen van de Veltlin.
4 Ulysse de Salis-Marschlins; zie over hem VI, p. 72 n. 1.
5 Guido, markgraaf van Villa.
6 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
7 Ferdinando de Medici, groothertog van Toscane.
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganès.
9 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
10 De kanselier van Milaan, don Antonio Ronquillo, en graaf Schinchinelli; vgl. no. 2657, p. 238.
11 De tekst der *Epist.* heeft foutief de lezing 'praefecto'.
12 Fernando Afan de Ribera, hertog van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
13 Dit woord ontbreekt in de tekst der *Epist.*
14 Onderschrift en naam ontbreken in de tekst der *Epist.*
15 Roderich; zie no. 2593, p. 150 n. 8.
16 Henri de Bourbon, prins-van Condé; hij lag met zijn leger voor Dôle.

rant, et nobilitas e Normannia atque aliunde excitatur. Cras solemniter urbem inibit Zavaskius; ad me non misit.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2666. 1636 juli 10. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

't Is een wonder ding, dat wij heele vijf weecken geen brieven uit Hollant en crijgen ende sulcx oock niet uit Pomeren. UE. laeste waeren van den 17 Mey[2]. Nae den ontfang van deselve heb ick alle weeck geschreven ende de laestmael[3] uE. doen weten de tijdingen, die wij doen hadden van de victorie over de Tissin, waervan nu wat soberder werdt gesproocken ende geschreven, ende niet van 't nemen van eenigh geschut, Martin Arragon[4] gequetst, niet doot. Ende off de Fransoisen hierdoor het velt sullen inhouden, werdt getwijffelt, selfs bij den ambassadeur van Savoye[5], die, soo 't schijnt, de groote eer, die hem de Fransoisen willen geven, over dit stuk niet en soeckt.

Den hertogh van Rohan[6] heeft geen geschut. Evenwel meenen eenigen, dat hij sal soecken in 't Milanees te passeren door Berzamo.

Hertogh Bernhard[7] heeft sijn vinger ende graef Jacob van Hanouw[8] sijn leven verloren in de assauten op Elsas Zabern ende noch sijn wij niet verseeckert van 't veroveren[9]. 't Schijnt hertogh Bernhard de stadt niet en heeft willen hebben als op discretie, 't welck veel tijds ende het bloed van eenige oversten ende drie hondert soldaten heeft gecost.

Mijnheer den prins van Condé[10] doet een mijne prepareren om te doen springen ende dan het assaut te doen op Dolen. Die uit sijn leger schrijven, geven hoop van tegen den twintichste de stadt te becomen, 't welck God geve. De Switsers doen voor de Fransche Comté niet anders dan dat sij bij den coning[11] ende bij den prins daervoor spreecken, hoewel eenige cantons wel verder soude[n] willen gaen. Sed rara inter illos concordia[12].

Den vijant is middelertijdt in Champagne gevallen, tast Chapelle ende Guise aen. Galas[13] maect groot amas tot Spier ende vier duisent Croaten sijn in de Elsas

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 2 i. Eigenh. oorspr. Tesamen met no. 2677 beantw. d. no. 2697.
2 Ontbreekt.
3 No. 2659 dd. 4 juli.
4 Don Martino d'Arragona; zie no. 2654, p. 235 n. 5.
5 De markies van San Maurizio; zie no. 2629, p. 199 n. 9.
6 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse strijdkrachten in Graubünden en de Veltlin.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
9 Zie no. 2654, p. 235 n. 2.
10 Henri de Bourbon, prins van Condé.
11 Lodewijk XIII van Frankrijk; vgl. no. 2657, p. 237 en nn. 11 en 12 aldaar.
12 Vgl. Juvenalis, *Sat.* X, 297: - - -; rara est adeo concordia formae atque pudicitiae.
13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in het leger van Ferdinand II.

ontrent Colmar, waerover 't belegh van Oberhenheim bij Manicamp, gouverneur van Colmar[1], is verlaten.

De vloot van Vrancrijck, soo ons de coopluyden seggen, is noch voor Belle Isle met gebreck van veele noodicheden; soo 't geruchte hier loopt, is die al op de custen van Portugael.

Den man van den Rijs[2] Alcaizeert[3] noch hier. Thucydides[4] is niet heel vast aen[5] Vindex[6]. Sua quisque agit.

De Engelschen vorderen hier niet. Den Poolsche Savasky[7] is als incognito in de stadt gecomen ende doet hemselve ende de zijnen in 't Fransch cleden.

Let eens, off men de wegh over de Leli[8] soude connen nemen in 't bestellen van de brieven. Ick en weet niet wel, off het gebreck is te Calis[9] oft hier[10].

Tot Parijs, den 10 July 1636.

Mijne gebiedenis aen Fabius[11], Caesar[12] ende alle vrunden.

De hertogh van Parma[13] is nae Plaisance gepasseert; duysent vijf hondert man gaen nae den hertogh van Rohan. Veel andere soldaten, dye nae Italië waeren gedestineert, ende den ban van Normandye gaet om Capelle [te] ontsetten ende Champagne te defenderen.

De ambassadeurs van Denemarcken[14] zijn wel tevrede van Wenen gegaen hebbende contentement ontfangen over het stift Bremen.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raide in Hollant. In Den Hage.

In dorso schreef Van Reigersberch: broeder de Groot, den X luly 1636 wt Paris.

1 Achille de Longueval, heer, baron en later graaf van Manicamp, heer van Feurdrain.
2 Giorgio Bolognetti, nuntius van Urbanus VIII te Parijs. Rijs is een schuilnaam voor de paus; Van Reigersberch heeft er ‘nuncius’ boven geschreven.
3 Alcaeus is een gebruikelijk codewoord voor bestand.
4 Schuilnaam voor de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna; Van Reigersberch heeft erboven geschreven ‘Cancelier’.
5 De woorden ‘niet ... aen’ staan in cijfer: 31.8.33.68. 57.33.217.60. 81.70.103. 98.62.265. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
6 Codenaam voor Frankrijk.
7 Johan Zawadski.
8 De woorden ‘de Leli’ staan in de tekst in cijfer: 189. 45.72.7.37. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven. Lelie is een codenaam voor Engeland.
9 De woorden ‘te Calis’ staan in cijfer: 68.72. 12.49.60.33.67. met de ontcijfering door Van Reigersberch erboven geschreven.
10 In de tekst in cijfer: 57.55.52.66.234.265.1006. Van Reigersberch heeft ‘hier’ geschreven boven de cijfers 57.55.52.66. en boven 234 nog het woord ‘den’. Ik vermoed echter, dat Grotius dit cijfer als een nihil significans gebruikt heeft evenals 265 en 1006.
11 Schuilnaam voor Simon van Beaumont, Grotius' opvolger in het ambt van pensionaris van Rotterdam.
12 Codenaam voor Rotterdam.
13 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
14 Vgl. nos. 2623 en 2665.

2667. 1636 juli 10. Aan P. Schmalz[1].

Nobilissime Domine,

Publica videbis es meis ad M. cancellarium literis[2].
Dus Bernhardus[3] privata quadam offensione in praefectum Tabernarum Alsaticarum[4] commotus, cum benignis conditionibus recipere oppidum nollet, inter oppugnandum digitum unum amisit et comitem Iacobum Hanovium[5] aliosque primores.

Praelii ad Ticinum famam video imminui. Machinas captas negatur. Martinus Arrago[6], qui occisus scribebatur, tantum est vulneratus. Quae ea de re evulgantur[7] mitto cum literis ad D. cancellarium. Mea, filiumque[8] tuae commendo benignitati.

Nescio, quid inter Hollandiam Galliamque intervenerit; nullas accipimus literas neque ego neque alii jam ferme sesquimensi: quas a te postremas accepi, erant jam datae XXIX Aprilis ex veteri Calendario. Interim de itinere magni cancellarii in Suediam, de novis supplementis ex Suedia, de adversis nostris, quae hostes nunciant, de landgravii[9] constantia, de Luneburgici[10] conciliis, nihil habeo, quod sciscitantibus respondeam. Spero his incommodis aliquod fore remedium.

Vale quam optime.

Tuae Nobilitatis amantissimus
H. Grotius.

X Iulii novi Cal. MDCXXXVI.

2668. 1636 juli 13. Van Ch. Marini[11].

Monsieur,

En contre-échange de la vostre du 29 de Juin st. n.[12] ie vous envoye celle de mon.^{r} le gran chancelier[13] laquelle après avoir leue il vous plairra envoyer par promte addresse.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 39. Gedrukt *Epist.*, p. 245; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. IV, p. 579. Geadresseerde, Peter Abel Schmalz, was secretaris van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
2 No. 2665.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 De kolonel Georg Friedrich von Mülheim.
5 Jakob, graaf van Hanau-Münzerberg.
6 Don Martino d'Arragona; zie no. 2654, p. 235 n. 5.
7 Zie no. 2665, p. 249 n. 4.
8 Grotius had zijn oudste zoon Cornelis naar Duitsland gezonden o.m. om er de Zweedse rijkskanselier te ontmoeten.
9 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
10 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg; zie V, p. 412 n. 6.
11 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2648; tesamen met no. 2679 beantw. d. no. 2713. Betreffende Charles Marin(i) zie V, p. 436 n. 4.
12 No. 2648.
13 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

On n'envoye pas encor de l'argent a mon.r le duc[14], cujus exemplum me

14 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse strijdkrachten in Graubünden en de Veltlin.

solatur quod socios miseriae habeam meae, qua mors aequalitas: haec multum diversa sit, et dux, satis unde vivat habeat.

Je suis las de solliciter tant de fois pour mon gage, il faut nécessairement que ie face un voyage en Poméranie, puisqu'on estime si peu mon service que ie continueray tant que ie seray en charge.

Si le roy de France[1] n'envoye d'autres moyens pour la guerre en Italie à gran peine pourront-ils conquérir le Milanois moins le conserver.

Speremus meliora et feramus quaecunque evenerint.

Je demeure, monsieur,

Vostre serviteur très humble

C. Marini.

De Chiavenne, ce 3/13 de Juillet 1636.

Le cousin de ma femme[2] appellé Nicolo Paravicin de Capelli[3] s'en va de Genève à Paris, s'il vous vient voir ie vous prie de luy faire buon accueil pour amour de moy. C'est un gentilhomme riche et d'une ancienne maison.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Conse[i]lleur de la Couronne de Suède et son Amb.[eur] à Paris.

Citò.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 12 Augusti.

In dorso: 3/13 Iuly 1636 Marin.

Onderaan de brief staat: Mon.[r] Grotius.

In dorso (met andere hand): Six sols.

2669. [1636] juli 14. Aan Ch. Marini[4].

Monsieur,

Celle-cy servira principalement pour vous advertir que voz lettres à, monsieur le grand chancelier[5] et à monsieur Camerarius[6] lesquelles m'envoyastes avecq celle que vous a pleu m'escrire le 12/22 de Juyn[7] ont esté bien addressées, en quoy les vents nous ont esté si favorables qu'ils nous ont esté contraires depuis plusieurs sepmaines pour recevoir des nouvelles d'Hollande ou Poméraine.

D'icy ie vous voudrois pouvoir donner des meilleures que l'incertitude dans laquelle nous sommes pour Saverne, l'opiniastreté de ceux de Dolen, la prise de la Capelle et le siège de Guise par les Espagnols. Toutefois comme souventesfois le mal donne

1 Lodewijk XIII.
2 Alessandra Paravicini Capelli.
3 Nicolo Paravicini Capelli; niet nader geïdentificeerd.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2. p. 39. Antw. op no. 2642. Tesamen met no. 2652 beantw. d. no. 2696. Over Marini zie V, p. 436 n. 4.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Ludwig Camerarius, Zweeds gezant in Den Haag.
7 No. 2642.

occasion au bien, nous voulons espérer que le danger s'approchant les fautes commises cy-devant se reculeront; et que ceux qui gouvernent donneront

aux chefs des armées tels pouvoirs que la guerre requiert et des moyens nécessaires pour agir; que ceux qui maniront (?) les finances auront soing que ces sommes immenses d'argent qui se lèvent par toute la France soyent employés utilement; que les chefs et ceux qui soubs eux commendent aux armes feront que le nombre des soldats ne soit pas trop esloigné de celuy des villes et que les gouvernaments des villes et places seront mis entre les mains des gens cogneus de courage, conduicte et expérience. Nous devons aussy espérer la concorde et constance des alliés du roy[1] en Italie, afin que la belle victoire acquise de là le Tisein puisse estre suivie par les effects remarquables. Outre la plaincte que ie vous ay faict des vents, il y a encores une autre à sçavoir qu'ils empeschent que l'armée navale du roy ne soit sur les costes d'Espagne où elle est fort redoubtée.

Monsieur, ie demeure
vostre serviteur très humble.

Le 14 Juillet nov. styl.

2670. 1636 juli 14. Van Rijngraaf Otto[2].

Unsern günstfreundlichen gruss in allem geneigten Willen zuvor Edler, Vester Insonderss geliebter Herr unndt Freundt,

Desselben Schreiben vom 14/24^{e} verwiechenen Monats[3] haben wir zu recht empfangen, erbrochen unnd verlesen, aber dasjenige von des Herrn ReichsCantzlers Excell: unndt Leg.[4] dessen der Herr Ambassadeur meldung gethan, darinnen nit gefunden, also darvor gehalten, dass solches wegen vielheit der geschriften darauso verplieben. Bedancken unnss der sorgfaltigen bemühung, so der Herr Ambassador auf sich nehmen wollen, desgleichen der nochmaln gethann guten Offerten, den effect wir biss dahero in viel weg verspüret. Unnd vernehmen nochmaln erfreirlich, daas derselbe unserm Agenten[5] so gute befürdersame addresse gethan. Haben gleich wohl von ihm, seit wir von Vezelize aufgebrochen, keine nachricht noch einig schreiben erhalten. Deswegen wir dem Herrn Ambassadeur unnd Ih ... Betzen unter dato des 18 Jun: von hieraus zugeschrieben. Sei(...) mahlen unnss dann nicht wenig verl(an)gen, eingang berürtes von des Herrn ReichsCantzlers Excell: unndt Leg. an unnss haltend es schreiben zu überkommen.

Allss haben wir beij dieser guten occasion - nachdem Monsieur de Rosières[6] zu überpringung eigentlicher relation wegen nunmehr mit denen belägerten getroffenen Accords an den Königl. Hoff abgefertiget worden - nicht umbgehen mögen, den Herrn Ambassadeurn angelegenlich zu ersuchen, Er wolle unnss selbiges in einem vertrawten pacquet mitt nechstem ohnschwerth zue schicken unndt, weiln wir versichert dass seine authorität zue expedirung unserer sachen sehr viel zuthun

1 Lodewijk XIII van Frankrijk.
2 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 18. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2684. Betreffende de schrijver zie V, p. 405 n. 3.
3 Niet meer aanwezig.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Friedrich Betz.
6 Le sieur de Rosières was een neef van Manasse de Pas, markies van Feuquières; hij werd op diens voordracht in 1636 gouverneur van Vic.

vermag, unnss ferner beijhülfen erscheinen, unnd unssen Agenten so gute befürderung thunn, damit desselbe paldt mitt erwünschter expedition - daruf beij ietzigen necessitäten unser Hofnung stehet - zurück kommen mögen.

Das wollen wir mit allem danck auf iede begebenheit zu beschulden ohnvergessen sein, verpleibend nechst Göttlicher empfhelung.

Des Herrn Ambassadeurs dienstwilliger
Otto wildt unndt Reinngraff.

Datum vor Zabern den 4/14 Jul. 1636.

Boven aan de brief: re. 22 Iulet n. st.

2671. 1636 [juli, tussen 17 en 24]. Aan G.J. Peblicz[1].

Monsieur,

Il y a deux iours que i'ay receu la vostre du 23^{e} de Juin[2] et addressé la vostre enclose à monsieur le grand chancelier[3] par voye seure, comme i'ay faict aussi des précédentes et feray de celles qu'il vous plaira m'envoyer. Ie ne doute poinct que monsieur le chancelier n'estime ce que vous lui escrivez, comme plein de prudence et affection à la cause commune.

Les advis que nous recevons nous disent que touts les électeurs se préparent pour aller à Ratisbone, mais que celuy de Bavière[4] veut premièrement estre asseuré d'estre conservé en ce qu'il tient.

Contre la mauvaise nouvelle de la perte de Capelle nous avons la délivrance de Hanau: et attendons les prinses de Zavern et Dolen, puisque de l'une et de l'autre on est venu presque dans le ramparts.

Je ne sçay pas si messieurs les Suisses voudront accepter la condition qu'on nous dict que la France offre, de laisser Dolen et toute la Franche-Comté entre leurs mains, se rendants caution pour la neutralité.

On se prépare icy puissamment pour la défence de la Picardie et de la Champagne, comme aussy de la Provence, où les ennemis veulent faire ou on[t] fait quelque descense.

De Poméranie nous n'avons pas eu des nouvelles depuis quelque temps comme aussi rien ne nous est venu d'Hollande, l'un et l'autre à cause que les vents contraires tiennent la mer. Mais nous sçavons que VIII^{m} gens nouveaux de Suède sont venu pour maintenir la réputation de la couronne et les amys dans l'Allemagne.

Dieu nous donne des bons succès pour pervenir à une paix juste et durable et vous conserve, monsieur, longtemps en prospérité.

Vostre très humble serviteur.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 42. Georg Johann Peblicz was officier in Zweedse dienst; zie VI no. 2323, p. 298 n. 3.
2 Ontbreekt.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Maximiliaan I, hertog en keurvorst van Beieren; voor de namen der overige keurvorsten zie VI no. 2382, p. 381 n. 13.

2672. 1636 juli 17. Van Bernhard van Saksen-Weimar[1].

Edeler insonder vill geliebter und und sehr geëhrter Herr abgesanter,

Ich zweifele nicht, der Herr werde verstanden haben, wie ich durch Gottes genaht eine gelückliche entreprise auf die citadell alhir zu Zabern vollendet und dan darauf darauf folgent die Stad zu belageren angefangen, und ich dan nicht umbgehen wollen mein. Herrn freundlichen Worte zu berichten, wie selbige belegerung sich gestern so gantz gelücklichen geëndt; und die Stad mitt accort sich ergeben müssen, ohn angesehen generall-leuda.pt Gallas[2] nuhr 3 marcken hirvon mitt seiner arme[e] gelegen, weilen mit dem bewusst (?), das mein H[er]r sollges . s .. hue wird beleben lassen, gerne zu vernehmen, als habe ich ihme solges fr[eundlichen] communiciren wollen.

Verhoffe, das aus diesem gelück noch ein grösseres erfolgen soll, weilen gottlob die Ernde alhir im land sonderlich umb Benfelt und Obern Elsas z .... eingebracht (?) und also d. s mittlen haben wird für die armeen (?) zu leben und damitt nutzlichen zu agiren.

So ich mein H[e]r[r] nehben empfelung Gottes genaden Schutz nuhr (?) verhalten wollen und bin alle Zeitt m. Herren gantz dinstwilliger

Bernhard S.W.

Elsas Zabern
den 7 Julij 1636.

Adres: Dem Edlen Vesten unserm lieben besondern Herrn Johann *(sic)* Grotio, der königl. M.[t] und Cron Schweden Rath und Ambassador am königl. Hoff zu Parisz.

Bovenaan de brief schreef Grotius: rec. 22 Iul. n. st.
en 6/16 Iuly Sau ...
En in dorso: 7 Iuly 1636 H. Bernhard.

2673. 1636 juli 17. Aan F. Sprecher[3].

Nobilissime Domine,

Miror, quid literis nostrum utriusque evenerit. Quinque sunt menses, ut ais, quod a me nullas recepisti. Ego hoc anno abs te accepi scriptas III Martii nov. Cal. deinde datas VI Maii; praeterea has nunc ultimas diem ferentes II Iulii. Respondi omnibus; scripsi et non interpellatus, nempe XXX Ianuarii novi Cal.[4], primo die Aprilis[5], XVII Maii[6]: quarum literarum exempla penes me sunt. Curavi autem

1 Hs. Den Haag, Bibl. Vredespal. MS 8. Eigenh. oorspr. Moeilijk leesbaar. Beantw. d. no. 2680.
2 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 41; de copie bevat enige schrijffouten. Gedrukt *Epist.*, p. 245. Betreffende geadresseerde, Fortunatus Sprecher von Bernegg, zie IV, p. 138 n. 9. De brieven van Sprecher aan Grotius zijn verloren gegaan.
4 Van 30 januari is er geen brief, ook niet in copie; wel van 29 januari: no. 2455 (dl. VI), doch dat is een antwoord op een schrijven van Sprecher.
5 No. 2533.
6 No. 2605 dd. 17/27 mei.

modo per Genevam Relingeri[1] opera usus, modo per Rohanii[2] hic domesticos, semel etiam per Anglum legatum[3], qui ad suum in Helvetia missurum se dixerat. Marino[4] itidem scripsi diligenter, quoties literas ejus acceperam.

Noli credere quicquam unquam a quoquam mihi dictum, quo tibi obtrectaretur. Et si esset, ego non crederem gnarus, si quis alius, virtutis tuae et ejus, quam secutus es, religionis semper studiosissimum, cum ipsorum consilia non semper cum tuis congruant, noli mirari, si literas aut ad te aut tuas intercipiunt ac detinent. Sed haec frequentia nunc sunt terra marique pericula, queis viri boni terreri non debent, quo minus honestissima cogitata, quibus offendi nemo potest, nisi qui de se male sentiat, inter se communicent. Tuae mihi literae, tua manus, tua verba, tui sensus et sunt et fuerunt et erunt semper gratissima. Neque a tuis sententiis super communi bono ulla in re discrepo. Et quae abs te accepi, eorum participem semper feci faciamque M.D. cancellarium[5] cum tuae constantiae summaeque probitatis, ut debeo, testimonio. Nec dubito, quin is te ob tua merita ac meo etiam, si quid id potest, elogio plurimi faciat.

Haud dubie duci Rohanio ad omnes occasiones intento per illud, quod accepimus, ultra Ticinum flumen praelium via struitur, ut se cum suis popularibus ac sociis in agro Mediolanensi conjungat. Video ex literis Mediolano scriptis multum ibi trepidari, portas lapidibus obstrui, agrestium ingentem fieri fugam.

De rege Hungariae[6], quin rex Romanorum sit futurus, non dubito. Angli trahi se patiuntur, interim labitur tempus. Bavarus[7] res suas firmat: committuntur mira Hispanorum arte ac felicitate cum Batavis Angli, dum hi piscatum impediunt Batavis, Flandris pecuniam ac militem transvehunt.

Hanovia obsidio liberata est a Suedis nostris: Lamboiae[8] nihil minus exspectanti ademta castra, caesus eques, deinde et pedes ipse cum mille suorum Steinheimii, quo profugerat, obsidetur machinisque impetitur. Et credo jam ipsa et id castellum et ingens frumenti, quae ibi erat, copia in potestatem devenerit. Dola et Tabernae Alsaticae oppugnantur ac defenduntur. Capellam intra Galliae fines cepit exercitus sub principe Thoma[9] ex Belgio satis magnus: non sine mala fama praefecti[10] ut ignavi, quanquam ipse culpam rejicit in eos, qui necessaria ei saepe postulanti subministrare debuerant. Spero hoc periculum, quod Galliam jam ipsam aggreditur, excitaturum animos procerum, ut multis et magnis hactenus peccatis medeantur. Nihil magis opto quam saepe abs te, cujus et fidem et judi-

1 Marx Konrad von Rehlingen, luitenant-kolonel in Zweedse dienst († 1644), kanselier van Bernhard van Saksen-Weimar.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin. Met de ‘domesticus’ zal bedoeld zijn Benjamin Prioleau; zie over hem no. 2574, p. 121 n. 1.
3 John Scudamore.
4 Carlo Marini (Charles Marin); zie V, p. 436 n. 4.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II; in december 1636 werd hij tot Rooms koning gekroond.
7 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.
8 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
9 Tommaso van Savoye, prins van Carignano.
10 Gouverneur van La Capelle was René, baron Du Bec-Crespin, markies van Vardes. Hij werd veroordeeld te worden gevierendeeld en vond een verdediger in Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette, hetgeen laatstgenoemde een laaiende woede van De Richelieu bezorgde.

cium plurimi facio, edoceri de his, quae ibi aguntur ac judicantur, paratus vicem reponere.

Vale, vir nobilissime, amice optime.

Lutetiae, XVII Iulii novi Cal. MDCXXXVI.

Venti nobis literas et ab Hollandia et a Pomerania pridem est, quod invident. Illud scimus VIII m et amplius ex Suedia recens in Germaniam venisse. Habemus exercitus in Brandenburgico, in Westphalia, ubi Minda capta Osnabrugum obsidioni exemimus, et nunc ad Moenum egregios. Magdenburgum bene defenditur. Doleo in oppugnatione Tabernarum periisse nobis comitem Iacobum Hanovium[1] et tribunum Heibrunnium Scotum[2], viros egregios.

2674. 1636 juli 18. Aan L. Camerarius[3].

Illustrissime Domine,

Post victoriam ad Ticinum, quae Mediolanenses valde exterruit, exhilarat nos Hanovia obsidioni plane exemta, ut nos literae XXVI Iunii Francofurto datae docent. Laus operis landgravio Wilhelmo[4] asscribitur, quem adfuisse, quanquam affirmantibus literis, multi non credunt, sed a Leslaeo[5] et Melandro[6] rem peractam. Lambojum[7] deceperant et Wolfii[8], qui Darmstadiensi[9] inservit, literae vanum de adventu hostili rumorem dicentis et exploratores Lamboji ipsius capti a nostris et cum falsis nuntiis, quos se perlaturos juraverant, reversi, qui triduo non posse hostem adesse ei persuaserant. Interea magna auxilia exspectabat; improviso superventu exutus est castris, ipse equitatu primum disjecto, peditatu pugna acri superato cum suorum mille Steinhemum profugus, ubi machinis oppugnatur et, credo, jam coactus est se locumque dedere cum II m saccis farinae Maguntiacum destinatae.

Hanoviae de necessariis omnibus abunde provisum. Dola adhuc obsidetur. Venere in comitatum Burgundiae Croati et cohors Germanorum caesariana[10]. Poloni caesariani, qui itidem ex Luxemburgico veniebant[11], in agrum Bipontinum incubuere.

Tabernarum suburbia tenet dux Vinariensis[12] et in valli, quo oppidum cingitur ruinis, militem locavit. Eo capto restat urbs vetus et arx infirma opere, fossae expers.

1 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
2 John Hepburn; zie over hem no. 2620, p. 185 n. 1.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2. p. 40. Gedrukt *Epist.*, p. 247. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius Zweeds gezant in Den Haag.
4 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
5 Alexander Leslie, later graaf van Leven; zie V, p. 420 n. 2.
6 Peter Melander, graaf van Holzapfel; zie no. 2553, p. 90 n. 11.
7 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
8 Dr. Antonius Wolf.
9 Georg, landgraaf van Hessen-Darmstadt.
10 De troepen van keizer Ferdinand II.
11 Dit woord ontbreekt in de tekst der *Epist.*
12 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

Scribuntur nostrae Hassicaeque copiae ad Moenum, quem ponte junxerunt, esse ad MD loricatos, III ^{m} levius armatos equites, draconarios MD, carabinos III ^{m}, VII ^{m} peditum, VII machinas majores, minores XII cum mortariis, quae vocant, nonnullis.

Post captam Capellam in illa regione nihil promovit[1] hostis validioribus circum praesidiis quam ut facile tententur. Praefectus Capellae qui fuit[2], reus fit ignaviae. Mittitur in eas partes Bressaeus[3] cum milite et excitatur e Normannia locisque aliis nobilitas acrius in comuni ac propinquo periculo pugnatura. Ac spes est penetrantis mali sensum causam fore, ut multa segnius curata antehac emendentur. Illud valde mihi dolet, quod Tabernarum oppugnatio post Iacobum comitem Hanoviensem[4] etiam tribuni Heibrunni[5] morte nobis constitit.

Caletenses naves quatuor Angli captivas abduxere, ut damnum[6] suarum, quas Galli partim in Flandriam, partim in Hispaniam euntes in praeda habuerunt, resarcirent.

Haec nos hactenus, vestris quae gerantur in partibus, dudum est, quod nobis notitiam invident venti[7]. Avebo cum bonis publicis tum quoque privata cognoscere.

Lutetiae, XVIII Iulii novi Cal. MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

2675. 1636 juli 18. Aan Christina van Zweden[8].

Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima,

Post illum de victoria ad Ticinum amnem, de quo scripsi[9], alium quoque nuntium non minus laetum Francofurti literis accepimus 13/23 Iunii[10] Majestatis Tuae copias ita improvisas Lamboio[11] Hanoviam obsidenti supervenisse, ut castra ejus ceperint incenderintque, equitatum disjecerint et post pugnam acrem etiam peditatum. Ipsum Lamboium cum suorum mille Steinheimum se recepisse. Ibi a nostris premi machinarum incussu spemque esse, ut jam jam locus ille et dux ipse et ingens frumenti vis alendo Maguntiaco comparata in manus nostrorum veniat; Hanoviam non tantum a penuria rerum, quibus carebat, sed et a metu liberatam.

1 De tekst der *Epist.* heeft m.i. ten onrechte ‘promovet’.
2 René, baron Du Bec-Crespin; zie no. 2673, p. 259 n. 10.
3 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
4 Jakob, graaf van Hanau-Münzenberg.
5 John Hepburn; zie no. 2620, p. 185 n. 1.
6 De copie in Den Haag heeft abusievelijk de lezing ‘demum’.
7 Dit woord ontbreekt in de copie te Den Haag.
8 Gedrukt *Epist.*, p. 247.
9 No. 2655 dd. 4 juli.
10 No. 2674 aan Camerarius vermeldt als datum in de copie te Den Haag XXIV juni, in de uitgave der *Epist.* 26 juni; no. 2676 aan Oxenstierna geeft in de *Oxenst. Skrifter* 24 juni, in de *Epist.* 22 juni. Ik geef de voorkeur aan 24 juni, te meer, daar no. 2677 aan Nicolaes van Reigersberch ook die datum noemt.
11 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.

Tabernarum Alsaticarum suburbana jam tenens dux Vinariensis Bernhardus[1], urbem oppugnaverat collocaveratque suos in ipsis valli terrei, quo oppidum defenditur, ruinis. In Dolam aditus cuniculus speratur.

Hostilis ex Belgico exercitus capto Galliae oppido Capella partim vicinis locis obhaeret, partim Barrum Lotharingiae finitimum petiit.

Excitati tam propinquo periculo Galli intentiores spero posthac erunt in res suas, quae ad res communes multum trahunt momenti.

Novit Deus etiam mala - quale quod et de descensu hostium apud Narbonem susurratur - in bonum vertere: cujus paternae tutelae, Serenissima ac Potentissima Regina, Domina Clementissima, Tuam Majestatem resque ejus commendo.

Lutetiae, 8/18 Iulii 1636.

2676. 1636 juli 18. Aan A. Oxenstierna[2].

Excellentissime Domine,

Habebunt hae literae, ut solent res humanae, laeta, tristia, media.

Multum hanc civitatem terruit nuncius irruptionis hostilis in Tirasciam, Galliae regionem Campaniae proximam, et Capellae quintum intra diem captae. Praefectus[3], quod unius tantum hominis damno tam brevi oppidum dediderit[4], reus captusque huc adducitur: ei nomen est baroni Dubeo. Rex[5] ipse ad urbem venit sui conspectu populum confirmaturus. Ex eo fama est hostiles copias bipartito divisas: partem ivisse Barrum versus ducatus alterius ad Lotharingum[6] quondam pertinentis caput, a cujus praefecto[7] trepidae huc venerunt literae. Pars, quae substiterat, dicitur se apud Guisiam ac Sancto-Quintinum ostentare, quae oppida multo praesidio firmata sunt. Et nobilitas ex Nortmannia aliisque provinciis procedit, alacrior quam ante, quandoquidem ab ipsa Gallia depellendum periculum est. Et spes est metum magistrum fore ad corrigenda multa, quae hactenus circa imperia, pecuniam, milites peccata sunt[8].

Dola etiamnum se pertinaciter defendit oppugnandi artium non aeque ut pugnandi peritis Gallis. Quid, quod nec Tabernae capi hactenus potuere[9]. Secundo Iulii die, quo[10] scriptas in castris a Thuano[11] literas habemus[12], dux Bernhardus[13] in suburbiis militem locaverat: urbem iterum oppugnaverat, nova quae

1 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
2 Hs. Stockholm, RA. Eigenh. oorspr. Gedrukt *Epist.*, p. 246; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 208; *Marb. Beiträge* V, p. 30.
3 René, baron Du Bec-Crespin; zie no. 2673, p. 259 n. 10.
4 De uitgave der *Epist.* heeft 'tradiderit'.
5 Lodewijk XIII van Frankrijk.
6 Karel IV, hertog van Lotharingen.
7 Tegen het eind van augustus 1633 was door de Franse koning tot gouverneur royal de Bar et du Barrois benoemd Jean Vieilchastel, seigneur de Montalant; het schijnt, dat Montalant in functie is gebleven zeker tot aan het verdrag van Saint-Germain-en-Laye op 29 maart 1641.
8 De woorden 'Et nobilitas ... peccata sunt' ontbreken in de editie der *Epist.*
9 Vgl. no. 2654, p. 235 n. 2.
10 De editie der *Epist.* heeft 'per'.
11 François Auguste de Thou; zie no. 2623, p. 192 n. 1.
12 De editie der *Epist.* heeft 'hactenus'.
13 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

dicitur, ita improspere, ut Gallorum prope centum vulnerati aut interfecti sint. Minori damno moenium ruinas insederat eo ipso, quo literae scriptae sunt, die credebaturque hostis aut omissurus defensionem urbis novae aut eam etiam incensurus, ut urbem veterem defendat arcemque parum validam muro infirmo, sine fossa. Videntur defensores obdurati spe aliqua auxilii, quod tamen nondum apparet.

Qui ex Luxemburgo venerant Croati, cum Germanorum una cohorte in comitatum Burgundiae pervenerunt: Poloni caesariani[1] in Bipontinum agrum irati ob aera non soluta usque adeo, ut aut abire militia aut transgredi Rhenum minentur, quibus ad obsequium reducendis incumbit Gallasius[2].

Apud Narbonem XX M hostium exscensum venisse rumor est, timidis creditus, quod si verum esset, non careret res periculo, accedente maxime per Languedociam et Sanctones agrestium tumultu, ordinato militiae in morem.

Ex Italia post victoriam ultra Ticinum - non tanti usus quanti initio sperabatur - nihil magni, nisi quod gravis Parmensis[3] cum Sabaudo[4] nuper contentio, ac pontificis[5] auctoritas multos cogunt metuere, ne Parmensis se bello subducat contentus sua servare. Et Sabaudus Crequiaco[6] discors manet, neque dubitant asserere, qui ista introspiciunt, ex isto proelio nihil aliud Sabaudum quam interitum Crequiaci sperasse retenturumque fuisse omnes, quae cis Ticinum erant, copias, sed Gallorum, qui apud eum erant, multitudine proprioque periculo coactum, ut opem ferri laborantibus sociis pateretur.

Recreat nos Hanovia plane exemta obsidioni, id enim literae a Francofurto 24[7] Iunii et huc et in Valettae[8] castra missae nunciant. Pridie, ut scribitur, nostri oppidum ingressi intulerant necessaria. Incenderant castra caesaris[9] decepto a suis ipsius exploratoribus Lamboio[10], quos captos jurejurandoque devinctos, ut triduo adesse hostem non posse renuntiarent, nostri remiserant. Antequam struere aciem, disponere machinas posset Lamboius, subito nostrorum impetu equitatus ejus disjectus est, deinde et peditatus, acri quanquam pugna tutatus se aliquamdiu. Ipse Lamboius cum suorum mille Steinheimum profugus ibi machinarum verberatu oppugnabatur, quod ubi captum erit, sicut jam esse creditur, venient in manus nostrorum II M saccorum farinae destinata Maguntiacum. Nescio, an credi debeat, quod additur, adfuisse operi ipsum landgravium Guilielmum[11]; facilius de Leslaeo[12] Melandroque[13] crediderim. Copiae eorum esse scribuntur MD loricati equites, levius armati III M, draconarii MD, carabini III M, VII M pedites, VIII tormenta majora, minora XII, mortaria, quae vocant, quatuor. Non

1 Dienende in het leger van keizer Ferdinand II.
2 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in het keizerlijke leger.
3 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
4 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
5 Urbanus VIII.
6 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse troepen in Noord-Italië.
7 De tekst der *Epist.* heeft '22'; vgl. no. 2575, p. 261 n. 10.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Van Ferdinand II.
10 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
11 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
12 Alexander Leslie, later graaf van Leven; zie V, p. 420 n. 2.
13 Peter Melander, graaf van Holzapfel; zie no. 2553, p. 90 n. 11.

multo antequam haec fierent, Wolfius[1], Darmstadiensis landgravii[2] cancellarius, scripserat nugas esse, quae de adventu hostium nuntiabantur, et ipse Lamboius scripsit ad Francofurtenses magistratus literas venire sibi auxilio XXX M.

Capella amissa dissidium jecit inter Noyerium, novum status secretarium[3], et pecuniae arbitrum Bulionium[4], dum ille hunc a se ter monitum ait de rebus necessariis, quae Capellae deerant, hic pernegat.

Cardinalem Richeliacum non parum hoc damno exterritum erexit marescallus Lafortius[5] parata remedia monstrans, sed ejusdem marescalli filius, marchio[6], iturum se ad limitem negat, nisi bene sibi suisque prospiciatur, si non de stipendio - miles omnes hoc anno unum duntaxat menstruum habuit -, certe de pane, qui nuper ipsis defuisset.

A Vienna sexto Iunii scriptae literae negant pestem esse Ratisbonae: ire eo principes ac civitatum legatos. Primum negotium fore de pacandis Suedis, alterum de Palatinatu. Regem Poloniae[7] adjutorem esse Ognato[8] ad conscribenda IV M per Silesiam; eundem regem favere Ragoskio[9] atque inde in odio esse, apud Budae passam[10]. Nihilominus credi ejus regis cum Palatina matrimonium[11]; fratrem ejus Casimirum[12] liberari velle caesaris militia, sed ita, ut vicario hactenus suo tradat cohortem. Comiti Sorae[13] viaticum deesse, quominus injunctum in Poloniam iter prosequatur. Caesos in Austria agrestes cum suo duce[14], qui jam ad LXX M excreverant. Marescallum Hornium[15] evasisse et - quod Deus avertat - retractum ex fuga. Maris imperium ab Hispanis offerri principi Thomae[16], ne partes susceptas deserat.

Priores itidem a Vienna literae dixerant parari a caesare dona distribuenda, postquam regis romani facta esset electio. Pollicitos venturos se Saxonem[17] et

1 Dr. Antonius Wolf.
2 Georg, landgraaf van Hessen-Darmstadt.
3 François Sublet, seigneur de Noyers, baron de Dangu (1589-1645); hij was op 11 februari 1636 staatssecretaris voor oorlog geworden en bekleedde dit ambt tot april 1643, toen hij in ongenade viel.
4 Claude de Bullion.
5 Jacques Nompar de Caumont, markies, in 1637 hertog van La Force.
6 Armand Nompar de Caumont, markies van La Force (1595-1675).
7 Wladislas VII (IV).
8 Don Iñigo Velez de Guevara y Tasis, graaf van Oñate, ordinarius Spaans gezant bij keizer Ferdinand II te Wenen.
9 Georg Rákóczi, regerend vorst van Zevenburgen.
10 Nassuhsade Pasja.
11 Er wordt in de brieven van 1635 en 1636 herhaaldelijk gesproken van een huwelijk tussen Wladislas van Polen en Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden Winterkoning, paltsgraaf Frederik V, en Elisabeth Stuart; het huwelijk heeft geen doorgang gevonden.
12 Johan II Casimir, broer en opvolger van Wladislas.
13 Jean de Croy, graaf van Solre; vgl. VI, p. 241 n. 5.
14 De opstand van Martinus Leimbauer; zie C.V. Wedgewood, *The Thirty Years War*. London 1964, p. 413.
15 Gustaf Karlsson Horn; hij was in 1634 bij Nördlingen in krijgsgevangenschap geraakt en werd eerst in 1642 uitgewisseld tegen drie generaals onder wie de ruiteroverste Johan van Werth.
16 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano.
17 Johann Georg, keurvorst van Saksen.

Brandenburgicum[1], quanquam bellum domi habentes; idem fecisse Maguntiacensem[2] et Coloniensem[3]. Trevirum[4] petere, ut in possessionem libertatis reponatur, captivi nullum esse suffragium; putatur praeteriri posse.

Bavarus[5] sibi cautum vult: alioqui de rege romano daturus suffragium, ceteris deliberationibus se non immixturus. Sunt, qui eum putant ab Austriacis posse abstrahi; mihi, quominus id credam, obstat ejus matrimonium et ex matrimonio spes sobolis, et uxor[6] jam uterum ferre dicitur.

Aquisgranensium civitas perpetuis precibus aulam Viennensem obtundebat, ut a militaribus superindictis libera esse posset.

Vidi et a Madritio literas fine Maii datas, quibus docemur aulam illam ab indutiis non abhorrere, dum Brasilia decedant Batavi. Anglicam navem Corunnam, qui antiquus portus Brigantinus, advenisse, quae juvenem Ognatum[7] in Angliam vehat pecuniamque in Flandriae usus: laboraturumque Hispanum[8] quovis modo, ut in re Palatinatus Anglis concedatur tantum, ut retineri eorum amicitia possit, ad multa Hispano, quod satis apparet, utilis. Milites, qui Corunnae itidem cum navibus Hispanicis parati Flandrico itineri habebantur, peste multum imminutos. Ituros tamen sub praesidio navis illius Anglicae, quo et ipsi tutiores sint et Anglus Batavis suspectior fiat. Praefectam Portugalliae, Margaretam principem[9], scripsisse conspectas ad eam oram XL naves: putantur privatae esse Batavorum imminentes Hispanicis cum sacharo e Brasilia. Marchionem quoque Velladam[10] ire in Flandriam cum nova cohorte per Galliciam conscripta. Eos, qui in Catalonia militiae adscripti fuerant, peste et egestate atteri. Ubi episcopatus aliquis conferendus est, dari cum onere alendi turmam aut cohortem.

Ab Italia praeter ea, quae scripta sunt antehac, haec habemus: venisse eo ducem Medinam de Torres[11], ut praefecturam regni Neapolitani et, quam sine eo habiturus non fuerat, principem Stilianam[12] uxorem tandem accipiat. In classe itura ad oram Gallicam machinas esse multas et ceteros belli paratus; alimenta in menses tres; tabulas, quibus descripta hostium oppida, Caneva, Friulium, Tolonum; pedites ad VII M. Legatos Poloni non pati sibi satisfieri de veteri nomine, nisi in praesente pecunia saltem L M scutatorum accipiant. Putari rem tractum iri. Florentiae aestimabatur classis Gallica ejus maris itura ad sinum, Genua non procul, cui Speciae nomen; dux Etruscus[13] sua mari adsita muniebat, simul et pacem servare et sibi cavere cupiens, quod et Genuenses facturi credebantur. A

1 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
2 Anselm Casimir Wambold von Umstadt, aartsbisschop-keurvorst van Mainz.
3 Ferdinand van Beieren, bisschop van Luik en keurvorst van Keulen.
4 Philipp Christoph van Sötern, aartsbisschop-keurvorst van Trier.
5 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.
6 Maria Anna, dochter van keizer Ferdinand II; op 31 oktober 1636 bracht zij een zoon ter wereld, Ferdinand geheten.
7 Iñigo Veléz de Guevara, graaf van Oñate en Villa Mediana.
8 Philips IV.
9 Margareta van Savoye, dochter van Carl' Emanuele († 1630), hertog van Savoye; zij was weduwe van de in 1612 overleden Francesco Gonzaga, hertog van Mantua, en regentes van Portugal.
10 Antonio Sanchez Davila, markies van Velada († 1666).
11 Felipe Ramirez de Guzmán, hertog van Medina Las Torres, van 1637 tot 1644 Spaans onderkoning van Napels.
12 Anna Carafa, prinses van Stigliano. Vgl. ter zake VI no. 2287, p. 241 en n. 7 aldaar.
13 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.

cardinali Riceliaco Ruellis missum tabellarium magna celeritate septimo die Romam venisse.

In Sicilia esuriri et ob id Etruscas naves, quae frumentum aliunde ferebant, ibi retentas eaedem literae ferebant[1]. Aliae Mediolano paulo ante proelium scriptae agrestes magno numero in eam urbem confugere; Leganesium[2] munito Rotofredi castello venisse Abiograssam; portas Mediolani quasdam lapide obstructas. Putabantur Gallorum ibi sociorumque copiae esse trans Ticinum, id est, Mediolanum prope, XVIII M; in ripa, quae Novariam respicit, sex millia. Leganesii vero X M peditum, equitum IV M, hac certe parte validiore Hispano, cum Gallis equitatus ultra III M esse non crederetur.

Videntur Galli ad pacandos Helvetios oblaturi paratos se Dolam ipsis custodiendam permittere, dum de omni comitatu Burgundiae idem fiat caveantque Helvetii, nequid inde hostile admittatur.

Sprecherus[3] se Tuae Sublimitati commendat atque inter cetera Rohanio[4] esse - scribebat autem II Iulii - X Gallorum millia praeter Rhaetos, quibus fidit tenuiter ut externis et offensis. Rhaeti postremo Davosii conventu, qui paulo ante erat habitus, scripsere principi Aenipontanae Claudiae[5] velle stare se antiquis cum Domo Austriaca foederibus, modo et ipsa caveat nullum ab ea Domo periculum Rhaetis fore antiquenturque pacta per vim Rhaetis extorsa a Leopoldo archiduce anno 1617[6].

Haec postquam scripseram, intelligo ex ordinario legato Anglicano[7], qui me salutatum venit, auditum a rege Zavaskium[8]; mirari se ajebat non esse inter nos ea, quae inter amica regna essent, officiorum commercia. Verum esse dicebat descendisse Hispanos apud oram Narbonensem; numerum varie tradi; putari sexdecim millia. Hoc in arcano fratrem[9] Vindicis[10] ita sciscitari sibi datum ab Eusebio[11] venenum[12].

Intelligo et ex ipso et allis tribunum Heiburnum[13] ad Tabernas mortuum idque a rege damnum magni fieri. Duci Bernhardo scripsisse regem: Tabernas quibus potest conditionibus capiat; deinde suas et Valettae copias paret ad hostem e Galliae finibus vel proelio deturbandum ea cura ceteris omnibus potiore.

Captae ab Anglis Caletenses naves quatuor et retineri in ultionem navium Anglicarum, quas in Hispaniam aut Flandriam proficiscentes Galli velut belli jure, quo et Angli olim uti solebant, ceperant.

1 De woorden ‘eaedem literae ferebant’ ontbreken in de editie der *Epist.*
2 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganès.
3 Fortunatus Sprecher von Bernegg, agent van Zweden in Graubünden.
4 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse strijdkrachten in Graubünden en de Veltlin.
5 Claudia de Medici, weduwe van de in 1632 overleden aartshertog Leopold V van Oostenrijk.
6 Over dit verdrag heb ik geen nadere gegevens gevonden.
7 John Scudamore.
8 Johan Zawadski.
9 Dit woord staat in cijfer: 94.70.77.4.74.30.; bedoeld is Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
10 Codenaam voor (koning van) Frankrijk.
11 Schuilnaam voor De Richelieu.
12 In cijfer: 69.33.63.72.78.69.23.
13 John Hepburn; zie no. 2620, p. 185 n. 1.

Dussenus[11] et Adrichemus[12] variant in persona, alter Berkelum[13] verba fecisse, alter Nobelium[14] testatur. Camerlingius noster[15] saepe promisit se schedia sua lustraturum, ecquid inde luminis possit accidere, sed promisit tantum,

11 Eewout Jacobsz. van der Dussen; zie III, p. 11 n. 4.
12 Vermoedelijk Joost Jacobsz. van Adrichem (1574-1653).
13 Gerard Jansz. van Berckel.
14 Henrick Willemsz. Nobel; zie over hem IV, p. 468 n. 13.
15 Mr. Johan Camerlingh, sedert 1598 pensionaris van Delft.

nihil vero hactenus praestitit. Quartus qui tunc Delfensum nomine aderat consul Heuvelius[1], interea summum obiit diem. Chartas, quae in sacco fuere, itemque quas deputati e domo tua abstulere, frustra quaerimus

Tu quod vides perisse perditum ducas[2].

De reliquis nuper scripsi, puto et scripsisse Reygersbergium; ego jam hominem, qui a te magni aliquid efflictum expectat, urgere non audeo.

De rebus nostris hoc habe, venisse huc nudius tertius Pavium[3] sed hodie primum in publicum prodiisse ad colloquium cum principe[4], quare quid novi attulerit nescimus.

Interea hodie liber commeatus in castra circa Noviomagum publice indictus est; incertum tamen est, quando princeps hinc profecturus sit, nam cohors praetoria, quae praemitti solet, hic etiamnum est.

Forestius[5] camerae rationali in locum Riccii[6] succedet. Legationem Venetam obibit Borelius[7], qui cum petiisset ab Ordinibus Hollandis in summo senatu locum isque ei assignatus esset, Catsius[8] ea occasione et sibi prospiciendum ratus eundem honorem obtinuit: ita duo Selandi in eum senatum extra ordinem allecti.

Post longas deliberationes tandem eo pervenit, ut Ordines Hollandiae aliquid statuerint de stipendiis militum. Decreverunt enim iis, qui stipendia praevertunt - sollicitatores vocari scis - de parata pecunia in mensem prospicere atque ita, quot mensibus facturos se promittunt, ex reditibus publicis per singulas civitates ad id assignandis ea lege, ut ad mensem usque Majum earum, quas hactenus erogarunt, pecuniarum solutionem non exigant, sub ejus mensis initium, chirographum debitae sortis cum promissione usurarum accepturi: Nunc tantum de accessionibus quibusdam inter Ordinum Deputatos - comitia enim nudius quartus soluta sunt - disceptatur. Vides in usum militiae expeditum satis hac hyeme fore aerarium, si haec omnia ita procedunt, verum magnum onus et sortis et usurarum sub vernum tempus reip. incubiturum.

Ego, siquid hic occurrat novi, curabo, ne nescias; tu nostri quoque curam gere.

Vale et salve, cum tua uxore et liberis[9] a me meaque[10].

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, XII Augusti 1636. Raptim.

1 Pieter Anthonisz. van den Heuvel, overleden op 5 januari 1636; hij was burgemeester van Delft geweest in 1621, 1622 en 1623.
2 Catullus VIII, 1-2: Miser Catulle, desinas ineptire,// et quod vides perisse perditum ducas.
3 Adriaen Reyniersz. Pauw; zijn verzoek om terugroeping als extra-ordinarius gezant te Parijs was eindelijk ingewilligd. Zie hieromtrent no. 2511 van Nicolaes van Reigersberch dd. 16 maart 1636 en no. 2543 dd. 7 april van dezelfde.
4 Frederik Hendrik.
5 Nanning van Foreest; zie no. 2624, p. 193 en n. 12 aldaar.
6 Ventidius Riccen; zie no. 2624, p. 193 en n. 11 aldaar.
7 Dr. Willem Boreel, baron van Vreendijk, uit Middelburg (1591-1668), op 2 augustus genomineerd; hij was sedert 1627 pensionaris van Amsterdam.
8 Raadpensionaris Jacob Cats.
9 Cornelia en Diederik waren bij hun ouders in Parijs.
10 Alida Graswinckel.

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 25 Aug.

2709. 1636 augustus 14. Aan L. Camerarius[1].

Illustrissime Domine,

Corbia, contra quam rumor fuerat, bene adhuc defenditur paulatimque considet pavor[2] ille, qui ex hostium initu in fines Gallicos populum invaserat. Vix credi possit, quanta sint studia civitatum, vicorum, collegiorum in collatione militum aut pecuniae ad hostes avertendos. Etiam monastica sodalitas cartusianorum dat stipendium militibus quadringentis; coelestini totidem et totidem Parisiensis Sorbona cum caetera studiorum universitate.

Burgundiae comitatum pacare et eo modo finire Dolae obsidium nituntur Helvetii. Classis Gallica ex littore Santonico circumnavigata Hispaniae ora[3] jam Massiliam venit ibi se cum longis navibus in mari interno junctura non sine terrore Italiae, ubi terrestri bello per ducum discordias propemodum corrupto incipiet navale.

Multum hic optatur, aliquid nunc faciant Batavi et, quia quae volumus facile credimus[4], jam de Hulsto rumores sunt. Anglici legati[5] videntur propensiores esse[6] quam antehac fuerunt ad foedus Gallicum et sperare se ajunt illam de mari, sane intempestivam controversiam prudentia D. Ioachimi[7] posse componi, quod sane valde velim publici causa. Alioqui metuo, ne si committantur inter se *oi ϑαλασσοχρατοῦντες* incalescat certamen.

> Hoc Ithacus velit et magno mercentur Atridae[8].

Schavaskius[9] etiamnum heic est parum commoda valetudine. Et videtur mari reditum in patriam meditari. Quid nova Polonica legatio[10] in Anglia agat, ibi melius dabitur cognoscere, ubi vos estis.

Pontifex[11] electoribus commendavit negotium regis Hungariae[12] de regno Romano: pro quo beneficio gratiae ei liberaliter tum ab ipso rege, tum a patre ejus imperatore sunt actae.

Exhilaraverat hanc aulam rumor de Hispanicis pecuniis in Anglia retentis, quod id[13] pignus futurum speratur[14] ad Palatinatus restitutionem. Nunc audimus partem earum[15] transiisse in Flandriam et de reliquo idem exspectari. Ejus etiam quid sit, scitis[16] vos melius.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 54. Gedrukt *Epist.*, p. 256.
2 De tekst der *Epist.* heeft: terror.
3 Dit woord is in de Haagse copie uitgevallen.
4 Caesar, *De bello Civ.* II c. 27, 2: quae volumes credimus libenter.
5 John Scudamore, ordinarius Engels gezant in Parijs, en Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius.
6 Dit woord ontbreekt in de copie te Den Haag.
7 De Staatse gezant in Londen Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke.
8 Vergilius, *Aen.* II, 104.
9 De Poolse gezant Johan Zawadski.
10 De nieuwe Poolse extra-ordinarius gezant Andreas Rey kwam eerst in september 1637 in Engeland aan.
11 Urbanus VIII.
12 Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II.
13 De copie in Den Haag heeft: ibi.
14 De uitgave der *Epist.* heeft: sperabatur.
15 De copie in Den Haag heeft: eius.
16 De uitgave der *Epist.* heeft: scietis.

Deus, Illustrissime Domine, te tuamque familiam sospitet.
Tuae Illustr. Dom. observantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XIV Augusti novi Calendarii MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

2710. 1636 augustus 14. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Corbiam, quae capta credebatur, verberari adhuc hostilibus machinis et valido praesidio, nulla tamen spe evadendi, sustinere adhuc se credibilior fama est. Sed, praeter Capellam et Castelletum, Roiam et Mondiderium Hispanis cessisse constat et ex captis locis auctum illi tormentorum numerum, cum ipse ex Belgio quadraginta attulisset. Etiam Noviodunum - vulgo Noyon - in hostis esse potestate asseveratur, rumores tales graviter quamvis comprimente aula, quod adversa loquendi libertatem dare soleant. Atque adeo passim multae audiuntur infensae potentibus voces praecipue in cardinalem Riceliacum invidia erumpente. Objiciuntur ei haec maxime, quod junctos sibi sanguine, quanquam impares, magnis muneribus imposuerit; quod rem pecuniariam pessime tractari passus sit; quod urbem hanc tum ut suos hortos extenderet, tum ut nova monasteria surgerent, non una ex parte in tam gravi ac propinquo bello moenibus nudaverit nova moliens nimis longo ambitu; quod pecunias, tormenta, pulverem miserit in suum Portum Gratiae. Postremum hoc praeter caetera his diebus in Parlamento graviter jactatum est, ut amplissimi ordinis nomine querelae ad regem[2] perferrentur praecipuo incitatore praeside Memmio[3], fratre Davausii[4] nunc in Galliam reducis.

Primum praesidem[5] idem Memmius insectatus est ut publica commoda prodentem, dum privatis studet commodis. Sed rex his auditis quosdam e parlamento ad se vocavit, et in his Memmium, severeque eos increpuit, quod litibus judicandis praefecti regni res attingerent; sufficere se regimini; neque tamen aut se aut cardinalem - is adstabat - aures occlusurum, si quis privatim haberet, quod e republica duceret; sed in concessu ipsorum turbide ac per factiones agi; quare interdicere se, nequid talium negotiorum in consultationem vocarent. Quae in Portu Gratiae ad tutelam oppidi maritimi magnique usus misisset cardinalis, suo misisse imperio. Addidit cardinalis, etiamsi a rege non defenderetur, satis sibi esse rationum, quibus se suaque acta apud omne genus humanum defenderet. Abiere senatores trepidi, mussitantes, assentantes, etiam Memmius memor indicti sibi ante annos duos exsilii.

1 Gedrukt *Epist.*, p. 254; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 222; gedeelt. vert. Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 74.
2 Lodewijk XIII van Frankrijk.
3 Henri de Mesmes, markies van Moigneville; zie over hem III, p. 122 n. 7.
4 Claude de Mesmes, graaf van Avaux; vgl. over hem V, p. 277 n. 10.
5 Nicolas Le Jay.

In urbe hac[1] munienda laboratur. At pontifex[2], ut cardinalis Riceliaci animo religionem, si posset, super his bellis injiciat, misit ei responsum astrologi[3], qui inspecta genesi cardinalis, negat eum anno toto pervicturum. Idem astrologus magna in aestimatione apud pontificem talibus credulum praedicit pacem futuram anno demum 1639.

Mater Suessionensis comitis[4] graviter expostulavit cum cardinale, quod filio suo pericula mandarentur nullis ad depellenda viribus; nam cum ad Braiam aut propinquum ei Serisium vicum 4 Augusti Samaram amnem cum magnis illis copiis - XVI M equitum, XX M peditum fuisse aiunt - transiret [hostis], non erant comiti Suessionensi octo hominum millia.

Potuerant hostes a nobilibus rusticisque Picardiae sisti; sed iis arma pridem rex abstulerat, ut feras sibi servaret. Dux Longavillanus[5] multum hoc tempore laborans nullos e Picardia nobiles, et Normannia aegre ducentos, excire potuerit.

At Hispanorum crescere dicuntur copiae bis mille nuper ad Capellam, deinde ter mille aliis transire visis. Et ad Arleusiam Cameraco non procul alium exercitum habet Hispanus cardinalis[6].

Spes hic est Batavos non quieturos, quamquam illos alieno sane tempore novis impendiis defendendum ad piscatum Angli implicant misso cum classe Northumbrio[7], ut tributum piscarium extorqueat. Id solventibus praesidio sit. Batavi vero totis imperii sui viribus certaturi sunt, ne id onus, quod semel institutum in immensum glisceret, ut illud in freto Danico subeatur.

Frater regius[8], quanquam se nuper imperato ab urbe abitu offensum non dissimulans, corrogat, quod potest mittitque tuendis finibus.

Cardinalis de sua arca duos milliones regi se mutuos dicit dare. Bulionio[9] partem ejus pecuniae, quam haec civitas in novi militis stipendia collegerat, sibi tradi velut ad promovendum Dolae obsidium postulanti negatum id metu viscatarum manuum.

At princeps Condaeus[10] ad Dolam etiam nunc haeret et, quo minus II M equites de suis castris mittat, dicit equitis multum sub Gallasio[11] Brissacum atque inde comitatum Burgundiae petere; esse et alios sub duce Carolo[12] in vicinia, quibus opponi debere vim equestrem aut malum accipi. Ita spe auxiliorum ferociunt Dolani, ut per tubicinem principi Condaeo significaverint, dare se illi sex dies liberos, ut indemnis cum exercitu abeat; post id tempus si maneat, impune id ei non fore. Ille pari contemtu negavit se eos ad veniam accepturos, nisi colla restibus vincti supplicent. Male Gallis evenit haec hostis in frugiferas maxime Galliae

1 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Oxenst. Skrifter*.
2 Urbanus VIII.
3 Niet geïdentificeerd.
4 Anne de Montafié (zie III, p. 135 n. 5), moeder van Louis de Bourbon, graaf van Soissons; zie over hem III, p. 66 n. 12.
5 Henri d'Orléans, hertog van Longueville, gouverneur van Normandië.
6 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
7 Algernon Percy, graaf van Northumberland (1602-1668), op 13 maart 1636 tot admiraal benoemd.
8 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
9 Claude de Bullion, surintendant des finances.
10 Henri de Bourbon, prins van Condé.
11 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van de keizer.
12 Karel IV, hertog van Lotharingen.

terras irruptio tempore messis, quam totam suam fecit Hispanus, unde ipsi ingens copia, et in urbe caritas plebi gravis. Putantur civitates et vici suo sumtu exhibituri regi L M hominum, sed hoc remedium necessitate expressum, sicut stipendii administrationem populo dabit, ita et loquendi libertatem valde formidatam potentibus.

Rhotomagum in magno metu fuit non minus quam urbs haec. Nunc ad novas vires parandas dato tempore resurgunt animi manentque hi, qui secedere decreverant.

Dux Sulliacus[1], qui sub rege Henrico IV pecunias et armamentarium rexerat, dixit regi patris temporibus fuisse semper arma in publico parata, unde centum millia instruerentur. Sed obturbabant eum aulici Nogamus[2] et Sanctisimonius[3], ut libere sermonem pertexere non posset. Ab aliis nec hoc tacetur, quae tam cito hosti cesserunt, oppida non ob aliud amissa quam quod nec militi stipendium esset nec oppidanis arma, erepta, ne adversus tot novorum onerum repertores et redemtores vulgus insurgeret. Nuper in hac urbe cum cardinalis incomitatior ostentandae securitati per urbem vectaretur, quidam anteambulonum ejus a plebe male tractatus est. Displicet multis, quod Incolismensi duci[4], parum grato in vulgus, equitatus per Picardiam regendus datur, infringendae, ut creditur, auctoritati mareschalli Lafortii[5], qui cohortibus tantum imperabit.

Ex tot monachorum sodalitatibus soli carthusienses et coelestini pecuniam usui publico obtulere, singuli ordines ad alendos milites quadringentos; tantundem de suo promisit universitas.

In Italia res per discordiam pereunt relatusque in hyberna ille modo Mediolano imminens exercitus. Sabaudus[6] adversa in suam utilitatem rapiens Pignerolum reposcere incipit alioqui, ut creditur, exemturus se bello; idem Parmensis[7] ut faciat, suadet Etruriae dux[8].

A Rohanio[9] quoque nihil est hoc tempore, quod speretur sociis procul remotis et metu irruptionis hostilis ex agro Tirolensi praeter alia mala prioribus literis memorata. Rhaetos supra vetera et hoc offendit, quod perscripta eis dux dare recusat, quae ad pacta super Valle Telina rex addidit cupientibusque illis et conventui ostendere dixit nihil in iis esse, quod Rhaetis noceret, quaedam ipsis utilia; id est unum hoc, ni fallor, quod pro annuo tributo a Valletelinatibus debito communi Rhaetorum rex se expromissorem facit: manentibus caeteris quae jus imperii libertatemque religionis imminuunt. Mittuntur itaque ad eum legati, qui ex ore ipsius regi placita intelligant et ad conventum referant tamque exigua illis in locis fides habetur Gallis, ut incolae Vallis Mussolinae duo illis tormenta commodare noluerint, nisi pecunia, quantum valerent, apud se deposita.

1 Maximilien de Béthune, hertog van Sully; zie III, p. 135 n. 10 en ibid., p. 54 n. 3.
2 Waarschijnlijk foutief voor Nogentus; bedoeld is dan Nicolas de Bautru, graaf van Nogent (1592-1661).
3 Claude de Rouvroi (1607-1693), hertog van Saint-Simon.
4 Charles de Valois, hertog van Angoulême.
5 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.
6 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
7 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
8 Ferdinando II de Medici (1610-1670), sedert 1621 groothertog van Toscane.
9 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in Graubünden en de Veltlin.

Quae apud lacum Constantiensem se tenuere hostium copiae, partim in Alsatiam flexere, partim adhuc in Italiam transitum minantur sollicitis Altorfiensibus, ne in itinere haereant Helvetiis graves. Eosdem Helvetios rogavit pontifex, ut ad pacem promovendam mittere velint; legatum suum[1] Bononiae esse, ut, ubi de loco colloquii convenerit, eo se transferat. Dissolutus est Helvetiorum Badensis conventus[2] non aditus ab ullo ministro caesaris[3]. Bernae, Friburgo, Soloturno, negotium datum pacandi comitatus Burgundiae.

Quatuor illa Polonorum millia, quae secessionem ab exercitu caesaris fecerunt transque Rhenum se tulere, Silesiam creduntur atque inde patriam repetere. Stipendii inopia dubium utros gravius vexet: nam sicut ob eam Poloni signa caesaris deseruere, ita ex Crequiaci[4] Rohaniique exercitu multi se ad hostes conferunt.

Quid agat classis Gallica non audimus, nisi quod ex Hispania literae ea visa multum ajunt per Lusitaniam trepidatum metuque incerto magna ubique fieri impendia ducesque inter se discordes agere. Andalusiis petentibus, suo sumtu naves ut armare liceret, negatum id, ne populi per se satis impatientes fraeni parere dediscant. Ducum Cardonam[5] in Languedociam aliquid moliri additur.

Angli, qui hic sunt, legati[6] videntur Gallicum fedus magis quam antehac expetere, sive revera id volunt, sive ut eo rumore plus impetrent a caesare, omnes componendae ejus controversiae rationes agitante comite Ognatio[7]. Mihi non videntur aliquid facturi ex usu publico, quoties arcana cum Polonis sub nuptiarum[8] velo latentia considero et nova cum Batavis, quae per totum saeculum quierunt, certamina, et pecuniam Hispanicam[9], supra quatuor milliones, quae retineri in Anglia ceperat, repente permissam transvehi in Flandriam. Comes Licestrius non dissimulat validam esse eo[10] in regno Hispani factionem. Se rogatum, ut, sicut fecerat comes Arundelius[11] atque alii, contribuere aliquid vellet ad novam instituendam societatem, quae piscatum harengarum Hollandis interciperet, detrectasse id, ne sub favorabili obtentu Hispani negotium gereret.

Edicta aliquot mitto, diaria atque horaria potius. Nam ea jam ex quo hostis Samaram transiit saepius mutata in aliam atque aliam formam vidimus, prout intenderat aut remiserat metus aut ab hoste aut a plebe.

Zavaskius[12] mutasse consilium videtur eundi longius et velle mari ad suos reverti.

1 Martio, kardinaal Ginetti; op 24 oktober kwam hij in Keulen aan.
2 Vergadering van de XIII kantons gehouden van 6 tot 23 juli.
3 Ferdinand II.
4 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples, commandant van de Franse troepen in Noord-Italië.
5 Don Enrique Ramon Folch, hertog de Cardona de Aragon y Cordova († 1640).
6 Burggraaf John Scudamore en Robert Sidney, graaf van Leicester.
7 Don Iñigo Veléz de Guevara, graaf van Oñate y Villa Mediana.
8 Er was in die dagen sprake van een huwelijk tussen de Poolse koning Wladislas VII (IV) en Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning, en Elisabeth Stuart, zuster van Karel 1 van Engeland; het huwelijk heeft geen doorgang gevonden.
9 Vgl. no. 2709, p. 319.
10 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Oxenst. Skrifter*.
11 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
12 De Poolse gezant Johan Zawadski.

Scripsit pontifex ad electores commendans Hungariae regem[1] ad regnum Romanorum; pro quo beneficio prolixae gratiae ei actae ab imperatore[2] et rege filio.

Feuquerius[3] ab aquis Borboniis, ubi valetudinem refoverat, vix reversus ire jussus est ad exercitum in Picardia.

Ab Alsatia qui veniunt Galli in Tabernarum oppugnatione multa ajunt impetu magis quam ratione facta atque ex eo accepta tot damna.

Haec dum scribo, intelligo principem Condaeum in eo esse, ut ab obsidio Dolae discedat, in speciem ut legatis Helvetiis[4] id pro beneficio detur, reipsa quod spes ibi sit exigua et propiora pericula urgeant.

A Massilia literae certos nos faciunt jam advenisse eo Gallicam obita Hispania classem junctamque cum regis navibus longis terrorem facere Italiae. De Novioduno nihildum mali est.

Deus, Excellentissime Domine, Tuae Sublimitatis res prosperet.

Tuae Sublimitatis devotissimus cultor

H. Grotius[5].

Lutetiae, 4/14 Augusti 1636.

Rogo, Sublimitati Tuae cordi sint meae res, quas et D. Spiringio[6] commendavi, ut dignitatem tueri possim. Tum vero in praecessionibus rebusque ejusmodi quid mihi sequendum sit, doceri velim.

Ad ducem Bernhardum[7] nihildum mittitur de pecunia in hoc tempus promissa.

Noviodunum assultant hostes sed nondum cepere. Marchio Bonivetus[8] Gallus ad hostes transivit.

Praefectos Castelleti et Capellae[9] damnavit rex absentes ut equis distrahantur. Id tempori datum facile cum tempore sanabitur.

Poloni milites, qui secesserant, ad exercitum caesaris redeunt.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

1 Ferdinand, zoon van de Duitse keizer Ferdinand II; hij werd op 30 december 1636 tot Rooms koning gekroond.
2 Ferdinand II.
3 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
4 Voor dit gezantschap, dat onder leiding stond van Johann Ludwig von Erlach, zie men no. 2657, p. 237 en n. 12 aldaar.
5 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
6 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Vermoedelijk Henri Marc Alphonse Vincent Gouffier, seigneur de Crèvecoeur, de Bonnivet et de Cazabel (1586-1645).
9 Etienne de Rouvroi, baron de St. Simon, heer van St. Léger, gouverneur van Le Catelet, en René du Bec-Crespin, markies van Vardes, gouverneur van La Capelle.

2711. 1636 augustus 14. Aan N. van Reigersberch[1].

De ambassadeur Scudamoor[2] heeft mij gezeidt, dat de agent Boswel[3] hem had geschreven en garen weten wilde mijne opinie over het boek van Seldenus[4]; dat hij geantwoordt hadde, dat ik zeide, dat de heer Seldenus zijn verstant ende geleertheit hadde getoont, dat nopende de zaak zelve ik mij geen rechter wilde maken, maar wel geloofde, dat iet in zijn boek was, dat Zweden konde dienen. Dit heb ik uE. willen bekent maken, of misschien daarvan anders dan naar de waarheit wierd gesproken.

De graaf van Leicester[5] heeft brieven van den lord van Northumberlandt[6], admiraal van Engelandt, zeggende, dat hij last heeft van de haringvangers tiende of uitkoop te eischen en die 't zelve betalen te beschermen tegens de Duinkerkers. Dezelve graaf van Leicester heeft mij gezeidt, dat hij mede verzocht is geweest om te contribueren tot eene nieuwe compagnie in Engelandt om haring te vangen, gelijk de graaf van Arondel[7] daartoe hadde gecontribueert, maar dat hij zulks niet had willen doen, omdat hij zag, dat zulks in 't vervolg ging ten voordeele van Spanje. Hij hoopt, dat de heer Joachimi[8] eenig accommodement zal brengen, en heeft op mijn vertrouwen wel ingenomen, dat het minste toe te staan een indrang zouw zijn in infinitum; dat daarom de Hollanders genoodzaakt waren alle hunne magt te gebruiken tot verdediging van een nering, daar zooveel menschen van leefden.

Aldus laat ik niet om in alle gelegentheden het beste te vorderen, en zal noch meerder doen, wel zijnde geïnstrueert.

2712. 1636 augustus 15. Van G. Galilei[9].

A Ugo Grozio a Parigi

Dalla Villa d'Arcetri, 15 Agosto 1636.

Quale e quanta sia stata e sia la confidenza, che ho nella generosità e candidezza dell' animo di V.S. Illustriss., chiaro ed indubitabile testimonio le ne può

1 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 68.
2 Burggraaf John Scudamore, Engels gezant in Parijs.
3 William Boswell († 1649), van 1632 tot 1636 Engels agent in de Republiek; hij was bekend om zijn geleerdheid.
4 Betreffende John Selden en zijn *Mare clausum* zie men V, p. 515 en nn. 7, 8 en 9 aldaar.
5 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
6 Algernon Percy, graaf van Northumberland; zie no. 2710, p. 321 n. 7.
7 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
8 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius gezant van de Staten in Londen.
9 Gedrukt *Le Opere di Galileo Galilei. Edizione Nazionale sotto gli auspicii di Sua Maestà il Re d'Italia.* Volume XVI. Firenze Tipografia Barbèra 1905, p. 472; *Le Opere di Galileo Galilei Prima edizione completa condotta sugli autentici manoscritti Palatini e dedicata a S.A.I. e R. Leopoldo II granduca di Toscana*. Tomo VII, Firenze Società editrice Fiorentina 1848, p. 77. Betreffende Galileo Galilei zie men V, p. 489 en n. 7 aldaar; vgl. voorts de briefwisseling tussen Grotius en Vossius in dl. VI met name de brieven nos. 2166, 2186, 2225, 2392 en 2435.

rendere l'aver io già liberamente confidato nella sua mano la mia invenzione della longitudine[1].

La relazione fattami dal mio amatissimo e vero amico - dico del Sig. Diodati[2] - della nobiltà di V.S. Illustriss. aggiunta al comun grido della realtà e fedeltà, che rende spettabile appresso tutti gli nomini la sua nazione, non manco mi spignerebbe a riporre nella sua potestà la stessa propria vita.

Sicchè, stante questo saldo fondamento, vengo con semplici e schiette parole a pregarla che a favor del mio negozio voglia interporre ed impiegare quella autorità, che la sua condizione gli concede appresso i più grandi della sua patria; il qual favore io tanto più sicuramente mi prometto, quanto che la mia oblazione è fatta apertamente, e lontana da brame avare, e solo per arrecar giovamento alla mirabile arte della navigazione, in cosa tanto desiderata e di tanta utilità.

Io mando le lettere e la scrittura tutte aperte in mano del Sig. Diodati, acciò le comunichi con V.S. Illustriss.; e questo fo acciò ch'ella possa - veduto il contenuto di esse - più acconciamente toccare le principali mie intenzioni a quelli, appresso a i quali ella mi favorirà, tra i quali uno, per quanto intendo, dovrà essere l'Illustriss. Sig. Realio[3]. Quello sopra di che bisogna gagliardamente premere, è che quei Sigg. si risolvano ad abbracciar l'impresa, nè si lascino atterrire o diffidino della riuscita per non gli esser presentata la cosa già fatta, stabilità e dall' esperienza confermata; perchè tali stabilimenti non posson esser fatti da me nè da altre persone private, che non hanno navi da navigare nè numero di sudditi da mandare e disporre in vari luoghi per far le debite osservazioni e relazioni: le quali cose tutte ricercano potenza, autorità e lunghezza di tempo, che dalla tenuità di fortuna e gravezza d'anni mi son tutte negate. Quello che al fatto sin qui posse aggiungere, sarà il tentare di rimuovere quelle difficultà, che potrebber esser proposte a quei Sigg., le quali se mi saranno notificate, andrò rimovendo, se saranno rimovibili, o ammettendole, se saranno insuperabili.

Dalla lettura di tutte le scritture, che mando aperte, rimarrà V.S. Illustriss. talmente informata di questo negozio, che non occorre, che io con suo doppio tedio la tenga accupata d'avvantaggio. Le dirò dunque solamente questo, che io gli resterò in perpetuo obbligato, se farà opera appresso i suoi compatriotti, ed in particolare coll' Illustriss. Sig. Realio, che quei Sigg. applichino con saldo proposito l'animo alla mia proposizione, sicchè si risolvano a porvi mano con ferma speranza di certa riuscita, perchè assolutamente altro mezzo non ci è che questo, e questo è tanto accomodato ed eccellente, che di maggior eccellenza non poteva desiderio umano domandarlo.

E qui con reverente affetto bacio la mano a V.S. Illustriss., e della mia devotissima servitù le fo libera offerta.

1 Wellicht het soms - en blijkbaar dan terecht - aan Galilei toegeschreven *L'Usage du quadran ou de l'horloge physique universel, sans l'aide du soleil ni d'autre lumière, lequel peut servir pour trouver et marquer les longitudes, tant sur la terre que sur la mer*. Paris, P. Rocolet 1639. Vgl. ook VI no. 2225, p. 147.

2 Vgl. VI no. 2225, p. 147 en n. 3 aldaar.

3 Dr. Laurens Reael; zie over hem VI no. 2392, p. 402 n. 5.

2713. 1636 augustus 15. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

J'ay receu vos lettres du 3/13[2] et du 10/20[3] de juillet au mesme temps, à sçavoir le 12 d'Aougst nouveau style, et donné l'addresse à celle qui estoit à monsieur le grand chancelier[4] qui sans doute est asteure en Suède.

Depuis celle que ie vous escrivis le 19/29 de juillet[5], nous avons eu le passage de l'ennemy à Braye-sur-Somme le 4 du mois présent, monsieur le comte de Soissons[6] ayant esté trop foible pour le pouvoir empescher, puisque la cavallerie seule de l'ennemi estoit de seize mille. L'Oise arreste asteure, et croy que ses progrès ne seront guères plus grands, tant est grande la promtitude du parlement et de la chambre des comtes, de la cour des aides, de la ville de Paris, de l'université, de certains ordres de religieux mesmes, de chaque mestier pour entretenir, l'un trois, l'autre deux mille hommes; les autres plus ou moins et cet exemple estant suivi par les autres villes et par les villages mesmes donnera au roy[7] en peu de temps cent mille hommes entretenus et payez de la part des communautez, la seule ville de Rouen en promettant dix mille. Le roy mesme a voulu parler aux maistres de mestiers et jamais on n'a veu des affections si tendres d'un roy envers son peuple, d'un peuple envers son roy tellement que le mal que les Espagnols ont pensé faire, se tournera en grand bien, la concorde estant parue si grande là où l'ennemy s'estoit promis la sédition et la révolte.

Monsieur le mareschal de la Forse[8] a eu l'honneur d'estre recherché par toute la ville de Paris pour commander à cette armée nouvelle et défendre la frontière, ce qui donne un grand contentement à ceux de sa profession, voyants qu'en une telle occurrence on prend confiance en eux.

Monsieur le mareschal de Chastillon[9] garde Senlis et on fortifie partout les villes.

Les Anglois s'estants saisis de quelque argent qui estoit au roy d'Espagne[10] nous donnent espérance de vouloir embrasser plus que cy-devant les affaires de la maison Palatine.

J'ay veu vostre neveu Paravicini[11], gentilhomme de bonne espérance, et voudrois avoir le moyen de le pouvoir servir et tesmoigner à luy et à vous, monsieur, combien ie suis

vostre serviteur très humble.

Le 15 Aoust n. st. 1636.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 53. Antw. op nos. 2668 en 2679.
2 No. 2668.
3 No. 2679.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 No. 2690.
6 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
7 Lodewijk XIII van Frankrijk.
8 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.
9 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon; zie over hem V, p. 476 n. 4.
10 Philips IV.
11 Marini was gehuwd met Alessandra Paravicini Capelli; voor de bewuste neef zie no. 2668, p. 255 en n. 3 aldaar.

2714. 1636 augustus 15. Van Rijngraaf Otto[1].

Unsern günstfreundlichen gruess in allem geneigten Willen zuvor Edler, Vester insonderss geliebter Herr unndt Freundt,

Desselben letztes schreiben sub dato Paris den 14/24[e] erst verwiechenen Julij[2] ist unnss in dem Läger zue Brombt von Monsieur de Thouh[3] wohl geliefert worden, daraus wir gern vernommen, dass dem Herrn Ambassadeurn unser vor hiesiger Stadt ihrer Fl. Gn. Herrn Hertzog Bernhardss[4] abgeschiktem (!) vom R.del (?) aufgegebenes pacquet zu recht zu gestellet worden. Das jenige schreiben aber, so von des Herrn ReichsCantzlers[5] Excell. unndt Leg. dem Herrn Ambassadeurn an unnss zue kommen ist unnss biss dato noch nicht zue Handen gelangt, also dass wir keine nachricht haben können, wo ettwann desselbes verplieben.

Seithero aber habn wir von Ihrer Excell. unnd Leg. auf der Post von Hamburg zweij empfangen in deren einem unter dem 24 Junij[6] Sie unnss dero abreyss naher Schweden notificiret, unndt in dem andern die bisshero verhandlete acte wegen der newen durch der Königl. Maytt. zue Dennemarcks[7] höchstansehenliche interposition veranlasten Friedens Tractaten communiciret, unndt die Ständte der vier Ober Craysen zue erforderter coöperation zue disponiren unnss ersuchet. Worauf Ihre Excell. unndt Leg. wir so paldt beandwortet, unndt deroselben der noch übrigen Ständte anliegen unndt desideria mit mehreren deduciret, der ohngezweifelten Hofnung. Ihre Exc. unndt Leg. werden Ihro die gemeine Evangelische sach dero in aller Weldt gepreystem Christlichem eyfer nach gewogenlich recommendiret sein lassen, unndt wolle der Herr Ambassadeur sich belieben lassen bey deroselben solches seiner vielvermögenheit nach bester massen gleicher gestaldt zu incaminiren, unndt ihm seinen Ruhm bey den Ständten, unndt insonderheit unserm gesampten Rheingräfl. Hauss dardurch zu vermehren. Aller massen wir desselben ruhmliche Consilia zu einem solchen Frieden, wie solcher von liebhabern der gemeinen Ruhe unndt freyheit desideriret worden kan unndt soll, gerichtet vermercken.

Wass sonsten bey deren hiesiger landen gelegenen armée vergangen, wirdt dem Herrn Ambassadeurn sonder Zweifel von des Herrn Cardinals de La Valette[8] Hoff aus überschicken worden sein. Vorgestern nun, weilen der feindt zu keinem streich zupringen gewesen, unndt die fourage zimlich abgenommen ist selbiger aufgebrochen unndt wirdt heut der Marche aus vielen considerationen gegen die Saar fortgehen.

So viel unser particular geschäft belangen thuett, bedancken wir unnss nochmalen des Herrn Ambassadeurs guten affection unnd unserm Agenten[9] erwiesener

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 18. Orig. Eigenh. ondertek. Antw. op no. 2684; beantw. d. no. 2729. Voor de schrijver zie men V, p. 405 n. 3.
2 No. 2684.
3 François Auguste de Thou; zie no. 2623, p. 192 n. 1.
4 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Dit schrijven komt in de *Oxenst. Skrifter* (nog) niet voor.
7 Christiaan IV.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Friedrich Betz.

ersfriesslichen assistenz. Wie wir aber dem Herrn jünghin geschrieben, also verwundert unnss nochmalen sehr, dass wir seit dem ufbruch von Vezelize von demselben keine nachricht, noch einig schreiben erhalten, bevoral da der Herr Ambassadeur mit Ihm seinem andeuten nach zu ohnderschiedlichen mahlen .. us unsen sachen conferiret, unndt selbige auf einen guten Weg gebracht sein sollen, unndt kan der Herr Ambassadeur ohnschwerth ermessen, dass wir nach seiner Ruckkunft nit weniges verlangen haben mussen, alldie weilen unnss die mittell zu unserm unndt der unserigen unterhalt alss die wir umb alldas unserige kommen, die in unserm von der Königl. Mts. zu Schwedens[1] gnedigst donirtem Ambt. Dachstein verhofte undt von der armée eingemacht, unndt sonsten nirgendsswoher bey diesem betrübten Zustandt etwas zugewarten haben, von tag zu tag schwehrer fallen.

Ersuchen dero wegen dem Herrn Ambassadeurn abermahlen gunstfreundlichen er wolle aller vorstandiger orthen dies unnss angelegene Weck also seiner vielvermögenheit nach befürdern helfen, damit unser Agent zue erwünschter expedition gelangen möge, auch der Salveguarden auf unssere unndt unsers jenigen pupillen Landt unndt gutter in gedanck verpleiben. Sintemahlen unnss selbige, da die armée weiter hinabwerts gehen würde, nicht wenig vorträglich sein würden.

Dardurch obligirt unns der Herr Ambassadeur zu höhern danck, unndt wir sinndt demselben zu angenehmen gefalligkeiten hinwiederumb bereit unndt willig. Verpleibend nechst Göttlicher emphelung des Herrn Ambassadeurs freunddienstwilliger

Otto, wildt unndt Reinngraff.

Datum in ufbruch von Elsas Zabern, den 5^{e} Aug: styl vet: 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Degrott, Ambassadeur pour la Royne de Sueden à Paris.

In dorso schreef Grotius: 5 augusti 1636 Rijngraef.

2715. 1636 augustus 18. Aan L. Camerarius[2].

Illustrissime Domine,

Haec aula noxis mutuis in Austriacos magis magisque accenditur, et cum nuper Picardiam invaderet Hispanus cardinalis[3], in edicto posuit[4] id se etiam caesaris[5] mandato facere.

1 Of Otto door Gustaaf II Adolf dan wel door Christina met Dachstein was begiftigd, heb ik niet kunnen uitmaken.
2 Copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 47. Gedrukt *Epist.*, p. 256. Ludwig Camerarius was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
3 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
4 Gedagtekend A Bruxelles, le 5e luillet; zie *Catalogus van de Tractaten, Pamfletten, enz. over de geschiedenis van Nederland, aanwezig in de Bibliotheek van Isaac Meulman. Bewerkt door J.K. van der Wulp, litt. doct. Eerste deel 1500-1648*. Niet in den handel. Gedrukt te Amsterdam, bij de Erven H. van Munster & Zoon, p. 341 no. 2349. Zie voor de inhoud *Theatr. Europ.*, p. 593; zie ook *Merc. Franç.* XXI, p. 210.
5 Ferdinand II.

Sed mirum quam in aulae romanae gratiam consilia hic versentur non levi, ni fallor, periculo Galliae et regentis cuncta cardinalis[6]. Iam nunc archiepiscopus

6 De Richelieu.

Parisiensis[1] publice in ecclesiis moneri homines jussit, ut a familiari convictu ac colloquio protestantium abstinerent, cum mutuum inter diversa sentientes commercium amicitiamque edicta imperent. Et tamen optime duces, Rohanius[2], Lafortius[3], Castilionaeus[4] ex illis sunt et civitates, in quibus eorum numerus praevalet, ut Montalbanum, magno studio militeque ac pecunia rem communem juvant.

Remisit jam eo usque, quae in hac urbe fuit, trepidatio, ut imminutae alibi sint excubiae, alibi et negligantur: nimirum quod hostes omisso, ut videtur, Esia, qui inter Samaram Sequanamque medius fluit, Samarae adsita ac proinde Belgico fini propiora adoriantur, quanquam, quid[5] nunc agant, quoniam Corbia ipsis nimis facile per ignaviam praefecti[6] obtigit, dubitatur. Interim bene est, quod regi[7] tempus datum est exciendi civitatum terrarumque vires, ita ut propediem LX millia ad finem Picardicum habiturus credatur, eisque bipartitis altero exercitu praelium ausurus, altero interiora obtecturus.

At in Burgundia, postquam a Dolae obsidione abitum est, trepidari a Gallis incipit, quod occupato Viroduno ad Ararim cum equitum ferme IV millibus illuc irruperit dux Carolus[8]. Cardinalem Valettam[9] et ducem Bernhardum[10] alimenti inopia coegit Alsatia digredi et in Lotharingiam se ad Fenestrangium referre, quorum abitu securior Galassius[11], postquam Drusenhemum bene permunierat, ad Rhenum concessit[12] incertum, utram in ripam bellum portaturus.

Classes regiae, tum quae ab Oceano venerat, tum quae in ora Massiliensi, quo illa nunc venit, antehac fuerat, nihildum agunt, nisi quod Italis ad omnes rumores paventibus incutiunt metum.

Deum rogo, Illustrissime Domine, ut tibi tuisque adsit.

T. Illustr. Dom. omni observantia addictissimus
H. Grotius.

XVIII Aug. MDCXXXVI n.c. Lutetiae.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

In de copie te Uppsala is nog toegevoegd: Huic et duab. seq. [nos. 2719 en 2755] aliena manu scriptis Grotius ipse sua manu subscripserat.

1 Joannes Franciscus Paulus de Gondi, kardinaal de Retz; zie III, p. 456 n. 2. Hij was van 1622 tot zijn dood op 21 maart 1654 aartsbisschop van Parijs.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse legers in Graubünden en de Veltlin.
3 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force; vgl. over hem no. 2713, p. 327.
4 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
5 De copie te Uppsala heeft: quicquid quod.
6 De capitulatie van La Corbie werd getekend door Maximilien de Belleforière († 1649), seigneur d'Ittre et de Soyecourt, graaf van Tilloloi, luitenant-generaal van Picardië; de gouverneur was René, markies van Mailly, seigneur de Remaugies, Monthulin etc. (1610-1695).
7 Lodewijk XIII van Frankrijk.
8 Karel IV, hertog van Lotharingen.
9 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
10 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
11 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
12 De copie te Uppsala heeft: concessisset.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. Hagae Com. A.^{o} 1636 1 Octob. st. n.

2716. 1636 augustus 18. Aan Willem de Groot[1].

Quoties, mi frater, apud me cogito, quibus maxime rebus promoveri possit remota a controversiis aut damnosis aut minus utilibus christiana pietas, duo mihi libri in mentem venerunt dignissimi, qui in usum eorum, quibus sermo noster incognitus est, vertentur, aut in Gallicum, qui satis late patet, aut in latinum: Homiliae Puppii[2] et liber Germanice editus anno 1632 hoc titulo: Von der Reformation, oder Erneuerung der Gemeinte Christi[3], nisi quod in hoc forte quaedam Utenbogardi[4] aut alterius prudentis arbitrio resecanda aut mitiganda sint. Poteris de hoc meo consilio cum prudentibus agere. Video scriptis plus profici quam sermonibus, quod ab iis edoceri eos, qui docti sibi videntur, minus pudeat.

Portat has literas Meunerius[5], de quo scripsi antehac[6]. Si quid potes facere, ut cum bona gratia haeredum Stoutenburgii negotium suum transigat, erit id mihi gratissimum.

Tui amantissimus frater
H. Grotius.

Lutetiae, 18 Augusti 1636.

De Kiliano[7] velim, sis memor. Spero receperis eas, quas die Veneris misi[8], in quibus parentum[9] memini.

2717. 1636 augustus 19. Aan Ch. Marini[10].

Monsieur,

Outre celles desquelles j'ay faict mention il y a huict iours[11] i'ay receu aussi les vostres du 20/30[12] et du 17/27 de juillet[13], ordine prepostero, les plus vieilles plus tard que les plus récentes et n'ay pas manqué d'envoyer vostre pacquet à mons.

1 Gedrukt *Epist.*, p. 862.
2 Over de homiliën van Eduardus Poppius zie men V, p. 12 n. 5.
3 Zie Tideman, *Cat. Theol. Bibl.*, p. 92 no. 28.
4 Johannes Wtenbogaert; zie over hem VI, p. 85 n. 2.
5 Meusnier, een vroegere dienaar van de in 1634 te Brussel overleden Willem van Oldenbarnevelt, heer van Stoutenburg; zie ook III, p. 132 n. 1.
6 Zie bijvoorbeeld brief no. 2014 dd. 16 maart (V, p. 369) en - laatstelijk, bij mijn weten - op 13 april 1635 (V, p. 422: no. 2056).
7 Corn. Kilianus, *Etymologicvm Tevtonicae Lingvae*; zie no. 2627, p. 197 en n. 5 aldaar. Zie ook nos. 2643 en 2683.
8 Niet meer aanwezig.
9 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 55. Antw. o.a. op no. 2688; tesamen met nos. 2728 en 2741 beantw. d. no. 2778. Betreffende Ch. Marini zie V, p. 436 n. 4.
11 Waarschijnlijk bedoelt Grotius zijn schrijven van 15 augustus (no. 2713), waarin hij de ontvangst van Marini's brieven dd. 13 en 20 juli vermeldt (resp. no. 2668 en no. 2679).
12 Van 30 juli is er geen brief van Marini. Dat Grotius Marini's brief van 30 juni zou bedoelen, lijkt mij onwaarschijnlijk, daar hij daarop al gereageerd heeft dd. 29 juli (no. 2690).
13 No. 2688.

le grand chancellier[14], qui est asteure en Suède, et y adiouster tout ce qui m'est possible pour l'advancement de vos affaires.

14 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

Les lettres du 12/22 de juillet escrites d'Hamburg nous contristent par la perte de Magdenbourg rendue à l'ennemi le 4/14 dudit mois, mais d'autre part nous consolent parce que le marescal Banier[1] beaucoup plus fort que n'est l'électeur de Saxen[2] avecq Haetsfeld[3] espère d'en avoir bientost sa revenge; que la ville de Stargard en Poméranie a repoussé trois grands assaults de l'ennemi et que le marescal Wrangel[4] renforcé des nouvelles gens de Suède espère aussi de son costé faire quelque grand effort.

Quant aux affaires d'icy le roy[5] est allé en Senlis pour, estant plus proche, mieux défendre la frontière, l'ennemi ayant pris Corbie, sans s'estre avancé autrement, mais le dégast qu'il fait est grand et est cause que plusieurs personnes de toute qualité se retirent à Paris. La promptitude d'assister le public en cette nécessité va iusqu' aux moines et docteurs, l'université contribuant de sa franche volonté jusqu'à l'entretènement de quatre cents hommes, les célestins autant et les chartreux autant. Le roy prend de chaque compagnie faite par cette ville trente hommes pour ses guardes, ayant envoyé ses régiments des guardes à Compiègne et autres lieux là où est le danger. Le comte de Guiche[6] y mène aussi mille cinq cents chevaux de l'armée du cardinal de la Valette[7] et du duc Bernhard[8]. Et croit-on que bientost suivra l'armée qui a assiégé Dolen, la neutralité de la Franche-Comté, s'allant, comme il semble, restablir par l'entremise des Suisses: sur quoi toutefois nous ne sommes pas encore bien esclaircis.

Le prince d'Orange[9] se va aussi mettre en campagne et attirer une partie des forces de l'ennemi vers ces quartiers. Si le mal qui presse apporte, comme il advient quelquefois la réformation, de beaucoup de désordres, la France aura plus profité que perdu.

Dieu vous conserve avec les vostres.

Vostre serviteur très humble.

A Paris, le 19 d'Aougst 1636.

2718. 1636 augustus 22. Aan S. Bielke[10].

Illustrissime Domine,

Mandatam Illustrissimae Dominationi Tuae curam rerum Germaniae laetus intelligo, idque ut prosperum gloriosumque[11] patriae ipsique eveniat Deum precor gaudeoque tam praeclarum magnis ejus virtutibus campum obtigisse.

Ego sicuti omnes Suedici regni proceres, qua debeo, veneratione prosequar, ita

1 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
2 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
3 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
4 De Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel, vice-generaal-gouverneur van Pruisen.
5 Lodewijk XIII van Frankrijk.
6 Antoine, hertog van Gramont, graaf van Guiche.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Frederik Hendrik.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 57. Gedrukt *Epist.*, p. 258. Over Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
11 De copie te Den Haag heeft: properam gloriosamque.

imprimis Illustrissimae Dominationi Tuae cupiam testimonium posse edere meae erga ipsam reverentiae.

Cujus rei occasionem opperiens non omittam interim rerum, quae hic atque alibi geruntur, eam gnaram facere.

Felix illa Gallorum, etc. ut modo supra[1].

Comes Suessionensis[2], quod nunc intelligimus, transiit Esiam tuendo Bellovaco. Rex[3] Cantiliaci est, ubi ad eum venturus hodie frater[4] cum copiis.

[22 Augusti, 1636].

2719. 1636 augustus 22. Aan L. Camerarius[5].

Illustrissime Domine,

Praeter ea, quae ante hos septem dies scripsi[6], nihil magni accidit, nisi quod Corbia quum nullius rei egeret, ne praesidii quidem - nam mille. VI^{m} habebat - solo oppidanorum in res praesentes odio dedita est ante hos dies quinque. Praefectus[7] et ejus adjutor[8], Ambianum cum venissent, capti sunt jussu regis[9] et culpam, quod oppidanis hostique non restiterint[10], capite, ut videtur, luent. Alter eorum[11] Davausii sororem[12] in matrimonio habet, cui recenti[13] a legatione tristis hic statim occurrit nuntius.

Dolae obsidione abscessum est ita urgente periculo Picardiae, ut tempus[14] honesto obtentui ex novis pactionibus per Helvetios cudendis exspectari nequierit. Manet pars ejus exercitus ad tuendum Burgundiae Ducatum; ut Valettae[15] et Vinariensis[16] ad cohibendum Gallassium[17], qui misso Brissacum Lamboio[18] ipse ad Drusenhemum se adhuc tenet. Sed pars utriusque exercitus et in eo equitum ferme IV^{m} eunt ad finem Picardicum, quo et rex ipse brevi[19] se iturum dicit, ubi illae copiae equestres et aliae sub fratre regio[20] et Longevillano[21] ex[22] ipsorum

1 Vgl. voor het vervolg de voor dat gedeelte gelijkluidende brief aan Lars Grubbe van dezelfde datum (no. 2720).
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 Lodewijk XIII van Frankrijk.
4 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 57. Copie Uppsala, UB., cod. 338a, ep. 48. Gedrukt *Epist.*, p. 257. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius Zweeds gezant in Den Haag.
6 No. 2715.
7 René, markies van Mailly, seigneur de Remaugies, Monthulin etc. (1610-1695).
8 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 n. 6.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.
10 De copie in Den Haag heeft: restituerint.
11 Maximilien de Belleforière.
12 Judith de Mesmes († 1659).
13 De copie in Uppsala heeft: redeunti.
14 De copie in Uppsala heeft ‘et temporis’ in plaats van ‘ut tempus’.
15 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
16 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
17 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
18 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
19 Dit woord ontbreekt in de copie in Den Haag.
20 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
21 Henri d'Orléans, hertog van Longueville, gouverneur van Normandië.
22 Dit woordt ontbreekt zowel in de Haagse copie als in die te Uppsala.

praefecturis coierint impleturae cum iis, quos jam habet comes Suessionensis[1] XII, ut putatur, millia.

Classis Gallica[2] LX ferme navium, quae Hispania circuita, cum regis longis navibus XVI minoribus aliis ad Massiliam se junxit, terrore magno concutit omnem oram hostilem, praecipue Neapoleos regnum, ubi delectus acerbitate seditio non longe abest a civili bello. Comes Suessionensis, quod nunc intelligimus, transiit Esiam[3] tuendo Bellovaco. Rex Cantiliaci est, ubi ad eum venturus hodie exspectatur frater cum copiis.

Deus, Illustrissime Domine, tibi familiaeque Tuae omnia prospera largiatur.

[Ill. Dominat. Tuae observantia omni addictiss.
H. Grotius].

Lutetiae XII/XXII Augusti 1636.

Literas ad me mitti velim ad Iohannem Heufd[4], nobilem hic mercatorem resque Suedicas curantem[5].

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: A.^{o} 1636 Redd. Hag. Com. 1 Octob. st. n.

2720. 1636 augustus 22. Aan L. Grubbe[6].

Nobilissime Domine,

Rediisse te Hamburgum et ad literarum commercium gaudeo. Doleo de Magdeburgo, nec mihi tantum, sed omni huic aulae. Solantur nos quae de Bannerii[7] egregio exercitu deque Wrangelii[8] copiis supplemento auctis et de Stargardio fortiter defenso nuntias; speramusque audituros nos propediem his meliora, quae non tantum res firment nostras, sed et Gallorum animos confirment satis gravibus adversis concussos.

Nam ex quo ad te scripsi postremum[9], felix illa Gallorum trans Ticinum in Hispanos pugna XXII Iunii novi Calend. nihil magni peperit, quamvis jam Mediolani multum

1 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
Quomodo procedant res inter Anglos Batavosque, scire desidero. Ego non desino quotidie proponere ea, quae ad concordiam spectant, ut Palatinae domui tam diu afflictae spes aliqua exoriatur.

Vale, mi frater, et me crede tua benefacta grato aestimare animo, ut debeo.

Tuus et animo frater
H. Grotius.

28 Augusti novi Cal. 1636.

Si Petro iter Brasilianum, quod velim, allubescit, nihil ad nos rescribite, sed conficite negotium eumque rebus necessariis instruite. Sumat secum libros aliquot et bonorum consortio bona omnia addiscat.

1 Nicolaes van Reigersberch.
2 Het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
3 Vgl. no. 2708, p. 317 en n. 10 aldaar.
4 Dr. Willem Boreel; vgl. no. 2708, p. 318 en n. 7 aldaar.
5 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2726, p. 345 n. 13.
6 Mr. Nicolaes Cromhout, president van het Hof van Holland.
7 Mr. Pieter Couwenburch van Belois, raadsheer in het Hof van Holland en evenals Nicolaes Cromhout destijds een der 24 rechters in het proces tegen Grotius.
8 Claude de Saumaise - Salmasius -, Frans klassiek-filoloog en hoogleraar te Leiden. Hij bevond zich met verlof in zijn vaderland.
9 Karel IV, hertog van Lotharingen.
10 René du Bec-Crespin, markies van Vardes, gouverneur van La Capelle, en Etienne de Rouvroi, baron de Saint-Simon, heer van St. Léger, gouverneur van Le Catelet.
11 René, markies van Mailly; zie no. 2715, p. 330 n. 6.
12 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.

2733. 1636 augustus 28. Aan L. Grubbe[1].

Nobilissime atque amplissime Domine,

Literae, quas XXVI Iulii ad me scripsisti[2], tum quod multa scitu digna nuntiant, pergratae mihi sunt, tum quod virum summum Dominum Salvium[3], cui plurima debeo, mei memorem ostendunt. Ego quantum vestrum utriusque amicitiam faciam, si rebus potius quam verbis possum ostendere, gaudeam.

De Magdenburgo et Stargardta[4] minuit dolorem anticipata jam mali utriusque exspectatio. Magis incipiam[5] illud de landgravio[6]; sed quanti temporis sint, quae cum hoste iniit, pacta et an Gallis facta consciis, multum refert.

Domini Iohannis Skytii[7] casum doleo. Spero ea esse belli commercia, quae libertatem facile indulgeant.

Danus[8] multum metuo, ne praeter veteres simultates Poloni[9] in res nostras molitionibus implicetur. Unde si qua pactione atque etiam concessione eorum, quae ob locorum situm Albimque pene praeclusum aegre defenduntur, abstrahi poterit, id bene erit; sin minus, etiam atque etiam videndum, an Suecia praeter apertum hostem caesarem[10] et pontificios Germaniae tot aliis clancularis par esse possit, et quae sunt rationes horum malorum parte saltem aliqua semet explicandi distrahendique infestos.

Haec aula noxis mutuis in Austriacos magis magisque accenditur et cum nuper Picardiam invaderet Hispanus cardinalis[11], in edicto posuit id se etiam caesaris mandato facere[12]. Sed mirum quam in aulae Romanae gratiam consilia hic versentur non levi, ni fallor, periculo Galliae et regentis cuncta cardinalis[13].

Iam nunc archiepiscopus Parisiensis[14] publice in ecclesiis moneri homines jussit, ut a familiari convictu ac colloquio protestantium abstinerent, cum mutuum inter diversa sentientes commercium amicitiamque edicta imperent et tamen optimi duces Rohanius[15], Lafortius[16], Castilionaeus[17] ex illis sint et civitates, in

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 61. Gedrukt *Epist.*, p. 260. Over Lars Grubbe zie V, p. 432 n. 12.
2 Ontbreekt.
3 Johan Adler Salvius, Zweeds hofkanselier en resident te Hamburg.
4 De overgave van Maagdenburg was getekend op 3/13 juli; Stargard viel kort daarop, op 5/15 juli.
5 De lezing der *Epist.* luidt: cupiam.
6 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; vgl. no. 2609, p. 170.
7 Zie over Johan Skytte Jr. V, p. 242 nn. 1 en 2; bij de belegering van Stargard raakte hij aan beide benen gewond.
8 Christiaan IV.
9 Wladislas VII (IV).
10 Ferdinand II.
11 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
12 Zie no. 2715, p. 329 n. 4.
13 De Richelieu.
14 Johannes Franciscus Paulus de Gondi; zie no. 2715, p. 330 n. 1.
15 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
16 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.
17 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.

quibus eorum numerus praevalet, ut Montalbanum, magno studio militeque ac pecunia rem communem juvent.

Remisit jam eo usque ea, quae in hac urbe fuit trepidatio, ut imminutae alibi sint excubiae, alibi et negligantur, nimirum quod hostis omisso, ut videtur, Esia, qui inter Samaram Sequanamque medius fluit, Samarae adsita ac proinde Belgico fini propiora adoriantur; quanquam quid nunc agant, postquam Corbia ipsis nimium facile per ignaviam praefecti[1] obtigit, dubitatur. Interim bene est, quod regi[2] tempus datum est exciendi civitatum terrarumque vires, ita ut propediem LX millia ad finem Picardicum[3] habiturus credatur eisque bipartitis, altero exercitu praelium ausurus, altero interiora obtecturus.

At in Burgundia postquam a Dolae obsidio abitum est, trepidari a Gallis incipit, quod occupato Viroduno ad Ararim cum equitum ferme IV millibus illuc irruperit dux Carolus[4]. Cardinalem Valettam[5] et ducem Bernhardum[6] alimenti inopia coëgit Alsatia digredi et in Lotharingiam se ad Fenestrangium referre; quorum abitu securior Galassius[7], postquam Drusenheimum bene permunierat, ad Rhenum concessit, incertum utram in ripam bellum portaturus. Gotzius[8] ei se juncturus an aucturus sit ad Albim hostium vires dubitatur et hoc.

Hanoviam intelligimus cum Francofurdiensibus restituisse commercia; nec minus prospere armis rem gerere, quando Scottam[9], Darmstadiensis tractus oppidum, irrupisse, Weteraviamque ad tributa bellica compulisse dicitur Ramsaeus[10]. Erenbreidsteinium et pecore abundare et praedis ditari nuntiatur. Ratisbonae jam est Angliae legatus comes Arondelius[11], et ipse, nisi exspectatio hominum fefellit, imperator[12]; electores alii in itinere, alii praemissis legatis secuturi. Ajunt quidem Angliae legati nihil se boni Ratisbonae sperare, sed tamen neque foedus cum Gallis faciunt et Batavorum labores pro re communi impediunt disjectis vi ac metu eorum piscatoribus, qui mari decedere maluerunt quam semel suscipere onus ex quantuliscunque initiis cum tempore tanta sumturum incrementa, ut quaestum incertum et modicum facile sint exhaustura et sic transmotura plebem maritimam ad terras ejus oneris immunes.

Haec res et pecuniae Hispanicae ex Anglia in Flandriam trajectio[13] in causa sunt, cur restitutionem Palatinae domus a proximis suis derelictae vix sperare liceat; videtur mihi Anglus[14] conciliaturam suam oblaturus ad ea, quae Suedis

1 René, markies van Mailly; zie no. 2715, p. 330 n. 6.
2 Lodewijk XIII van Frankrijk.
3 De uitgave der *Epist.* heeft: Picardiae.
4 Karel IV, hertog van Lotharingen.
5 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
6 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
7 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand.
8 Johann, graaf van Götz; zie over hem no. 2685, p. 281 n. 7.
9 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk 'Scotum'.
10 James Ramsay (1589?-1638), Schot van geboorte, trad in Zweedse krijgsdienst onder Gustaaf II Adolf en werd gouverneur van Hanau, dat hij in 1635 met grote moed tegen de keizerlijken verdedigde; bij een hernieuwde strijd om Hanau in 1638 werd hij dodelijk gewond.
11 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
12 Ferdinand II.
13 Vgl. no. 2709, p. 319; de uitgave der *Epist.* heeft: transvectio.
14 Karel I.

Danisque intercedunt negotia, si ea tamdiu trahuntur. Fatigat enim se illa gens legationibus et plerumque irritis. Gallis et hoc minus consilia sua probabunt, quod in Angliam recepisse se dicatur Sancurius[1] deditae citra necessitatem Corbiae reus.

In Italia nihil agitur, adeo titubat ista societas, ad Hispanos semper Sabaudo[2] respectante. Et Rohanio vix quicquam est virium, adversa praeterea Rhaetorum studia, ideo quod Galli potentiam firmare munimentorum possessione quam populorum liberorum benevolentia malunt. Classis tum illa, quae per Oceanum ad oram Massiliensium, obita Hispania, venit, tum illa, quae jam ante ex longis navibus constans in Mari erat Interno, nihil adhuc agit occasiones rei gerendae an pacis per pontificem[3] cudendae tempus exspectans.

Haec nunc erant. Quicquid posthac nosci dignum inciderit, non patiar vos ignaros[4] rogoque, ut quicquid in illis geritur partibus, quod mihi ad bonum publicum sit cognitu utile, id ne ignorem.

Deus, Nobilissime atque Amplissime Domine, tibi, Domino Salvio nobisque omnibus propitius adsit.

Tuae Nobilitati addictissimus ad omnia obsequia
H. Grotius.

Lutetiae, XVIII/XXVIII Augusti, anni MDCXXXVI.

2734. 1636 augustus 28. Aan A. Oxenstierna[5].

Excellentissime Domine,

Ea me benevolentia Tua Sublimitas complectitur eamque mei curam gerit, ut rationem ei non negotii tantum, sed et otii mei debeam.

Cum horas a mandatis mihi partibus vacantes ejus regni honori vellem impendere, a quo mihi honos obtigerat, legere coepi ea, quae latine, Italice, Germanice, Gallice de rebus Gustavi Magni[6] conscripta erant. Sed cum ea omnia viderem a consiliis cuncta regentibus nuda neque locorum accuratas descriptiones neque acierum ordinem neque oppugnandi tuendique artes continentia, vidi nullam inde hauriri posse materiam operis secunda posteritatis judicia speraturi.

Itaque in praesens ad vetera me verti, cumque Gothica et Vandalica nemo antiquorum plenius diligentiusque tractasset Procopio[7], viro rerum perito, ut qui Belisario ab arcanis consiliis fuerit, versatus in iis locis, ubi Gothorum Vandalorumque arma floruerant neque sui tantum sed et prioris temporis res exsecutus,

1 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 n, 6.
2 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
3 Urbanus VIII.
4 De uitgave der *Epist.* heeft: ignorare.
5 Gedrukt *Epist.*, p. 258; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 230. Geciteerd Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 76. Tesamen met nos. 2721, 2744, 2757 en 2762 beantw. d. no. 2802.
6 Gustaaf II Adolf, in 1632 bij Lützen gesneuveld.
7 *ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ ΛΟΓΟΙ*. Zie H.B. Dewing, *Procopius with an English translation by ... In seven volumes History of the wars* London-New York MCMXIV-MCMXXVIII vol. I-V the Loeb Classical Library; vol. VI (London-Cambridge, Massachusetts MCMXXXV) bevat de hierna nog te noemen *ΑΝΕΚΔΟΤΑ*. Procopius van Caesarea, Byzantijns geschiedschrijver, werd in 527 secretaris van generaal Belisarius; hij stierf in 565.

latine autem quae ejus exstat editio magnis partibus mutila esset et a sensu ipsius aberrans creberrime, inelegans praeterea, ex Graeca editione Haeschelii[1] novam feci atque integram versionem[2] adhibitis etiam manuscriptis duobus e bibliotheca regia, ex quibus editi codicis loca plurima, partim etiam ex conjectura emendavi.

Consilium est addere ex arcana Procopii historia, quam Alemannus[3] Romae edidit, idemque ex Agathia[4] quae ejusdem sunt argumenti.

Et cum manuscriptum Vaticanum Gothicorum Vandalicorumque Procopii pleniorem esse intelligerem eis codicibus, quos Haeschelius erat secutus, oravi amicos Romae, ut hiatus quosdam, qui in editis sunt, inde supplerent mihique ea supplementa transmitterent, quod futurum spero.

Ut nihil desit eorum, quae ad Scandinaviae antiquitates pertinent, adjungere constitui quae apud Strabonem[5], Plinium[6], Tacitum[7], Ptolomaeum[8], praeterea et apud posteriores, Helmoldum[9], Egenarthum[10], Adamum Bremen-

1 David Hoeschel (1556-1617), filoloog uit Augsburg, heeft uitgegeven *Historiarum Procopii libri VIII, nunc primum Graece editi. Accessit liber de aedificiis Justiniani fere duplo quam antea auctior. Opera D. Hoeschelii.* Augustae Vind.

2 Eerst na Grotius' dood verscheen te Amsterdam *Historia Gotthorvm, Vandalorvm, & Langobardorvm: Ab Hvgone Grotio partim versa, partim in ordinem digesta. Praemissa sunt ejusdem prolegomena. Vbi Regum Gotthorum Ordo & Chronologia, cum Elogiis. Accedunt nomina appellativa & verba Gotthica, Vandalica, Langobardica, cum Explicatione. Auctorum omnium ordinem Tabula Contentorum indicat.* Amstelodami, Apud Ludovicum Elzevirium, MDCLV. Zie Ter Meulen-Diermanse, no. 735 en aantekening aldaar.

3 *Procopii Caesariensis V.I. ANEKΔOTA. Arcana Historia, Qui est liber nonus Historiarum. Ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus protulit, Latinè reddidit. Notis illustrauit. Nunc primùm in lucem prodit triplici Indice locupletata.* Lvgdvni, Sumpt. Andreae Brugiotti Bibliopolae Romani. M.DC.XXIII. Nicolo Alemanni was pauselijk bibliothecaris te Rome.

4 Agathias Scholasticus, byzantijns dichter en historicus uit de zesde eeuw heeft de *Historia* van Procopius voortgezet: *ΑΓΑΘΙΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΜΥΡΙΝΑΙΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ Α΄-Ε΄*; Migne, *P.G.* LXXXVIII, kol. 1249 vv. (= ed. Niebuhr); in 1594 heeft Vulcanius te Leiden een uitgave bezorgd: *Agathiae Historici & Poëtae eximij, De Imperio et Rebvs Gestis Ivstiniani Imperatoris, Libri qvinqve: Graecè nunquam antehac editi. Ex Bibliotheca & Interpretatione Bonaventvrae Vvlcanii Brugensis. Accesserunt eiusdem Agathiae Epigrammata Graeca.* Lvgdvni Batavorvm, Ex Officina Plantiniana, Apud Franciscum Raphelengium. M.D.XCIIII.

5 Strabo, *ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ* VII C 290; ed. Jones (Loeb Class. Libr.) vol. III p. 156.

6 Plinius, *Nat. Hist.* IV 96; *ibid.* IV 104.

7 Tacitus, *Germ.* XVII; *ibid.* XLIV.

8 Claudius Ptolemaeus, *ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΩΝ* II; *ibidem* III.
Men zie voor deze en andere plaatsen betreffende Scandinavië voorts de *Elogia* op p. 71 vv. van de *Prolegomena* van Grotius' *Historia Gotthorum.*

9 Helmoldus, Duits historicus (tegen 1108 - tegen 1177). Zijn *Chronicon Slavicum* werd, voortgezet door Arnoldus, abt van St. Johannis te Lübeck, tot 1209 en voorts door een priester uit Bremen tot 1448, in 1585 te Frankfurt uitgegeven onder de titel: *Helmoldus presbyt. Buzoviensis, Chronica Slavorum seu Annales hisque subjectum Derelictorum Supplementum Arnoldi abbatis Lubecensis. & codd. MSS. collatione restituta et audacta, opera et studio Rein. Reineccii. Accedit item Historia de vita Henrici IV Imp. et Hiltebrandi Pont. Rom.*

10 *Vita & Gesta Karoli Magni Imperatoris Invictissimi Per Eginhartum ejus Secretarium descripta cum brevi narratione de origine & sedibus ipsorum Francorum &c. Et Annalibus Pipini Karoli et Ludovici Regum Francorum ab anno 741. usq: ad 98. per quendam Monachum Benedictinae Religionis collectis.* Lipsiae Typis et Impensis Henningi Grosii Sen. Excudebat Justus Jansonius Danus. Anno M.DC.XVI. André Duchesne (zie IV, p. 354 n. 4) publiceerde deze *Annales* in het tweede deel van zijn *Historiae Francorvm Scriptores*, Lvtetiae Parisiorvm, Sumptibus Sebastiani Cramoisy Typographi Regij, viâ Iacobaeâ. M.DC.XXXVI. Eginhard - Heinhardus, Agenardus, Eginhardus etc. - (± 771-844) was een Frankisch geschiedschrijver.

sem[1] atque alios sunt ad eas pertinentia; tum vero Gothica Iornandis[2]; Sidonii Apollinaris epistolam de moribus Theuderici Visigothorum regis[3]; Ennodii Ticinensis panegyricum datum honori Theuderici Ostrogothorum et Italiae regis[4]; leges Ostrogothorum Vestrogothorum atque etiam Longobardorum cum libro Pauli Diaconi[5], qui ipse Longobardus ex illa eadem Scandinavia Longobardos deducit, de rebus Longobardorum, deinde nomina hominum ex illis gentibus, quae in historiis, appellativa etiam vocabula, quae in legibus apparent, cum eorundem origine atque explicatione.

Nunc Sublimitatem Tuam suae patriae, quod bene Deus vertat, redditam precor, ut siquae sunt inscriptiones veteres, siquae leges antiquae, siquid aliud extra edita, quod ad explicandam Suecorum antiquitatem faciat, iis ut instruar, quo consummatius exire possit id, quod destino, opus. Tum vero Sublimitatem Tuam rogo, pro certo habeat me non pro salute tantum regni Suedici, sed et pro ejus gloria nihil, quod virium mearum sit, omissurum.

De cardinali Riceliaco nihil mediocre loquuntur homines. Sorbonista nuper fuit, qui ei ut numini litandum - ipsa verba posui - censuit; alius pro Richelieu vocandum Richedieu; quippe non nisi Dei esse tam sapientibus consiliis regem[6] informare. At alii minus ei faventes publicis locis programmata affixere, siquis librum reperisset sagacitatis cardinalis Riceliaci a mense jam et ultra perditum, ei pro indicio pretium fore. Infelicem se in procurandis suorum consanguineorum processibus, ne ipse quidem dissimulat multum nuper conquestus de Brezaei[7]

1 *M. Adami Historia ecclesiastica, continens religionis propagatae gesta, quae a temporibus Karoli Magni usque ad Henricum IIII acciderunt in ecclesia non tam Hamburgensi quam Bremensi, vicinisque locis septentrionalibus. Ejusdem autoris libellus de situ Daniae nunc primum in lucem editus. Cura ac labore Erpoldi Lindenbruch.* Ex Officina Plantiniana. Lugduni Batavorum 1595.

2 *Iornandes Episcopus Rauennas de Getarvm, siue Gothorum Origine & rebus gestis. Isidori Chronicon Gothorum, Vandalorum, Sueuorum, & Wisogothorum. Procopii Fragmentum, De priscis sedibus & migrationibus Gothorum, Graecė & Lat. Accessit & Iornandes De regnorum & temporum successione. Omnia ex Recognitione, & cum Notis Bon. Vvlcanii Brvgensis.* Lvgdvni Batavorvm, Ex Officina Plantiniana, Apud Franciscum Raphelengium. M.D.XCVII. Volgens sommige middeleeuwse auteurs is Jornandes (Jordanes) bisschop van Ravenna geweest; de oudste bisschoplijsten van die stad vermelden echter geen Jornandes.

3 Caius Sollius Modestus Apollinaris Sidonius was van 472 tot zijn dood in 487 of 489 bisschop van Clermont-Ferrand. Voor de bewuste brief zie men W.B. Anderson, *Sidonius Poems and Letters with an English translation, introduction, and notes by* ... In two volumes I London-Cambridge, Massachusetts MCMXXXVI, I Poems, Letters, books I-II, book I, lett. II, p. 334: Sidonivs Agricolae svo salvtem; Theoderik II, koning der West-Goten (453-466), was een zoon van Theoderik de Grote.

4 Theoderik de Grote, koning der Oost-Goten in Italië (493-526; geb. 455). Magnus Felix Ennodius, geboren te Arles in 473 of 474 stierf in 521 als bisschop van Pavia; voor zijn panegyricus zie men Migne, *P.L.* LXIII Magni Felicis Ennodii Opuscula Miscella X. Opusculum primum. Panegyricus dictus Clementissimo Regi Theoderico, kol. 167 vv.

5 Paulus Diaconus (tegen 730-tegen 796) was een Lombardijs geschiedschrijver. Zijn *De gestis Longobardorum libri VI* verscheen voor het eerst te Lyon in 1495; het werk is nadien herhaaldelijk herdrukt.

6 Lodewijk XIII van Frankrijk.

7 Urbain de Maillé, markies van Brezé; hij was gehuwd geweest met de jongste zuster van de kardinaal, Nicole du Plessis († 1635).

ferocia deque Milleraei[1] rapinis; quibus addere potuit Ponticurleium[2], navibus longis praefectum, qui per imperitiam ita rem navalem nuper turbavit, ut non alia res magis classis regiae iter morata sit missique huc legati, qui querelas perferrent. Tentavit comitis Suessionensis[3] animum cardinalis, an consortem imperii in exercitu Brezaeum ferre posset; cum pernegasset, alio vertit consilia vultque copias veteres, quae sub comite sunt, et novas, quae a civitatibus totius Galliae magno studio suppeditantur, quaeque a principe Condaeo[4] et cardinali Valetta[5] submissae sunt - eae omnes brevi ad LX M futurae putantur - distribuere in duos exercitus, quorum alterum regat comes, proelium si possit tentaturus; alteri velut subsidiario praesit ipse simulque utrique exercitui curet pecunias, belli instrumenta et quae alendo sunt militi. Iam ex hoc malo, quod hostis intulerat, nonnihil boni illatum est. Solidus in libram impositus rerum promercalium et aliud in epistolas vectigal demta sunt. Civitates cum militem suppeditent, loqui etiam liberius incipient. Cardinalis ipse subito popularis factus accedere regem, fratrem regium[6] ire per urbem comitatu exiguo. Queruntur tamen reformati, quod archiepiscopus Parisiensis[7] his diebus per ecclesias populum admonuerit, ut illorum colloquia diffugeret, contra edicta regia, quae amicitiam coli inter utriusque sententiae homines jubent. Nimirum romanae gratiae id datum, cum optimi duces sumantur ex reformatis[8] plurimumque ipsi ad bellum conferant, ut Montalbanensis civitas integram cohortem.

Post Corbiam captam quid facturus sit hostis, etiamnum latet. Sancurius[9], qui nulla de causa Corbiam dedidit, sive studio in reginam matrem[10], sive ut praediis suis circumsitis parceret, cum a rege capi Ambiani jussus esset, evasit non sine Chaunii[11] - is Ambiano praeerat - infamia. Fit apud Dionisii Fanum lorica a Sequana ad Matronam, ne, si Esiam transeat hostis - quod tamen moliri non videtur metu augescentium regis copiarum -, isthac irrumpat. Sed videtur consilium Hispani[12] esse ea potius adoriri, quae Belgico fini propiora facileque tam capi quam capta custodiri possint. Itaque praecipua parte hostilium copiarum ad Samaram se tenente Esiam transgressus est comes[13] tantaque huic urbi velut sublato periculo securitas rediit, ut, quae in portis agitari coeperant, excubiae omitti incipiant.

At in Burgundiae Ducatum mirum quantum trepidationis intulerit dux Carolus[14], qui cum equitibus ferme quater mille capto Verduno ejus tractus oppido

1 Charles de La Porte, markies (later hertog) van La Meilleray (1602-1664), veldmaarschalk; hij was een neef van De Richelieu.
2 François de Vignerot, markies van Le-Pont-de-Courlay (1608-1646), gouverneur van Le-Havre-de-Grâce; hij was een zoon van De Richelieu's zuster Françoise du Plessis.
3 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
4 Henri de Bourbon, prins van Condé.
5 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
6 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
7 Joannes Franciscus Paulus de Gondi, kardinaal de Retz.
8 In no. 2733 aan Grubbe noemt Grotius als zodanig Henri de Rohan, Jacques de La Force en Gaspard de Coligny; zie aldaar p. 352 en nn. 15, 16 en 17.
9 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 313 n. 6.
10 Maria de Medici; zij hield verblijf in de Zuidelijke Nederlanden.
11 Honoré d'Albert, hertog van Chaulnes.
12 De kardinaal-infant don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
13 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
14 Karel IV, hertog van Lotharingen.

irrupit: adeoque parum in principe Condaeo, ejus provinciae praefecto, fiduciae habent provinciales, ut per legatos hic significaverint, si a se in Picardiam abstrahatur Gassio[1], notae virtutis tribunus, res pessimo loco futuras. At cardinalis Valetta et dux Bernhardus[2] commeatuum, ut ajunt, inopia et ne frugum, quod erat, absumendo res arctas Argentorato facerent, Alsatia relicta ad Lotharingiae Fenestrangium se contulere; quod ut vidit Gallasius[3], bene munito Drusenhemo propius Rhenum concessit, incertum an transiturus.

Inter actus aulae, quos populus incusat, hoc etiam est, quod Arnaldus[4] edito libello Philipsburgi jacturam in Germanorum proditionem refert et velut re bene gesta centum millia florenorum de publico accepit. Parlamento dolet, quod rex implacide in eos invectus Hispano eos studere dixit. Multi senatores ut eam suspicionem tollant, crebrius etiam quam solent ad me ventitant. Regi tantum est animi, ut in sermone nuper jactaverit se hoc anno urbem Bruxellas incensurum. Et credo id fieri posse, non hinc ex Gallia, sed e Batavis, si nihil potius agendum habeat princeps Arausionensis[5], qui ad Mosam agitare aliquid videtur.

Nec mari quiescitur, sed naves ab India Asiatica reduces per Sinas constabilitum commercium referunt. Mittitur in Brasiliam comes Mauritius Nassavius[6] ad eas, quae ibi sunt, copias IV M recentia adferens, in spem haud dubie conatuum dignorum Nassavio nomine. Sed magna illis damna sumtusque Angli irrogaverunt alienissimo tempore, si qua Palatinae domus cura est. Northumbrius[7] decimam de piscatu postulans effecit, ut piscatores omnes Batavi mari decederent; unum eorum, ducem ceterorum[8], ad se colloquii specie vocatum avexit in Angliam: quod quam aegre futurum sit Batavis, facile intellectu est.

Comes Licestrius[9] ita loquitur, quasi et foederis cum Gallis et restituendae cum Batavis amicitiae spem bonam habeat. Idem mihi dixit intelligere se ad Sublimitatem Tuam ab imperatore[10] venisse literas factasque a Suedis inducias trimestres; quorum nihil mihi gnarum respondi. Alter legatorum Scudamorius[11] velut ob morbum uxoris[12] abiit ad Aquas Pougenses, ingratus sane Gallis hospes; sed non ita ab his contemnitur Anglia, ut expetere ausint ejus revocationem; si faciant nihilo magis promoturi quam pontifex[13], qui jam bis ter amoveri Roma Estraeum[14] postulans hoc ipso ostendit utilem esse Gallis, qui ibi retinetur. Sancurius,

1 Jean, graaf van Gassion (1609-1647); hij diende o.m. onder Gustaaf II Adolf en nam deel aan de slag bij Leipzig. Na de dood van de Zweedse koning keerde hij in 1633 naar Frankrijk terug. In 1638 werd hij maréchal de camp en in 1643 maréchal de France.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
4 Isaac Arnauld de Corbeville; vgl. V, p. 322 en n. 1 aldaar. De titel van het geschrift luidt: *Relation veritable de ce qui s'est passé en l'affaire de Philippsbourg, avec les objections que l'on peut faire sur sa prise.* S.l.n.d.
5 Frederik Hendrik.
6 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2726, p. 345 n. 13.
7 Algernon Percy, graaf van Northumberland; zie no. 2710, p. 321 n. 7.
8 Gerrit Claesz. Ruyter.
9 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
10 Ferdinand II.
11 John Scudamore, ordinarius Engels gezant in Parijs.
12 Elisabeth Porter (1600-1651), met wie hij in 1614/5 was gehuwd.
13 Urbanus VIII.
14 François Annibal, markies de Coeuvres, hertog van Estrées; zie V, p. 335 n. 11.

cujus modo memini, in Angliam se recepisse creditur; futurum puto, ut rex eum reposcat.

In Italia nihil boni sperandum est. Ita omnia Sabaudus[1] corrupit corrumpitque societate infida. Et in Valle Telina quam inopes sint Rohanii[2] res, quam adversa Gallis Rhaetorum studia ob libertatis periculum, dicet Marinus[3]. Hamiltonus[4] suis ad me literis jubet me bene sperare; ego, quod facere potui, rem Deo commendo.

Apud cancellarium Franciae[5] commendando saepe Annae Pomeranae principis[6] negotium, ita ut Sublimitas Tua mihi praescripserat, effeci, ut decretum ejus rebus commodum fieret, quod ad ipsam transmisi[7].

Cum his literis eunt duae delineationes pactorum[8], altera quondam Falkenbergio[9] satis probata, nova a priore nonnihil discrepans altera, de locis desertis Estoniae et Ingermaniae ad culturam redigendis. Viri sunt in Batavis primores, qui id suscipere volunt. Quare rogo Sublimitatem Tuam, chartis his perlectis, ut aestimet, an quod proponitur non tale sit, quod praeter alias utilitates etiam momenti aliquid sit allaturum, quo magis status Suedici salus ei republicae cordi sit. Puto et D. Spiringio[10] aliquid de eo innotuisse.

Scribit mihi D. Grubbius[11] se cum D. Salvio[12] in id laborare, ut cum Daniae rege[13] concordia sanciatur. Nescio ego, an aliquod sit foedus, quo Dania ad tuendum eum, quo nunc est Suediae, statum, si forte armis quis impetat, obligetur. Haud dubie cogitabit Tua Sublimitas, si qua sit ratio, qua id regnum a Polonicis molitionibus possit abstrahi.

Literae Coloniae 9 Augusti Gotzium[14] ajunt ab Hamburgi arcis oppugnatione rejectum abiisse, ad Gallasium an ad Albim incertum. Inter Francofurdienses et Hanovienses restituta commercia. Scottam, Darmstadiensis tractus oppidum, irruptum a Ramsaeo[15] conpulsamque ad belli tributa Wetteraviam. Ratisbonam rediisse comitem Arundelium[16] eodemque venire caesarem[17]. Erenbreitsteinii res bono esse in loco. Pecora multa in ambitu pasci; ipsosque praesidiarios saepe transito Rheno praeda graves redire.

Viri quidam Galliae rerum admodum periti, qui me accessere, ita judicant non posse Galliam diu bello sufficere; tum quod regionibus maxime frugiferis ab

1 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
2 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
3 Over Charles Marin (Carlo Marini) zie V, p. 436 n. 4.
4 Hugh Hamilton, lord Hamilton of Glenawley, co. Fermanagh; zie no. 2598, p. 157 n. 7. De naam staat in de tekst in cijfer: 14.27.61.37.60.77.42.78.2010.113.217.
5 Pierre Séguier.
6 Anna van Pommeren en Croy; zie no. 2595, p. 154 n. 2.
7 Vgl. no. 2731.
8 Deze ontbreken.
9 Melker (Melchior) Falkenberg (1597-1651), Zweeds commissaris-generaal.
10 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
11 Over Lars Grubbe zie men V, p. 432 n. 12.
12 Johan Adler Salvius; zie over hem V, p. 239 n. 7.
13 Christiaan IV.
14 Johann, graaf van Götz; zie no. 2685, p. 281 n. 7.
15 James Ramsay; zie over hem no. 2733, p. 353 n. 10.
16 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
17 Ferdinand II.

hoste insessis - nam et Campaniam invasisse Isolanus[1] nuntiatur - neque solitis Gallis in longinquum prospicere brevi alimenta defutura sint militi, tum quod pecuniae in parvi temporis impendia aegre corrasae sint et alias reperiendi viae ferme obstructae. Nam agrestium, quos Crocantes vocant, seditio per Languedociam vicinasque terras sedata est concessa immunitate omnium onerum, de quibus querebantur; quo exemplo forte et necessitate aliae quoque provinciae levamenta orant atque extorquent; nec jam redemtores reperiri possunt, qui onera exigenda suscipiant; et rex ipse crebris subditorum questibus inflectitur.

Oro Sublimitatem Tuam me meaque ut pro sua bonitate curet: Deum vero, Excellentissime Domine, ut ei optima consilia suggerat.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 18/28 Augusti 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2735. 1636 augustus [29]. Aan N. van Reigersberch[2].

Nopende de Kerkgang en communie, heb ik dat altydt onderhouden, ende anderen geraden, als die zaak hun voorkomt met eenig intrest, als dan niet daar over te delibereren : maar daar op te denken, als die zaak op haar zelve staat; daar meen ik by te blyven, en weet zeer wel, dat tyden, plaatsen en persoonen veel daar toe konnen geven, ofte afnemen voor iemant die niet anders dan Gods eer, de waarheit en de zaligheit van zyn evennaasten voorheeft. Misschien zoude ik het hier doen en daar niet; misschien daar ende hier niet, naar dat de luiden zich zouden verklaren, en in opzicht van anderen dragen. By deze eenvoudige meening hoop ik dat God my zal bewaren.

2736. 1636 augustus 30. Van Ch. Marini[3].

Monsieur,

Depuis vostre dernière du 14 de Juillet[4] ie n'ay point receu de vos nouvelles; i'espère néantmoins que les miennes que i'envoye presque chasque sepmaine vous auront esté bien rendues, dont de iour et autre i'attendray de vous quelque esclaircissement.

1 Ettore Giovanni Ludovico Isolani, generaal der Kroatische ruiterij in dienst van Ferdinand II.
2 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 84, waar de brief ‘ontrent het einde van Oogstmaandt’ gedateerd wordt. Daar Grotius zijn zwager gewoonlijk wekelijks schreef en er tussen 22 augustus en 5 september een leemte is, zal het fragment van 29 augustus zijn.
3 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Tesamen met no. 2747 beantw. d. no. 2766.
4 No. 2669.

Monsieur Priolau[5] est de retour, mais ie ne l'ay point veu me tenant à Chiavenne à cause de la peste qui est en la Voltoline d'où personne n'ose venir icy, mais

5 Benjamin Prioleau; zie no. 2574, p. 121 n. 1.

aussy tost que le mal sera passé i'y iray pour visiter monsieur le duc[1] malade. Cependant ie serois d'advis que vous envoyassiez mez lettres tout droit à Coire chez le sieur Sprecher[2] ou le secrétaire Tchudy[3], car autrement i'auray de la peine de les recevoir de la Voltoline.

Je ne sçay quoy faire me voyant si despourveu de l'argent et monsieur le gran chancelier[4] voulant que ie continueray ma correspondance sans m'envoyer les moyens pour mon entretènement. Si vous y pouvez quelque chose, aide moy, car à la fin nonobstant l'ordre contraire il faudra que i'aille trouver le susdit seigneur gran chancelier ne pouvant plus vivre icy avec telle despence.

A tant priant bien pour vostre prospérité ie demeure, monsieur,

Vostre serviteur très humble

Marini.

De Chiavenne, 30/20 Augusti 1636.

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 16 Sep.

In dorso: 20/30 Aug. 1636 Marin.

2737. 1636 augustus 31. Van Rijngraaf Otto[5].

Unsern günstfrl: gruss in allem geneigten willen zuvor, Edler, Vester, insonderss geliebter Herr undt freundt,

Wir mögen demselben gunstfrl: nicht pergen, welcher gestalt unss gestern das ienige schreyben, welches dem Herrn Gesandten von des Herrn ReichsCantzlers[6] Excell: undt Leg. an unss zue kommen, zue recht überbracht undt darebenst von unsserem Agenten[7] aussfuhrlicher bericht, was sich in unsern expedienden vor difficultäten eräugen erstattet, auch darbey sonderes fleisses gerühmet worden, wie eyferig der Herr Ambassadeur zue viel mahlen sich unsertwegen bemühet, und Ihre noch ferner vertröstet, das Werckh bey den hohen Königlichen Herrn[8] Ministris auf ein newes zue recommendiren, desswegen wir Ihme dann höchlichen Danckh sagen mit dem erpiethen solches zue allen begebenheiten hinwiederumb danckbarlich zu erkennen. Welcher gestalt wir unss nun gegen unsserem Agenten erklert, darvon wurdt dem Herrn Ambassadeurn Er communication thun.

1 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
2 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie over hem IV, p. 138 n. 9.
3 Laurent Tschudi uit Bazel, geboortig van Chur, kapitein in Franse dienst in de Veltlin; zie no. 2590, p. 145 n. 14.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 18. Orig. Eigenh. ondertek. Wellicht tesamen met o.m. no. 2767 (vgl. no. 2788, p. 427 n. 5) beantw. d. no. 2788. Voor de schrijver zie men V, p. 405 n. 3.
6 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
7 Friedrich Betz.
8 Lodewijk XIII van Frankrijk.

Ob wir nun wohl der Zuversicht gelebt, es wurde nach so lang gewärtem verzug umb so viel desto erwünschtere expedition erfolgen und unssere so vielfeltig umb des gemeinen wesens willen aussgestandene ungelegenheiten und biss auf diese

stundt in dem Werckh bezeugter eyfer undt begierde der Königl. Mayt. und Cron zue Franckreich consequenter underthenigste dienste zueleisten in mehrere consideration gezogen worden sein, jedoch so müssen wir dergleichen hinderungen denen entzwischen eingefallenen mutationen zue schreyben der hoffnung, es werde mit der zeit gelegenheit geben Ihr.: Königl: Mayt: und des Herrn Cardinals Richelieu Eminentz unsere sach mit mehreren zue repraesentiren.

Gleich wie aber der Herr Ambassadeur selbst vernunftig ermessen kann, wie schwer es unss, da wir nun in einem Jahr hero nirgendts woher einig subsidium gehabt auch unssere Landt hindern gesetzt, deren von der gegenseith unss anerpottenen restitution einig und allein auss lieb gegen der Evangelischen sach in die schantz schlagen fallen müsse, bevorab da wir auf desto stundt das unssrig nit beysetzen desto werden wir gemussiget, das wenig so mann unserem Agenten offeriret zue acceptiren.

Damit aber nicht etwan newe behinderung in den Weeg kommen und unser Agent länger aufgehalten werden möge, so ersuchen wir abermahlen den Herrn Ambassadeur günstfrl., er wolle sich belieben lassen diess werckh nahmahlen bey dem Herrn de Fequires[1], an dem wir auch geschrieben, und aller verstendiger orthen dergestelt zue underbawen, dass die entliche expedition einmahl erfolgen und da müglich diess ietzige dem Königl. Brevet nach auch paldt zum endgeleffene Jahr darzue kommen möge.

Dardurch obligirt unss der Herr Ambassadeur zue noch höhern danckh undt wir seind demselben zue angenehmen gefälligkeitn ieder Zeit bereit und willig.

Verpleibend nechst Göttlicher empfehlung,

Des Herrn Ambassadeurs dienstwilliger

Otto, wildt- unndt Reinngraff.

Datum Luneville, den 21^{z} Augustij 1636.

Wir haben dem Herrn die statum hiesiger orthen und der Armée gerne weitlauffig überschreijben wollen; weilen aber der Truchsasz[2] von Herrn Herzog Bernharden[3] nach Pariss geschickt werden, also haben wir unss uf Ihne beziehen wollen.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 27 sept. n. st.

2738. 1636 september 1. Van N. van Reigersberch[4].

Het dessein op Vlissingen[5] was zulks aangeleidt, dat ten ware de Hoofden door het kruisende Esquader hadden van het exploit gediverteert geweest, het succes heel apparent was. Een Fluite, die met een Fregatte in de nieuwe haven als een pryze

1 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
2 Wolf Dietrich Truchsess. In de *Oxenst. Skrifter* wordt hij Maximiliaan genoemd; m.i. betreft het Wolf Dietrich. Zie G. Droysen, *Bernhard von Weimar*, Leipzig 1885, Zweiter Band, p. 247.
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 89.
5 Vgl. no. 2725.

zoude geweest zyn ingebragt, hadde in elfhondert mannen, die zy zouden hebben teffens gelant, zynde het schip toegerust, dat de bruggen maar op de

Kaien waren te werpen, en zouden zonder achterdenken vier schepen, twee in elke haven, gekomen zyn, alzoo de gerugten en brieven van La Motte[1] in de Stadt waren, dat hy met drie pryzen komen zoude. Het Kanon van de schepen was met kardousen geladen, om op de aanschouwers, die met menigte gewoon zyn toe te lopen, af te schieten. Godt heeft de Stadt bewaart en dit Eilandt. La Fonteine[2] lag ontrent Reygersvliet, met drie duizent man, en zouden die tot Vlissingen gebragt hebben alle de chaloupen en ponten eertyds van den vyandt genomen om in Kazant te komen, waar mede zy meenden hunne overwinning te maintineren.

2739. 1636 september 2. Van J. de Groot[3].

Seer Lieve ende zeer waerde zoon ende dochter de Groot,

Uwer L. moeder[4] ende ick, alsoock de andere vrunden alhyer, wenschen uwer Eed. ende alle de vrunden aldaer alle geluck, gesontheyt ende zalicheyt.

Seer waerde zoon ende dochter, onlangs, naedat ick in de voorleden weecke aen uwer Eed. hadde geschreven[5], heeft uwer Eed. broeder[6] mij ende uwer Eed. moeder uyt uwer Eed. beyder namen doen hebben hondert ende vijftich Car. gul[d]en, daervan zij ende ick uwer Eed. beyde te samen ten hoochsten sijn bedanckende, Godt almachtich biddende, dat Hij 't zelve aen uwer Eed. ende derzelver kinderen duysentfout wil verghelden, hyer tijdelick ende hyernamaels ewelick.

Nae mijn schrijvens van over acht daghen hebben wij twe dooden gehadt van onze naeste vrunden, te weeten neeff Willem de Bye[7] ende nichte van Schulenburch[8], dewelcke haer man[9] zeer haest is gevolcht; Godt almachtich wil hemluyden ende ons allen verleenen een zalige opstandinge.

Wij verhopen ende verwachten te mogen haest verstaen, dat Sijne M.^{t} aldaer[10] ende zijne landen van dezen inval in zijn landen mach ontslagen sijn, opdat het uwer Eed. oock te beter mach gaen.

Hyermede, Seer Lyeve zoon ende dochter de Groot, Godt almachtich wil uwer Eed. ende ons allen verleenen 't gunt ons zalich is.

Al uwer Eed. goetgunstige goede vader
Jan de Groot.

Metter haest tot Delfft, den 2^{e} September 1636 st. novo.

Adres: A Monsieur Mons.^{r} Grotius, Ambassadeur à Paris.

1 Zie no. 2725, p. 343 on n. 8 aldaar.
2 Paul-Bernard, graaf de Fontaine (± 1576-1643). Hij sneuvelde in de slag bij Rocroi. Hij was tot graaf verheven door Ferdinand II op 29 april 1627.
3 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 23. Eigenh. oorspr.
4 Aeltgen Borre van Overschie.
5 No. 2723 dd. 23 augustus.
6 Willem de Groot.
7 Willem de Bie werd op 6 september 1636 in de Grote of St. Jacobskerk te Den Haag begraven.
8 Ermgard van Reigersberch.
9 Niet geïdentificeerd.
10 Lodewijk XIII van Frankrijk.

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 14 oct.
En in dorso: 2 Sept. 1636 I. de Groot.

2740. 1636 september 2. Van Willem de Groot[1].

Frater optime,

Pecuniam, uti mandaveras[2], parentibus[3] annumeravi quemadmodum ex paternis puto litteris[4] intelliges.

Reigersbergius[5] ad nos nondum rediit, sed hac septimana rediturus putatur; agam cum eo de omnibus tuis negotiis.

Heri extulimus Lugduni cognatam Ermgardam Reigersb[erg]iam[6], quae Sculenburgio marito[7] duabus tantum septimanis supervixit; eam ad sorores properantem mors prope Vorburgam in navigio oppressit, postea contagionis notae apparuerunt. Cras puto efferemus cognatum Guilielmum Debyaeum[8], qui et ipse e castris domum navigans prope Iselmundam supremum obiit diem eodem mortis genere: nos reliqui omnes Dei gratia valemus.

In castris contagio valde grassatur neque quicquam adhuc rerum geritur, nisi quod princeps[9] Staeckenbroecium[10] cum equitatu in Brabantiam misit, incertum quo consilio.

Nos hic jam nihil fere habemus novi; tantum per Brabantiam accipimus Hispanos ad sua se recipere; caesine sint a Gallis an metu cesserint, nondum certo constat, et ideo valde avemus certiora a vobis intelligere.

Navis quaedam Societatis Indiae Occidentalis cepit aliam, quae trecenta circiter florenorum millia vehebat in Hispanorum stipendia eroganda; ea nunc in nostros cedent usus.

Plura jam non habeo, quare abrumpam Deum orans, ut te, tuam, tuos diu nobis servet incolumes. Salutem tibi multi amici et cognati scribere jusserunt, Reigersbergiae[11], Endegestii[12] nostri (?) et inter alios Heinsius[13], Tisius[14], Vorstius[15].

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Wellicht antw. op de verloren gegane brief, waarnaar Grotius in zijn schrijven van 18 augustus (no. 2716) verwijst; beantw. d. no. 2797.
2 Vgl. no. 2739, p. 363.
3 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.
4 No. 2739.
5 Nicolaes van Reigersberch.
6 Zie no. 2739, p. 363 en n. 8 aldaar.
7 Zie no. 2739, p. 363 en n. 9 aldaar.
8 Zie no. 2739, p. 363 en n. 7 aldaar.
9 Frederik Hendrik.
10 Luitenant-generaal der ruiterij Jhr. Thomas van Stakenbroeck († 1644).
11 Suzanna, weduwe van dr. Anthonie Bloncke.
12 Jhr. Nicolaas van Schouwen († 1637), in mei 1627 door Frederik Hendrik beleend met Endegeest, en diens enig overgebleven broer, Jhr. Jan van Foreest van Schouwen.
13 Daniel Heinsius.
14 Wellicht Anthony Thys; zie over hem IV, p. 429 n. 12.
15 Stellig de Leidse hoogleraar Adolf Vorst, hoewel mij niet bekend is, dat hij connecties met Grotius onderhield. Zie over hem IV, p. 14 n. 4.

Raptim Hagae, II Septembris 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reyne et couronne de Suède vers le Roy Trèschrestien A Paris.
In dorso schreef Grotius: 2 Sept. 1636 W. de Groot.
Boven aan de brief: Rec. 4 oct.

2741. 1636 september 2. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

Le pacquet que i'ay receu avecque vostre lettre du 11 d'Aougst[2] a esté incontinent par moy envoyé à monsieur le grand chancelier[3] qui est maintenant en Suède pour disposer ceux qui y gouvernent[4] à faire des grands effets pour réparer la perte de Magdebourg et Stergard.

Les remuements du prince d'Orenge[5] contre les Espagnols ont desià fait reculer ceux qui s'estoient jettez dans la France lesquels au lieu de piler Paris se contenteront de se tenir sur les rives du Somme n'ayant encores attaqué aucune place depuis la prinse de Corbie. Les Hollandois ont receu sept navires des Indes Orientales, où ils ont establi le commerce avecq la Chine et envoyent des belles troupes dans le Brasil, comme vous aurez entendu par mes dernières[6], si tant est qu'elles soyent pervenues à voz mains.

Nous ne voyons pas bien clair encore à la conduicte des Anglois. Il faudra attendre, comme il semble, l'issue de la négotiation du comte d'Arondel[7] à Ratisbonne: comme aussy ce qui se passera entre eux et les Hollandois, qui ne se disposent pas à vouloir laisser dixiner l'hareng. Si on peut accommoder ce différent et attirer la Bretagne à quelque bon traité avecq la France, on pourra espérer le relèvement de la pauvre maison Palatine, laquelle autrement semble demeurer sans resource.

Pour vostre particulier ie n'ay pas manqué et ne manqueray pas de contribuer tout ce qui me sera possible, comme voulant estre à jamais

vostre très humble serviteur.

A Paris, le 2 de septembre MDCXXXVI.

2742. [1636] september 2. Aan Fr. Sublet de Noyers[8].

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 65. Antw. op no. 2707; tesamen met nos. 2717 en 2728 beantw. d. no. 2778. Voor geadresseerde zie men V, p. 436 n. 4.
2 No. 2707.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Zie voor hun namen no. 2533, p. 58 n. 12.
5 Frederik Hendrik.
6 No. 2728 dd. [26 augustus], alwaar (n. 5) men vergelijke no. 2729 dd. 26 augustus aan Rijngraaf Otto.
7 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
8 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 64. Voor geadresseerde, François Sublet de Noyers, zie men no. 2676, p. 264 n. 3.

Monsieur,

Le comte de Sorbiks[9], ayant servy avecq très grand honneur au feu roy de

9 Bedoeld zal zijn Arvid Forbes.

Suède[1], et maintenant en ces occurrences estant très désireux de servir au roy très chrestien[2] et de lever à ycelle fin des gens en Angleterre et Escosse avec permission du roy de la Grand Bretagne[3] laquelle il espère d'obtenir par le moyen de ses parents et amis très puissants en ces quartiers-là, a voulu aller en vostre cour accompagné de mes lettres, lesquelles ie luy ay donné très volontiers, avecque le tesmoignage que ie dois à ses vertus excellentes et très haut estimées en Suède et ne les ay creu mieux pouvoir addresser qu'à vous, monsieur, à qui le roy confie ce grand maniement des affaires de la guerre espérant aussy que vouz ne me voudrez pas refuser les effets de vostre humaineté et courtoisie en ce qui est de ma charge, me les ayant cy-devant faict sentir à mon particulier de quoy ie me sens très obligé à souhaitter d'avoir l'occasion de tesmoigner la recognoissance.

Et ne le pouvent pas autrement pour le présent, ie prieray Dieu, monsieur, qu'il veulle longtemps prospérer les affaires du roy par vostre sage conduitte.

Vostre serviteur très hu(mble).

A Paris, le deux de septembre [1636].

2743. 1636 september 4. Aan L. Camerarius[4].

Illustrissime Domine,

Venere ad me Calendis Septembribus literae, quas VI Augusti dederas[5], uberrimae illae et eo quoque nomine gratissimae, ut quae non modo rerum cognitione me instruant, sed et ad rectas judicationes facem alluceant. Ego quod eis reponam, haud multum habeo, quia ex quo postremas scripsi[6] - scripsi autem crebrius ob quotidianas rerum mutationes - nihil magni intervenit.

Si landgravius[7] ex temporaria pactione perpetuam facit, perierit partibus nostris totum, quod bello obtendimus, Germaniae nomen. Nam ducem Bernhardum[8] Gallis accenseo; quem ea, quam recte praesagiebas, frugum pabulique inopia ad Metensium fines retro egit parte equitatus abducta ad has partes graviter eo tempore periclitantes. Eadem deserendi Dolae obsidii, et quidem praepropere nulla pactorum specie[9], causa fuit. Nunc dato regi[10] tempore ad sananda multa, quae laborabant: supplendas copias veteres, scribendas novas, contrahenda quae bello necessaria,

1 Gustaaf II Adolf, in 1632 bij Lützen gesneuveld.
2 Lodewijk XIII van Frankrijk.
3 Karel I.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 65; copie Uppsala, UB, cod. 388a, ep. 50. Gedrukt *Epist.*, p. 261. Ludwig Camerarius was ordinarius Zweeds gezant in Den Haag.
5 Ontbreekt.
6 Het laatst overgeleverde schrijven van Grotius aan Camerarius van vóór 4 september is no. 2719 van 22 augustus; vermoedelijk is er echter nog een latere brief geweest - van 28 augustus of daaromtrent -, die verloren is geraakt.
7 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; hij was bezig het Zweedse bondgenootschap te verruilen voor een met keizer Ferdinand II.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 De copie te Uppsala heeft ‘spe’.
10 Lodewijk XIII van Frankrijk.

metus hujus civitatis ita resedit, ut omitti excubiae incipiant, nimirum quod appareat hostem non procedentibus, quas speraverat, seditionibus

omnia jam consilia vertere ad Samarae adsita sibique propiora. Etiam Burgundiae ducatus minus pavet recepto principis Condaei[1] armis Viroduno ad Ararim. Gallassius[2] ita exercitum habet, ut in utra Rheni ripa agendi se dederit occasio, eo se possit vertere. Hactenus tamen nihil efficit.

Classis regis, quae ex Oceano profecta cum illa, quae interno mari praesedit, hactenus se conjunxit, hoc habet mali, quod ab hominibus regitur rei maritimae plane[3] ignaris, terror tamen late sparsus Hispanum[4] impendiis illigat.

Ex Italia brevi nihil spero. Sabaudus[5] intempestiva cunctatione sivit ita increscere hostium vires, ut jam duplae eae sint ad Gallorum sociorumque copias. Rohanio[6], quo minus ad socios pervaderet, pecuniae et machinae et Rhaetorum studia defuerunt.

Video post scriptas literas tuas incaluisse Anglorum cum Batavis certamen[7], magno rei communis incommodo. Non desino ostendere legatis[8], qui sane me amant, piscaturam istam, ut alendae multitudini necessariam, ita minime esse quaestuosam, et si vel minimum oneris agnoscatur, gradum ad graviora fieri. Nullum potuisse tempus esse alienius commovendo, quod tamdiu quieverat, negotio.

In Ratisbonensi conventu futurum, ut consentientibus[9] suffragiis rex Romanorum[10] fiat, neminem dubitare video. Palatinum negotium trahetur, quamdiu id ferre Angli poterunt. Spes nos solatur quo longior fuit patientia, eo in justiorem indignationem erupturam. Sed interim dilabitur totum illud protestantium corpus.

Quidni etiam literis, illis dico nostris, adjiciam aliquid? Cum Suediae regno me dederim, quaero cuncta, quae ad gentium Scandinaviae veterem historiam pertinent. Verti Procopii et Gothica et Vandalica[4] ex Graeca editione optimi Hoeschelii[5]. Contuli cum manuscriptis ex regis Franci bibliotheca duobus, quorum altero usum video Hoeschelium; et partim ex iis partim ex ingenio, ut solemus, correxi multa properanti Hoeschelio praeterita. Sed hiatus, qui in Hoescheliana sunt editione - deprehenduntur autem ex versione latina quanquam aliis in locis mire mutila - iidem in illis erant manuscriptis codicibus. Eorum hiatuum indicem - sunt autem non multi - ad D. Peiresium[6] amicum communem miseram, ut ejus gratia eorum supplementum abs te potissimum, si tibi non vacaret, ab alio obtinerem. Nunc ex Puteanis[7] intelligo Elsevirium[8] et supplementum eorum hiatuum et multas ex Vaticano codice, quo usum Allemannum[9] video, emendationes secum ferre in Bataviam. Non invideo, et eorum editionem[10], si non nimium morantur, opperiar. Caeterum si tuo, veteris amici beneficio, sarcire possim illa, quae hiant, de caeteris non ita multum sim sollicitus audeamque cessantibus, si forte, Elseviriis mea negotiorum multorum subseciva protrudere. Sed haec omnia tui sunto arbitrii.

Tibi omnia quam prosperrime procedere et opto et magno semper cum gaudio intelligam.

Vale.

Tuus ut semper
H. Grotius.

X Sept. MDCXXXVI.

1 Peter Abel Schmalz, secretaris van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
2 Johan, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer Johan van Reigersberch, in leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
3 De Leidse copie heeft ‘possint’.
4 *ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΩΝ ΛΟΓΟΙ*; zie no. 2734, p. 354 en n. 7 aldaar.
5 Over David Hoeschel en zijn *Historiarum Procopii libri VIII* zie no. 2734, p. 355 en n. 1 aldaar.
6 Nicolas Claude Fabry de Peiresc; zie over hem III, p. 219 n. 1. De brief aan Peiresc is verloren gegaan; voor diens antwoord zie men no. 2875 dd. 11 december.
7 De gebroeders Dupuy, vooral Jacques en Pierre, die bibliothecaris van de bibliotheek van de koning te Parijs waren; zie V, p. 27 n. 1.
8 Louis Elsevier; vgl. Dr. J.A.F. Orbaan, *Bescheiden in Italië omtrent Nederlandsche Kunstenaars en Geleerden. Eerste deel. Rome, Vaticaansche Bibliotheek. Rijks Geschiedkundige Publicatiën. Kleine Serie. 10.* 's-Gravenhage, Martinus Nijhoff 1911, p. 346.
9 Zie no. 2734, p. 355 en n. 3 aldaar.
10 Dit plan van Abraham en Bonaventura Elzevier is niet tot uitvoering gekomen; zie Ter Meulen-Diermanse, no. 735 rem. 7 (p. 334).

Adres: A Monsieur Monsieur Holsteinius chez Mons. le Cardinal Barberini[11].

11 Francesco, kardinaal Barberini, neef van paus Urbanus VIII.

2753. 1636 september 10. Aan F. Sprecher[1].

Nobilissime Domine,

Nullae fuerunt literae tuae, quibus non responderim, sed puto utriusque nostrum literis evenire, ut a curiosis intercipiantur. Postremae, quas a te accepi, datae fuere VI Maii; etiam ad eas illico respondi[2]. Nunc his nihil novi perscribo. Satis enim certi eorum, quae geruntur, nuntii erunt amici hi mei D. Schmalcius[3], is, de cujus apud dominum M. cancellarium[4] gratia antehac tibi scripsi[5] quemque tui amantissimum semper comperi, et D. Reigersbergius[6], quem uxoris meae fratre genitum domi meae hactenus habui et direxi ad ea discenda, quae bene natum discere oportet. Scio utrique tuam amicitiam utilissimam esse posse, quare rogo, ut eos eo complectaris amore, quem tibi ego semper praestabo.

Vale, vir nobilissime.

Tuus tuo merito

H. Grotius.

Lutetiae, X[7] Septemb. MDCXXXVI.

2754. 1636 september 11. Aan S. Bielke[8].

Bellum Galliae duabus ex partibus incubuit. Nam dum ad Picardiam periclitantem miles a principe Condaeo[9] abducitur, in ducatum Burgundiae incubuit dux Carolus[10] et Galassiani[11] exercitus bona pars tanta vi, ut eo tractus sit cum copiis, quae ipsi restabant cardinalis Valetta[12] et dux Bernhardus[13] hic capto prius per scalas in Lotharingia Rembirvillerio parum firmo oppido. Etiam his accessionibus sustentatus princeps Condaeus aegre sperat se parem fore reprimendis illic[14] hostibus. At qui

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 70. Gedrukt *Epist.*, p. 266. Over Fortunatus Sprecher zie men IV, p. 138 n. 9.
2 Een brief van Grotius van 6 mei of kort daarna bezitten wij niet: de dichtstbij komende is die van 27 mei, no. 2605. Wij dienen dit 'ilico' wellicht niet te stringent te nemen, daar de brief van 27 mei inderdaad het bewuste antwoord kan zijn. Er is nl. in de aanhef sprake van een antwoord op Grotius' brief aan Sprecher van 1 april (no. 2533), die kennelijk wat laat is gearriveerd.
3 Peter Abel Schmalz.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Blijkbaar in een verloren geraakt schrijven aan Sprecher.
6 Johan van Reigersberch, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer Johan, in leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
7 De uitgave der *Epist.* dateert merkwaardigerwijs 10/20 september.
8 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 69. Gedrukt *Epist.*, p. 263. Voor geadresseerde, Sten Bielke, zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
9 Henri de Bourbon, prins van Condé.
10 Karel IV, hertog van Lotharingen.
11 Van Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
12 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
13 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
14 De uitgave der *Epist.* heeft hier 'illis'.

ad Belgicum sunt finem hostes, in utraque agunt Samarae ripa Corbiamque muniunt, ut transitum amnis suae potestatis habeant.

Rex[1] Sylvanecti agit; reginam[2] urbi, exercitui summo cum imperio fratrem[3] praefecit; et affluente ex omni Gallia tum nobilitate, tum eo, quem civitates collegerunt, milite XV instructus[4] machinis ultro Belgis minatur.

Hae curae propiores de Italia cogitari non ferunt. Itaque ibi agros tenet validior haud paulo hostis. Classis Gallica et Hispanica mutuo metu tempus transigunt.

Magna spes in principe Arausionensi[5] ponitur, in Anglo[6] vix ulla. Legatus Polonus[7] commodiore jam valetudine dona regia exspectat et molitur abitum. Landgravius[8] Hagae quid egerit, nondum hic cognoscitur.

Deus, Illustrissime Domine, Vestrae Illustrissimae Dominationi[9] res prosperas concedat.

Illustrissimae Dominationi Tuae addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae XI Septemb. MDCXXXVI.

2755. 1636 september 11. Aan L. Camerarius[10].

Illustrissime Domine,

Bellum Galliae ...[11].

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. A.^{o} 1636 Hagae Com. 18bris.

2756. 1636 september 11. Aan L. Grubbe[12].

Bellum Galliae ...[13].

1 Lodewijk XIII.
2 Anna van Oostenrijk, koningin van Frankrijk.
3 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
4 De uitgave der *Epist.* heeft - kennelijk onjuist - de lezing ‘instructis’.
5 Frederik Hendrik.
6 Karel I.
7 Johan Zawadski.
8 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; vgl. no. 2749, p. 381.
9 De uitgave der *Epist.* heeft i.p.v. ‘Vestrae Illustrissimae Dominationi’: tibi.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 69, waar in margine voor de - gelijkluidende - inhoud verwezen wordt naar no. 2754 aan Sten Bielke; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 49 met enige geringe verschillen ten opzichte van de copie te Den Haag. Gedrukt *Epist.*, p. 263 (dezelfde als aan Bielke).
11 Zie verder no. 2754.
12 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 69, waar in margine voor de - gelijkluidende - inhoud verwezen wordt naar no. 2754 aan Sten Bielke. Gedrukt *Epist.*, p. 263 (dezelfde als aan Bielke). Voor Lars Grubbe zie men V, p. 432 n. 12.
13 Zie verder no. 2754.

2757. 1636 september 11. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Mensis hujus initio cum Rambirvillerium in Burgundia scalis irrupsisset dux Bernhardus[2], principis Condaei[3] omnem Burgundiam periclitari a vi hostium clamantis literis excitus ipse ac cardinalis Valetta[4] eo profecti sunt et jam hostis praeter excursores aliquot se in comitatum recepisse dicitur. Duci Bernhardo audio IV esse equitum millia, peditis vix quicquam. Narravit mihi Degefeldius[5], cum Dola obsessa esset, tantam fuisse imperitiam disponentium machinas, ut globi plerumque intacta urbe in partem castrorum alteram inciderent. Ad Corbiam nihildum aliud quam munit se hostis.

Rex[6] Sylvanecti est: mitto acta, quibus reginam[7] huic urbi, fratrem[8] armis summo cum imperio praeponit, multo verborum honore, velut longa experientia cognitos, cum haec prima sint utrique regendi rudimenta. Reginae consilium additi Bulionius[9] et Butillerius[10], quem Angli[11] non minus quam ego, siquid obveniat, adire jussi: praeterea princeps parlamenti Lesaius[12] et Leo[13]. Fratris regii nomen repertum est, sub cujus umbra cardinalis[14] imperaret, cui fasces submittere noluerat tentatus comes Suessionensis[15]. Veteri sanguinis profluvio non sine ulceribus ac dolore laborat cardinalis, flans interim ingentes spes. Nam fratri regio dixit se ipsi a sacris futurum Bruxellae, hac expeditione. Creditur rex brevi in his partibus habiturus L M egregiis nobilium civitatumque studiis. Machinae ei sunt XL, eductae e Portu Gratiae pleraeque.

Turcam[16] sperant Galli moliturum aliquid, quo vires Hispani distrahant; ego aegris adeo, ut nuper[17] scripsi, ejus imperii rebus nihil magni sperare audeo.

Brezaeus[18] quod de se questum sciat cardinalem infensus, privatis insuper stimulatus in Mileraeum[19] odiis, videtur abjicere velle publica munia dolente nemine. Classiarios omnes Pontcurleio[20] - alius hic est cardinalis propinquus,

1 Gedrukt *Epist.*, p. 263; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 239. Tesamen met nos. 2721, 2734, 2744 en 2762 beantw. d. no. 2802.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Henri de Bourbon, prins van Condé.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Christoph Martin, vrijheer van Degenfeld; zie VI no. 2137, p. 16 n. 3.
6 Lodewijk XIII.
7 Anna van Oostenrijk, koningin van Frankrijk.
8 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
9 Claude de Bullion.
10 Claude le Bouthillier.
11 De ordinarius Engelse ambassadeur te Parijs burggraaf John Scudamore en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
12 Nicolas Le Jay († 1640), premier président du parlement de Paris.
13 Hugues de Lionne (1611-1671); in 1636 vertrok hij naar Italië, waar hij zich de vriendschap van Giulio Mazzarini (Jules Mazarin) verwierf.
14 De Richelieu.
15 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
16 Sultan Murád (Amurath IV).
17 No. 2744, p. 372.
18 Urbain de Maillé, markies van Brezé; zie no. 2734, p. 356 n. 7.
19 Charles de La Porte, markies, later hertog van La Meilleray; zie no. 2734, p. 357 n. 1.
20 François de Vignerot, markies van Le-Pont-de-Courlay; zie no. 2734, p. 357 n. 2.

longis navibus praefectus - iratos dimissionemque postulantes literis et melioris imperii promissis placat cardinalis.

Iam tertium intra paucillum temporis salutatum me venit regis admissionalis[1] dixitque Zavaskium[2] redditum meliori valetudini iter domum parare per Venetias. Quid egerit, nescio. Ceterum aliquid nobis noxium latere suspicor.

Ait Heufdius[3] polliceri Bulionium nobis sub anni hujus exitum XXXII imperialium dalerorum millia. An staturus sit promissis, nescio. Certe impellere non desinam summa tota repraesentata valere ad res agendas potuisset. Istae particularum solutiones nihil aliud sunt quam vincula, quibus nos retineri putant obstrictos.

Londinio rex Angliae[4] ob luem digressus Oxoniae nunc est. Ait comes Licestrius non in imperatorem[5] tantum et Bavarum[6], sed et in Hispanum[7] justas[8] sibi armorum causas, quod hic procuraturum se, ut Palatinatus cum electoratu reddatur, promiserit. Procurandi verbo includi praestandi necessitatem volunt Angli, cum Hispani operam se debere, non et eventum praedicent. Quamdiu cum Batavis de mari calet controversia, quis est, qui Anglos, qua oportet fortitudine, Palatini negotium curaturos putet?

Landgravius[9] quid Hagae egerit, quid acturus sit Arausionensis princeps[10], magna est exspectatio. Iuvenis princeps Wittembergius[11] ivit ad castra regis mihique valedicens rogavit, ut Tuae Sublimitati per me commendaretur.

Milereius[12] magnus antehac religionis reformatae defensor, sed a suis abscissus, dum cardinalis Riceliaci auspiciis conciliaturam inter romano-catholicos et evangelicos molitur, nihil deterritus libri antehac a se editi[13] successu improspero, aliud vulgavit inscriptum cardinali hoc titulo: christianae concordiae inter catholicos et evangelicos in omnibus controversiis instruendae consilium[14]: nihil aliud haud dubie quam apud illos irrisum, apud hos offensam lucraturus, cum initium faciat ab assertione primatus Petri, quem perpetui ecclesiastici regiminis causa institutum asserit. Neque videt cardinalem aliosque pontificis[15] ministros sub pacis vocabulo nihil aliud agere quam ut speciosum obtentum

1 Anne de Brulon; zie V, p. 316 n. 1 en passim.
2 De Poolse gezant Johan Zawadski.
3 De Parijse bankier Johan H(o)eufft, financieel zaakgelastigde voor Frankrijk zowel als voor Zweden.
4 Karel I.
5 Ferdinand II.
6 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.
7 Philips IV.
8 De lezing der *Epist.* 'jussas' zal op een zetfout berusten.
9 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; vgl. no. 2749, p. 381.
10 Frederik Hendrik.
11 Vermoedelijk Roderich, oudste zoon van Julius Friedrich, hertog van Würtenberg-Weiltingen; zie IV, p. 40 n. 9.
12 Foutief voor Mileterius; bedoeld is Théophile Brachet, sieur de la Milletière. Zie over hem V, p. 368 en n. 10 aldaar; zie ook IV, nos. 1601 en 1602.
13 *De universi orbis christiani pace et concordiâ, per eminentissimum cardinalem ducem Richelium constituendâ.* Parisiis 1634; vgl. V, p. 368 n. 10.
14 *Christianae concordiae inter catholicos et evangelicos in omnibus controversiis instituendae consilium ... de fidei per Christi gratiam dono et divina praedestinatione, per Theophilum Brachetum Milleterium* s.l. 1636.
15 Urbanus VIII.

subministrent iis, qui ob metum aut spem a parte afflicta ad valentiorem cupiunt transgredi.

Ratisbonensis conventus jam coiisse creditur atque inter caetera acturus de Trevirensis[1] dispositione[2].

Crediderim magnas esse inter Rhenum atque Ararim hostium copias, quando princeps Condaeus nuntiatur nobis incendisse suburbia Divionis, ne illis latebras praeberent, et Colmaria magno exercitu premi.

Opto, Excellentissime Domine, Tuae Sublimitati res prosperas.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus

H. Grotius[3].

Lutetiae, 11 Septemb. 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2758. 1636 september 12. Aan N. van Reigersberch[4].

Mijnheer,

Hertogh Bernhard[5] heeft Remberville in Lorraine ingenomen bij escalade. Daernae is hij ende den cardinael de La Valette[6] gegaen nae 't hertogdom van Bourgogne, alwaer den vijant soo groff aenging, dat den prince van Condé[7] genootsaeckt is geweest de fauxbourgs van Dyon selff te branden. Nu seyt men, dat een deel van 's vijants volck is voor Colmar.

In Picardye heeft den vijant nae Corbye nyet gevordert. Den coning[8] is te Senlys. Men meent, hij haest hebben dal vijftighen duysent man, heeft XL stucken geschuts; heeft het gelyet, dat 't leger zijnen broeder[9] gegeven, door dewelcke den cardinael[10] sal regieren ende 't gouvernement van Parijs aen de coninginne[11] geassistert van den Raedt van de heren Bulion[12], Butiller[13], Lejay[14] ende Lion[15].

1 Philipp Christoph von Sötern, aartsbisschop-keurvorst van Trier; hij was op 26 maart 1635 met zijn hoofdstad in handen van de Spanjaarden gevallen.
2 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing 'depositione'.
3 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
4 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 c. Eigenh. oorspr.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
7 Henri de Bourbon, prins van Condé.
8 Lodewijk XIII.
9 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
10 De Richelieu.
11 Anna van Oostenrijk, koningin van Frankrijk.
12 Claude de Bullion.
13 Claude le Bouthillier.
14 Nicolas Le Jay; zie no. 2757, p. 387 n. 12.
15 Hugues Lionne; zie no. 2757, p. 387 n. 13.

De vloot doet noch nyet. Men heeft hoop op den Turck[16], maer soo ick meen, tevergeefsch, alsoo dat rijck zeer ontstelt is. Pontcurley, general van de ga-

16 Sultan Murád (Amurath IV).

leyen (?)[1], neeff van mijnheer den cardinael, hadde gewilt, dat de capitainen van zijn regiment - want hij oock colonnel is - souden commanderen over de galeyen; hyerover hebben de capiteynen van de galeyen haer afschyet begeert. Den cardinael - ongeluckigh in 't advancement van zijne vrunden - heeft aen de capiteynen geschreven tot accommodatie.

Den mareschal de Bressé[2] over enige onlusten nyet wel eens met mijnheer den cardinael soeckt uyt de dyensten te schyden, daer nyemant zeer droeff om sal sijn. Laestmael als Doles belegert was, was het geschut soo gestelt, dat het meest over de stadt passeerde ende raeckte dye van het leger aen d'andere zijde.

Men verlanght hyer zeer te weten, wat den landgraeff[3] in Den Hage heeft gedaen ende wat den prins van Orangie[4] sal beginnen, dye men seyt Damme genomen te hebben ende te gaen voor Brugge.

Den cardinael is weder vol pijns vanweegen zijn hemorrhoïden, maer dat is hem nu ettelijcke maelen tot gesondthijt gedijt.

Ick verlang om wat claer te zijn in alle mijne saecken uE. voor desen gerecommandeert.

XII Sept. XVI^{c}XXXVI.

Thuccydides[5] hout voor seecker, dat Cimons[6] saecken moeten nae Alca[e]us[7] toe.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raide in Hollant In Den Hage.

Port.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 12 septemb. 1636 wt Paris.

2759. 1636 september 16. Van N. van Reigersberch[8].

Mon frère,

Den ordinaris dach vermaent mij tot schrijven, hoewel ick om uEd. yet te doen weten wel een dach twee, drie langer soude hebben moeten wtstellen.

Mijnheer den prins[9] staet in pointen om het leger te doen marcheren, werrewaerts naer toe is onseecker ende qualijck te gissen. Eenyge groote scepen geven opinie men paerdevolck wil embarqueren, ende dat soude moeten wesen met dessein op Hulst ofte het Sas. Antwerpen is van grooter gewichte, hoewel veler oogen daer mede op vallen. Andere meenen die praeperaten sijn, gelijck mede een geslagen

1 François de Vignerot, markies van Le-Pont-de-Courlay; zie no. 2734, p. 357 n. 2.
2 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
3 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; vgl. no. 2749, p. 381.
4 Frederik Hendrik.
5 Schuilnaam voor de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Codenaam voor de Staten-Generaal.
7 Codewoord voor bestand.
8 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 8 m. Eigenh. oorspr. Tesamen met no. 2749 beantw. d. no. 2801. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 294.
9 Frederik Hendrik.

brugge over den Rhijn, om den viant te amuseren; willen, dat het op Breda is gemunt.
De meeste diversie voor Vranckerijck soude werden gecauseert met yet

op de cust van Vlaanderen te attenteren, ende, dewijle het oogemerck is die crone dienst te doen, soo mocht wel yet in die quartieren vallen.

Desen dach crijgen wij tijdyngen, dat de grave van Ritbergen[1], baron van Westmale[2], een cornet Beest met een cappitain Heerwaert[3], die onlanckx in statendienst is geweest ende sonder pasport over is gegaen met miscontentement ende dessein op Schenckenschans, in ons leger gevangen sijn gebracht; de particulariteyten weet men noch niet, doch wilden met een convoy naer Breda ende hadden bij haer eenyge maenden soldi voor eenyge compangiën, met wel 300 wagens, ende sijn bij 3000 ruyters, 2000 vierroers van de onse geslagen.

Den lantgrave[4] is naer ons leger. Gister sach ick brieven van den 7 deser wt Hamburch geschreven bij St. Chaumont[5], die seyden den oversten Wrangel[6] seven regimenten van Marusini[7] hadde geslagen.

Een schip van cust van Coromandel, waerdych ten minsten achthien oft tweeëntwintych tonnen gouts, soo het alles in heeft, dat tot sijn ladynge was gedestineert, leyt voor de Oostindische Compangie in Hitlant[8]; twee oorloochschepen ende twee fregatten sijn om het in te brengen. De actiën sijn geresen tot 252 vijftyen. De Compangie sal in nagelen wtdeelen 27 1/2 per cento.

Van daer heb ick geen tijdynge als van den eersten Aug.

Ick bidde om mijn gewonelijcke gebiedenisse.

UEd. dienstwillygen broeder
N. v. Reigersberch.

Desen 16 Sept. 1636.

Adres: Mevrouw Mevrouw De Groot, Tot Paris.
In dorso schreef Grotius: 16 Sept. 1636. N. Reig.
En boven aan de brief: Rec. 14 oct.

1 De jonge graaf Von Rietberg, zoon van de graaf van Oost-Friesland (Huygens aan Amalia van Solms dd. 14 september 1636; Worp, *Briefw. Const. Huygens* II, p. 193 no. 1446). Wellicht betreft het hier Johann von Rietberg († 1660).
2 Hier moet bedoeld zijn Lancelot van Grobbendonck, baron van Wesemael, de zoon van Anthony Schetz, heer van Grobbendonck en niet diens schoonzoon zoals Huygens aan Amalia van Solms dd. 14 september 1636 schreef (Worp, *Briefw. Const. Huygens* II, p. 193).
3 Henrich van Herwaerden; hij was in 1632 kapitein van een compagnie voetvolk. Hij had een aanslag op Schenckenschans beraamd; op 8 oktober kwam hij voor de krijgsraad, heeft bekend en is onthoofd. De cornet Beest heb ik niet nader kunnen identificeren.
4 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; voor zijn bezoek aan de Republiek zie ook voorgaande brieven.
5 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Karl Gustav Wrangel, zoon van de veldmaarschalk Herman.
7 Rudolf Marazini, veldmaarschalk in dienst van keizer Ferdinand II.
8 Zie hierover no. 2697, p. 304 en n. 6 aldaar.

2760. 1636 september 18. Aan L. Camerarius[9].

Nobilissime Domine,

Fervent hic de pace sermones misitque ad cardinalem Hispanum[10] pontificis

9 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 71. Gedrukt *Epist.*, p. 265. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.

10 Don Fernando; zie IV, p. 412 n. 11.

hic agens nuntius[1], ut ad pacem tractandam tempus ab armis quietum obtineat. Angli[2] urgent, ut reddatur Lotharingia, sperantes eo[3] se opimiores conditiones impetrare posse Palatinae domui.

Bellum ubique majore strepitu quam processu agitur. Nam praeterquam quod Corbiam exacte muniit hostis, nihil aut cis aut ultra Samaram magni agitat et rex[4] nobilitatem ab extimis regni partibus adventantem in ver distulit, ita ut praelium exspectandum non videatur.

In Burgundia quid futurum sit, dubitari potest: sunt nunc ibi principis Condaei[5], cardinalis Valettae[6], ducis Bernhardi[7] copiae; sed magnus est regis Hungariae[8] et Galassii[9] exercitus crescitque e Silesia, Saxonia, Westfalia.

Vallis Telinensis res non optime se habent aegrotante Rohanio[10] simulque rebus Rhaeticis et imminente hoste, tum ex Lindavia, tum ex Tirolensi agro.

Mari nihil agitur naves longas triplo supra Gallos numero habente Hispano[11], caeteris minus illi coelo idoneis. Per Italiam Gallis sociisque ad Hiberna repulsis agro potitur Hispanus cepitque Castella Fontanam ad Sesiam, Rebidum non longe Alexandria Insubrium, exemit obsidio Rotofredi castellum in Placentino agro caesis, quas ibi collegerat Parmensis[12], copiis. Parmensi diras minatur pontifex, ni bello abstineat.

Angli Ratisbonensia adhuc responsa exspectant. It eo a Polonia Ossolinskius[13] regis sui[14] jus in Suediam commendaturus imperatori[15] et electoribus[16] pacisque se Germanicae conciliatorem oblaturus. Simul regi Hungariae, si quid potest, ad Romanum Regnum[17] adipiscendum navabit operam. Hanovia de induciis agit rerum periculo.

Tempus efficit, ne quid adjungam aliud, Illustrissime Domine, quam votum pro Illustrissimae Dominationis Tuae rebus prosperis.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni observantia addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, VIII/XVIII Septemb. MDCXXXVI.

1 Giorgio Bolognetti, nuntius van Urbanus VIII in Parijs.
2 De ordinarius ambassadeur in Parijs, John Scudamore, en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
3 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 Henri de Bourbon, prins van Condé.
6 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II.
9 Matthias, graaf Gallas, genaraal-majoor in dienst van de keizer.
10 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
11 Philips IV.
12 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
13 Jerzy (Georg) Ossolinsky, Pools diplomaat, als gezant afgevaardigd naar de keizer.
14 Wladislas VII (IV).
15 Ferdinand II.
16 Zie voor hun namen VI, p. 381 n. 13.
17 Op 30 december vond zijn kroning plaats; zie VI, p. 140 n. 7.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

2761. 1636 september 18. Van J. de Groot[1].

Seer Lieve ende waerde zoon ende dochter de Groot,

Uwer L. moeder[2] ende ick, met veel andere goede vrunden alhyer, wenschen uwer E. met alle derzelver Lieve geselschap aldaer, alle geluck, gesontheyt ende zalicheyt.

Ick hebbe uwer E. met mijne voorgaende[3] bedanckt gelijck ick alsnoch doe mits dezen van de 150 £, dewelcker uwer E. door uwer E. broeder[4] ons hebt laeten aentellen; Godt almachtich wil het uwer E. vergelden alhyer tijdelick ende hyernamaels ewelick.

Uwer E. broeder heeft op mij begeert, dat ick alhyer tot Delff soude vernemen nae dit dictionarium Kilians[5] ende dat ick hetzelve van hier door neeff van der Dussen[6] aldaer soude overseynden, gelijck ick zeer gaerne hebbe gedaen.

De pest neemt alhyer al meer ende meer toe, evenwel op veel andere plaetsen noch vrij meerder dan alhyer. Tot Haerlem gaet het al schrickelick voort; de laetste weeck isser al over de vijff hondert gesturven. Hyer sijn dorpen, alwaer qualick een huys daervan vrij is; doch het en is niet alleen alhyer in Hollandt maer oock in meerder andere omleggende provinciën. Het schijnt dat Godt almachtich zelver het oorloch wil aennemen etc.

Hyermede, Seer Lieve ende waerde zoon ende dochter de Groot, Godt almachtich wil uwer E. ende ons allen verleenen 't gunt Hij weet, dat ons zalich is.

Metter haest tot Delff, den 18e September 1636 st. novo.

Al uwer E. goetgunstige goede vader
Jan de Groot.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur etc. à Paris.

Par amis que Dieu garde

Avecq un pacquet marcqué[7].

In dorso schreef Grotius: 18 Sept. 1636 I. de Groot.

2762. 1636 september 18. Aan A. Oxenstierna[8].

Excellentissime Domine,

Ad Silvanectum sunt nunc quoque rex[9] et cardinalis[10]: rex bene valens, cardinalis super corporis dolores animo quoque aeger, dum cogitat, quantis rebus

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 23. Eigenh. oorspr.
2 Aeltgen Borre van Overschie.
3 No. 2739.
4 Willem de Groot.
5 Cornelis Kiliaen, *Etymologicvm Tevtonicae Lingvae;* zie no. 2627, p. 197 en n. 5 aldaar.
6 Waarschijnlijk Eewout van der Dussen; zie over hem III, p. 11 n. 4.
7 In de brief volgt hier een merkteken.
8 Gedrukt *Epist.*, p. 264; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 241. Beantw. tesamen met nos. 2721, 2734, 2744 en 2757 d. no. 2802.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.
10 De Richelieu.

et fratrem regium[1] et comitem Suessionensem[2], armis nunc regiis ita cogente necessitate impositos, offenderit, cunctaque consilia circumspicit, per quae non Galliae tantum, sed et sibi consulat et sua et propinquorum oneratus invidia non ita placatis dejecto Brezaeo[3] nobilium vulgique animis, ut stantem Mileraeum[4] patientes aspicere possint, cujus avaritia[5] nova haec regni vulnera feruntur accepta. Accedit fama ipsam reginam matrem[6] Capellam venisse, ut e propinquo factionem, si possit[7], suscitet, quod tamen vix successurum creditur, quia ultio ejus cum Hispanorum rebus conjuncta est, quorum odium metusque apud Gallorum animos omnibus inimicitiis graviora sunt.

Corbiam hostes ita in altum excitatis operibus munierunt, ut oppidi aspectum abscondant. Partem tamen copiarum habent in iis locis, quae nobis cis Samaram sunt, quasi proelio paratam, quanquam non credunt rerum periti consilium ipsis eam aleam jactandi. Nec magis id rex, quanquam et ipse pugnaturi famam spargit, facturus videtur: nam et Pictaviensem et Armoricam nobilitatem venire ad se paratam in ver distulit.

Rambervillerio per vim capto bonam famam assecutus est dux Bernhardus[8], quod mulierum praesertim divino cultui dicatarum pudicitiae eam curam gesserit, quam hinc abiens reginae[9] promiserat.

Pulveris bellici, quod e Portu Gratiae venit, in Picardiam portatum est. At in Burgundiae ducatu tanta fuit penuria ex regentium non incuria sed peculatu, ut coacti fuerint Divionis magistratus a Genevensibus petere, obtinuerintque decem librarum millia, postquam tantundem Helvetii se Genevensi armamentario reddituros promiserant.

De Alsatia nihil habemus certi: et conjuncturusne se sit cum rege Hungariae[10] Gallasius[11], an in Campaniam, quia ducatui Burgundiae satis a rege prospectum sit, iturus dubitatur.

Classis regia progressa ad Stoechadas re nulla acta rediit; neque mirum, cum XII naves longas habeat haud amplius contra Hispanicas ejus generis XXXVI, quibus se aliae a duce Etrusco[12] adjungant, quasi ex Senensi foedere[13], ex quo et cohortes praebet, revera quod ipse ut alii principes Itali, statum praesentem Italiae moveri nolint. Navibus, quae rotundae dicuntur, validior Gallus: habet enim prope LX, cum Hispanus[14] supra XIV non habeat: sed earum silente coelo, quod saepe in illo mari evenit, usus exiguus. Tum vero militum classis omnis regia plus sex mille non habet, quod ad terrestres conatus parum est.

1 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 Urbain de Maillé, markies van Brezé; vgl. no. 2734, p. 356 en n. 7 aldaar.
4 Charles de La Porte, markies van La Meilleray; zie no. 2734, p. 357 en n. 1 aldaar. Vgl. ook no. 2757, p. 387.
5 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘avaritiae’.
6 Maria de Medici; zij hield verblijf in de Spaanse Nederlanden.
7 De uitgave der *Epist.* heeft - foutief - ‘posset’.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Anna van Oostenrijk, koningin van Frankrijk.
10 Ferdinand, zoon van Ferdinand II en later - 15 februari 1637 - als Ferdinand III diens opvolger.
11 Matthias, graaf Gallas, als generaal-majoor in dienst van de keizer.
12 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
13 De uitgave der *Epist.* heeft ‘odore’!
14 Philips IV.

Sperarunt per Petrum Mancinum[1] exsulem multis ejusdem fortunae comitatum in regno Neapolitano aliquid movere Galli: sed ei quoque rei obviam iisse videtur regni ejus rector[2], praeter eas, quas habet copias, ab Etrusco duce quater mille peditum auxilio adjutus. Postquam Galli diminutum ad sex millia exercitum multis laborantem incommodis in agrum Montisferrati et Pedemontanum retro duxere, Hispani agrorum compotes Gatinaram incendere, Fontanam cepere tridui oppugnatione, et alia manu Redibum in Mediolanensi ducatu. Auctum utriusque loci praesidium.

Discordiae Gallos inter et Sabaudum[3] non desinunt: neque occultae sunt, nuper etiam ad mutua vulnera progressis inter se militibus, dum morandi sedem in Pedemontanis quibusdam locis Galli sibi vindicant, Sabaudi negant.

Ducis Parmensis[4] copias Gallorum auxiliis, quae mari Genuensi venerant, nonnihil auctas in agro Placentino cecidit dux Hispanus Martinus Arrago[5] quinque millia secum habens, Germanos maxime, castellumque Rotofredum periculo exemit. Neque vero armis tantum invalidus Parmensis, sed et pontificis[6], cujus vasallus est, imperiis concutitur minantis ei certam excommunicationem, ni intra XXX diem armis absistat missa pari ad Doriam[7], vicinum ejus atque hostem, denunciatione. Creduntur ambo Mutinensis[8] exemplo bellum relicturi iis, qui potentiores sunt quam ut talibus territentur.

Etiam marchioni Estraeo[9] per amicitiae speciem cardinalis Barbarinus[10] ostendit monitorium in regem Galliae paratum: et in cardinalium consessu adversus Riceliacum, ut pacis christianae turbatorem, declamatum constat, nimirum ab Hispanica, quae multum ibi potest, factione. Et extra ordinem jubilaeum publicavit pontifex pacis a Deo expetendae gratia. Pontificis, qui hic est, nuntius[11], regis permissu ad cardinalem Hispanum[12] misit de indutiis; ejus negotii eventum opperitur simulator morbi Zavaskius[13], ut, si succedat, suas res apud Gallos simul et Anglos eandem opportunitatem exspectantes, promoveat.

Video multa tentari in Poloni[14] gratiam metuique, ne aliquando etiam apertius controversum nobis fiat jus regni. Ideoque ego, qui non nimium rigidus circa honoris ostentamenta esse solebam, cogor circumspicere atque observare singula.

De Rohanii[15] morbo, quem remittere intelligimus, quantaque ibi sint rerum

1 Niet geïdentificeerd.
2 Manuel de Guzmán, graaf van Monterey.
3 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
4 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
5 Don Martin de Aragon y Alagon, Spaans generaal van de artillerie, later van de cavalerie in Milaan († 1639).
6 Urbanus VIII.
7 Gian Andrea Doria, prins van Melfi; vgl. VI no. 2323, p. 296 en n. 10 aldaar.
8 Francesco d'Este, hertog van Modena.
9 François Annibal, markies van Coeuvres, hertog van Estrées.
10 Francesco, kardinaal Barberini, neef van paus Urbanus VIII.
11 Giorgio Bolognetti.
12 Don Fernando; zie IV, p. 412 n. 11.
13 De Poolse gezant Johan Zawadski; van diens werkelijke of voorgewende ziekte is in voorgaande brieven bij herhaling sprake.
14 Wladislas VII (IV).
15 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in Graubünden en de Veltlin.

gerendarum impedimenta, scribit Marinus[1], cujus res Tuae Sublimitati cordi esse non dubito.

Ad comitem Licestrium[2] rex Britanniarum[3] nec minus ad Arundeliae comitem[4] sua manu scripsit. Sperant inde aliquid e re sua Galli. Sed in postremo colloquio cum iis, quos rex Galliae ei negotio imposuit, Gallis foedus offerentibus, si jam nunc arma Angli sociare vellent, negavit ejus se rei potestatem habere Licestrius. Neque aliud quicquam Galli obtulere: quos miror etiam nunc sperare abiturum Ratisbonensem conventum sine electione romani regis[5]. Ajunt imperatorem[6] ex majoris numeri sententia regem romanum non nisi consentientibus suffragiis fieri posse. Facile aliquos electorum[7] rem prolataturos ad pacis tempus.

Ego videor mihi videre cursuros certatim electores, ut sua studia imperatori ejusque filio cunctas terras per arma, insidentibus probent. Bavarus[8] matrimonio et spe communium liberorum gravido jam uxoris utero adstringitur[9]: Saxo[10] et Brandenburgicus[11] per consiliarios Austriacis mancipatos arcanasque pactiones: ecclesiastici religionis studio. Et ne Trevirensis[12] discrepet aut captivi suffragio disputatio oriri possit, alius surrogatum iri dicitur: idque inter capita consultationis fore juxta pacem Suedicam bellique in Gallos molimina et tributorum ordinationem.

Landgravium[13] fama spargit ab indutiis recessisse acceptis e Gallia L M scutatorum et cohortibus duabus.

Plerique sic existimant patrem Iosephum[14], in quem negotiorum maxima transmittit cardinalis, dum aulae Romanae gratiam et sibi purpuram quaerit, ea agere, quae et res sociorum et Galliae et ipsius cardinalis Riceliaci plurimum labefactent.

Recentiores ab Italia literae nuntiant Afros praedones a Biserta et Tuneto exscensu in oram Neapolitanam facto, sine damno depulsos.

Germanicae vero literae quanquam eae veteres magno ad nos ambitu veniunt, metuere nos jubent Colmariae, Montipellicardi, Schlestado. A Gotzio[15] Paderbornam obsideri: venientes ad Gallasium septem peditum cohortes, unam draconariorum ad Norimbergam conspectas dici in itinere esse decem cohortes e Silesia, duo

1 Carlo Marini (Charles Marin); zie over hem V, p. 436 n. 4. Grotius stond in regelmatige briefwisseling met hem.
2 De extra-ordinarius Engelse gezant in Parijs Robert Sidney, graaf van Leicester.
3 Karel I.
4 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
5 Op 30 december werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot rooms koning gekroond; zie VI, p. 140 n. 7.
6 Ferdinand II.
7 Zie voor de namen van de keurvorsten VI, p. 381 n. 13.
8 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.
9 Maria Anna, dochter van Ferdinand II, met wie Maximiliaan in tweede echt gehuwd was, schonk op 31 oktober 1636 het leven aan een zoon, Ferdinand.
10 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
11 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
12 Philipp Christoph von Sötern, aartsbisschop-keurvorst van Trier; zie no. 2757, p. 389 n. 1.
13 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
14 De bekende gunsteling van De Richelieu, François Leclerc du Tremblay; zie V, p. 16 n. 6.
15 Johann, graaf van Götz; zie no. 2685, p. 281 n. 7.

militum e Westphalia millia, paulo plus a Saxone, quae se aut cum illo, aut cum rege Hungariae jungant. Hanoviam de indutiis pangendis laborare.

In Anglia est jam Ponica[1]. Illud quoque non praeterierim, cum hic Galli exterique omnes fraudari se non tantum suetis regis liberalitatibus, sed et stipendiis debitis querantur, comitis interim Svarzenburgici[2] Brandenburgicam aulam regentis libere honoraria ad diem persolvi.

Haec postquam scripseram, redit ad me Hamilton[3]. De Hornio[4] nihil spei, mutata omnia. Pecuniae, quam hic acceperat, post multa impendia restant Tiguri II M VIII C imperiales. Ea summa si suppleatur, ut fiant VI M imperialium, ait posse redimi supellectilem Horni[5] bis tantum valentem, quae Ulmae[6] est. Ipse dubitat hic cohortem, quae Heiburni[7] fuit, ambire malit, an ad Tuam Sublimitatem proficisci. Putat principem Condaeum[8] cum Valettae[9] et ducis Bernhardi copiis imparem[10] tamen hosti multum illis[11] in partibus crescenti fore. Praeterea Vallis Telinae laboraturas res incursu hostilium copiarum, partim e Lindavia, partim e Tirolensi agro. Regem Hungariae ipsum ivisse ait Ratisbonam.

Mitto Pebliczii[12] literas de illo negotio loquentes, de quo jam per notas scripsi et Sprecheri[13], ex quibus cognoscet Sublimitas Tua insidias, quae literis nostris fiunt.

Rediit jam huc a Nivernensi peregrinatiuncula baro Scudamorius[14], ordinarius Angliae legatus; venitque ad me et literas mihi Northumbrii comitis[15] ostendit, ex quibus video Batavos piscatores coepisse subire jugum piscarii vectigalis. Pro ea mercede Angli eos a Dunquercanorum rapinis defendent. Ita introducuntur onera, quae paulatim in immensum exeunt.

Deus, Excellentissime Domine, Tuam Sublimitatem resque ejus prosperet.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
Hugo Grotius[16].

Lutetiae, 8/18 Septemb. 1636.

Polonorum literae nos docent pacis negotio destinatum Zavaskium: Ratisbonensi conventui Ossolinskium[17] in mandatis habentem, ut regis Hungariae

1 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
2 Adam, graaf van Schwartzenberg; zie III, p. 225 n. 5.
3 Hugh Hamilton; zie no. 2734, p. 359 n. 4. De naam staat in de tekst in cijfercode: 57.27.61.55.60.68.73.78.
4 De Zweedse maarschalk Gustaf Karlsson Horn. Hij was bij Nördlingen in september 1634 in gevangenschap geraakt en het gerucht ging, dat hij was ontsnapt en weer gegrepen. Vgl. no. 2693, p. 294 n. 2. De woorden ‘De Hornio’ staan in cijfercode: 53.72. 14.73.66.78.79.59.266.
5 De naam staat in cijfer: 14.17.66.78.55.112.
6 De naam staat in cijfercode: 48.6(i.p.v. 7).30.98.
7 Sir John Hepburn; zie over hem no. 2620, p. 185 n. 1.
8 Henri de Bourbon, prins van Condé.
9 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
10 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing ‘impares’.
11 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘illas’.
12 Georg Johann Peblicz; zie over hem VI no. 2323, p. 298 n. 3.
13 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie IV, p. 138 n. 9.
14 De ordinarius Engelse ambassadeur in Parijs burggraaf John Scudamore.
15 Algernon Percy, graaf van Northumberland; zie no. 2710, p. 321 n. 7.
16 Onderschrift en naam ontbreken in de editie der *Epist.*
17 Jerzy (Georg) Ossolinsky; zie no. 2760, p. 392 n. 13.

praesentationi faveat, ut pacis Germanicae adjutor sit et ut amicos sibi paret, per quos indutiae cum Suedis in pacem ex ipsorum commodo mutentur.

Rex secum habet in Picardia ferme XLV M milites.

Fratri regio adest Lafortius[1], comiti Suessionensi Castilionaeus[2]. Et hic alchimista gloriosus Boismaillaeus[3] nomine, cum rege et cardinali multa collocutus auri, si credimus, tam properus opifex, ut septenis diebus CC M scutatorum facile sit daturus, egregium rebus egenis subsidium. Patior facile regem, nequid ei prodesse potest, hac fama frui.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2763 [1636 september 20]. Aan G. Galilei[4].

Cognationem nobis esse cum coelo ex tuis maxime operibus didici, vir sapientissime, omnem humanum conatum superantibus, quibusque effectum est ut neque veterum[5] scripta desideremus[6], neque metuamus ne ulla posteritas de hoc saeculo triumphet. Nolo id mihi gloriae sumere, ut me inter discipulos tuos fuisse dicam; magni enim est ingenii ista vel te praeeunte assequi. Inter admiratores si me dixero semper fuisse, nihil mentiar; felicem vero me, si qua tuis partubus in immortalitatis lucem exeuntibus obstetricari possim. Quae[7] causa est cur, ubi ex amicorum optimo Adeodato[8] intellexissem, te post tot exquisitissima studia etiam ad illam tam diu, tam frustra quaesitam longitudinis deprehensionem ad iecisse vim perspicacissimae mentis[9], non ignarus, quantum in eo momentum navigantibus versaretur, Batavis et maris, et maris domitorum domitoribus, praecipue sacrandum hoc repertum, cunctas humani generis utilitates post se relicturum iudicarem. Viam monstravi, quam ineundam censerem, cui spero successum adfore dignum tanti operis merito, paratus in id conferre quicquid aut meae aut amicorum est opis. Veneror te, qui ista aetate tam ingratos expertus animos adversus utrumque invictus et haec et alia plurima ac maxima suscipere pergas. Ista vero non senectus dicenda est, sed vitae perfectio et de omnibus fortunae iniuriis gloriosissima victoria.

1 Jacques Nompar de Caumont, hertog van La Force.
2 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
3 Een zekere Dubois Maillé of Mailly, wiens eigenlijke naam Pigard of Girard was. Op 4 december 1636 werd hij als bedrieger ontmaskerd en gevangen gezet; op 25 juni 1637 is hij terechtgesteld.
4 Hs. Florence, Bibl. Naz. Mss. Gal., P.I.T. XV, car. 18. Eigenh. oorspr. Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 74. Gedrukt *Epist.*, p. 266; *Le Opere di Galileo Galilei ed. Naz. Vol. XVI* Firenze 1905, p. 488; C. de Waard, *Isaac Beeckman*, p. 251. De brief is ongedateerd en volgt in het copieboek no. 2 op de - eveneens ongedateerde - brief no. 2765 en op no. 2764 aan Axel Oxenstierna dd. 20 september. Daarom heb ik hem op 20 september gedateerd. Over Galileo Galilei zie men V no. 2108, p. 489 n. 7
5 De uitgave der *Epist.* heeft - onjuist - 'vetera'.
6 De uitgave der *Epist.* heeft - ten onrechte - 'desideramus'.
7 De copie te Den Haag heeft, evenals de uitgave der *Epist.*, de - foutieve - lezing 'Quia'.
8 Elias Diodati uit Genève; hij bevond zich in Parijs.
9 Wellicht het eerst in 1639 te Parijs verschenen *L'Usage du quadran*; zie no. 2712, p. 326 en n. 1 aldaar.

Hunc ego sublimi quaesitum mente triumphum
Ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
Scandere Pompeii, quam scandere colla Iugurthae[1].

Valetudinem tibi opto prosperrimam; quod cum facio, humani generis negotium gero.

Tuorum meritorum maximo[rum] non ingratus aestimator
H. Grotius.

Adres: Sapientissimo Viro D. Galilaeo Galilaei.

2764. 1636 september 20. Aan A. Oxenstierna[2].

Excellentissime Domine,

Venit ad Sublimitatem Tuam tribunus Hamilton[3], amicus fide optima mareschalli Hornii[4], cui nihil magis nocuit, quam quod nimium multis Gallorum et Germanorum res, quae quam maxime celari debebat, innotuit. Ego ferme postremus eam scivi. Feci, ne pecunia deesset, contribui consilium et operam, jam tum tamen multum metuens, ne res tam multis indicata res nostras suo ex usu nec ultra aestimantibus displaceret.

Nunc per Angliam transit Hamiltonus ibi quoque communi causae, si quid potest, profuturus. Puto dignum, qui a Suedis bene excipiatur, tum ob virtutes ejus, quas a multis praedicari audio, tum quia Gallicae militiae Suedicam constanter praefert.

Deus det, ut ejus opera, Excellentissime Domine, Suedia Tuaque Sublimitas felices utantur.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, X/XX Sept. MDCXXXVI.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2765. [1636 september 20]. Aan L. Reael[5].

1 Vgl. Lucanus, Pharsalia IX, 598-600: Hunc ego per Syrtes Libyaeque extrema triumphum // ducere maluerim, quam ter Capitolia curru // scandere Pompei, quam frangere colla Iugurthae.
2 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 72. Gedrukt *Epist.*, p. 266; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 245. aant.
3 Hugh Hamilton; zie no. 2734, p. 359 n. 4.
4 Gustaf Karlsson Horn; zie no. 2762, p. 397 n. 4.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 72. Gedrukt Antonio Favaro, *Lettera inedita di Ugo Grozio a Lorenzo Realio concernente la proposta di Galileo agli Stati Generali delle Provincie Unite dei Paesi Bassi per la determinazione delle*

longitudini in *Atti del Reale Istituto Veneto di scienze, lettere ed arti, Anno accademico 1911-1912 Tomo LXXI, parte seconda*. Venezia, p. 31-38 (Adunanza del 29 ottobre 1911);
C. de Waard,

Mijn Heer,

Wetende, hoe grooten werck alle wijze luyden maecken van het overgroote verstant ende arbeyt van den heer Galilaeo[1], daerbij considererende, hoeveel het menschelijcke gheslacht daeraen ghelegen is, dat eenige seeckerheyt bekomen moge werden van de distantie der plaetsen ten aensien van de deelen van den Equinoctial, ben seer blijde gheweest uyt de heer Diodati[2], mijn oude bekende, te verstaen, dat dien treffelijcken man in de volheyt van sijne ervarentheyt daermede besich was[3]. Hebbe oock gheoordeelt, dat gheene natie in de werelt aen dese vindinge sooveel ghelegen was als de vrije Nederlanden, ende in deselve vooral de meest beseylende stat Amsterdam. Ende om daer bij yemant te treffen, die de kennisse mochte hebben om van dit werck te oordeelen ende t'selve met authoriteyt te bevorderen, heb ick niet lang mijn gedachten hyer ende daer gheslagen, maer datelijck gheoordeelt, dat alle de qualiteyten hierinne vereyscht in niemant uytnemender en waren als in uwe Ed.^{t}.

Dese week volgens mijnen raedt door de heer Diodati ghenomen sijnde is soo veel gheluckt, dat door uwe Ed.^{t} wijs beleyt bij de Hooge Mogende Heeren de Staten-Generael seer bequaeme commissarisen syn over dit stuck gheordonneert. De swacheyt van t' lichaem de heer Galilaeo over een tijt wat verhindert hebbende, hebben wij beyde, d'heer Diodati ende ick, ghestadich aenghehouden bij denselven Galilaeo om sijn voorslach bij gheschrift te hebben, alsoo sijne ouderdom hem het overkomen nyet toe en laet. Met vele vermaningen hebben wij hetselve bekomen, sulx dat het nu aen uwe Ed.^{t} wert overghesonden. Tis waer: t'en heeft noch sijne volkomentheyt nyet om alle de vruchten, die men soude mogen wenschen ende hoopen voort te brengen. Maer hij wijst de wech aen, waerdoor andere jonger ende stercker daer bij konnen doen tgunt daeraen ontbreekt, sijnde oock bereyt, sooveel in sijne machte is, de saecke te helpen vorderen ende te arbeyden tot wechneminge van alle beletselen. Die de groote consten eerst hare beginselen hebben gegeven, sijn eer ende danck waert; den heelen boom is in het saet, hoewel tijt moet hebben om te wassen.

Ick bidde uwe Ed.^{t} twee dingen te willen doen: te maecken, dat dese eerste opening wel werde aengenomen, ende voorts te bevlijtigen, dat hetgunt daeraen ontbreekt daerbij mach werden ghevoecht door bequaeme personen, totdat men eyntelijck bereycke het voorghestelde oogemerck; waerin ick mij ten hoogsten sal verheugen vanwegen mijne goede affectie tot het menschelijck gheslacht, noch naerder aen de Nederlanden ende noch naerder aen de stat Amsterdam, aen dewelcke ende een hare wijtberoemde regierders ende aen ontallijcke vrienden aldaer ick mij ten hoogsten houde gheobligeert, wenschende haer allen ende insonderheyt, Mijn Heer, uwe Ed.^{t} voorspoet ende welvaren.

UE. oprecht dienaer.

1 Over Galileo Galilei zie V no. 2108, p. 489 n. 7.
2 Elias Diodati uit Genève; hij bevond zich in Parijs.
3 Wellicht het in 1639 te Parijs verschenen *L'Usage du quadran*; zie no. 2712, p. 326 en n. 1 aldaar.

2766. 1636 september 22. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

Vos lettres du dernier d'Aougst et du 8e de septembre[2] m'ont esté délivrées par diverses voyes au mesme iour du 16 de sept. J'ay envoyé ce qui estoit pour monsieur le grand chancelier[3] avecq des recommandations de vostre persone et de voz affaires. Son Ex.ce a esté receu en Suède avecq des honneurs admirables et travaille pour le public espérant de faire passer bientost des nouvelles troupes dans l'Allemagne s'il ne les y meine luy mesme.

Nous (!) affaires en ces quartiers ne vont pas mal, puisque le marescal Banier[4] estant renforcé par Lesle[5] a faict quitter à Maracini[6] ses posses, lequel se retire vers la Saxe.

Outre cela noz Suédois ont pris le ville de Lunenbourg et un fort chasteau à quatre lieues de Hambourg nommé Winsem et ont accordé leurs différents avecq Danemarq.

L'ennemy depuis quelque temps n'advance rien en France, ayant contre luy en Bourgogne les troupes du prince de Condé[7], du cardinal de la Valette[8] et du duc de Weimar[9] et en Picardie la grande armée, dont l'avantguarde est commandée par monsieur le comte[10], le corps de bataille par monsieur[11] et l'arrièreguarde par le roy[12] estant en personne à Senlis. Roy est repris et on espère en peu de temps faire quitter l'ennemy la France n'estant pas grande apparence qu'il puisse défendre aultre place que Corbie, laquelle il a fort bien fortifiée.

Nous soubhaittons touts icy la santé de M.r le duc de Rohan[13] et la prospérité de ses affaires.

Vostre serviteur.

A Paris, ce 22 de sept. 1636.

2767. 1636 september 22. Van Rijngraaf Otto[14].

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 74. Antw. op nos. 2736 en 2747. Tesamen met no. 2793 beantw. d. no. 2831? Betreffende geadresseerde, Charles Marin of Marini, zie V, p. 436 n. 4.
2 Resp. no. 2736 van 30 augustus en no. 2747.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Johan Gustavsson Banér.
5 Alexander Leslie; zie over hem V, p. 420 n. 2.
6 Rudolf Marazini, veldmaarschalk in dienst van keizer Ferdinand II.
7 Henri de Bourbon, prins van Condé.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
10 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
11 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van de Franse koning.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.
13 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van het Franse leger in Graubünden en de Veltlin.
14 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 18. Orig. eigenh. ondertek. Antw. op no. 2729; beantw. d. no. 2788? Vgl. aldaar, p. 427 n. 5. Voor de schrijver zie men V, p. 405 n. 3.

Unsern günstfreundtl: gruss in allem geneigten willen zuvor Edler Vester besonderss geliebter Herr und Freundt.

Wir haben desselben schreyben vom 16/26 verwichenen Augusti[1] gestern empfangen und thun unss der beschehenen communication günstfrl: bedanckhen.

Dieser orthen seind verschiedenen Dinstag beederseits armeen nahe zue sammen gerathen, da mann dieserseits sich in hiesigen orthen gesetzet und nachdem Herr FeldtMarschalckh Rantzaw[2] mit einem theil succurs im anzug gewessen, sich zue einer bataille resolvirt auch nun den feind in den 5ten tag erwarttet, Er hat aber in seinem vortheil bey Chamnites still gelegen, und nichts sonderliches tentiret, und ist zue erhoffen, es werde der liebe Gott noch eine erwünschte occasion verleyhen, dass demselben noch ein grosser abbruch beschehen möge, wie in dem übrigen den Herrn Ambassadeurn überbringer dieses, der Fürstl. Stalmeister[3], mit mehrerem berichten würdt.

Mit was freuden sonsten des Herrn ReichsCantzlers Exc.: und Leg.[4] in Schweden empfangen worden und wie deroselben relation in der Herrn Stände gemüther getrungen, auch was vor mir einhellige dapfere resolution zue restabilirung eines durchgehenden heylsamen friedens und forthsetzung der Königl. Cron gerechten Wafen de novo gefasset worden, darvon würd der Herr Ambassadeur sonder Zweifell mehrere particularia haben, alss mann dieser orthen auss anderwertlich einkommenen berichten noch zur zeit vehig worden. Wir haben I: Exc. und Leg. hierinnen pillich zue congratuliren und desswegen beykommend an dieselbe geschrieben mit günstfrl. ersuchen, der Herr Ambassadeur wolle sich gefallen solche schreyben mit nechster gelegenheit zu überschicken, auch in dem bewusten negotio unserem Agenten[5] seinem abermahligen guthen offerten nach, durch seine vielvermögenheit zue assistiren, damit derselbig zue gewühriger expedition baldt gelangen möge.

Das seind wir umb den Herrn Ambassadeurn zue allen begebenheiten mit besonderm danckh zue beschulden bereitwillig.

Verpleibend nechst Göttlicher emphelung des Herrn Ambassadeurs dienstwilliger
Otto, wildt unndt Reinngraff.

Datum im hauptquartier Montsaujon, den 12/22 7bris 1636.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 2 oct. 1636 n.s.
Onder aan de brief staat: Grootium.

2768. 1636 september 22. Aan G.J. Peblicz[6].

Monsieur,

1 No. 2729.
2 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
3 Vermoedelijk Wolf Dietrich Truchsess; vgl. no. 2737, p. 362 n. 3.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Friedrich Betz.
6 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 76. Over Georg Johann Peblicz zie VI no. 2323, p. 298 n. 3.

J'ay receu par M.r le colonel Hamilton[7] vostre lettre du 2e Sept. n. st.[8] qui

7 Hugh Hamilton; zie no. 2734, p. 359 n. 4.
8 Ontbreekt.

m'a esté très agréable et encore plus la nouvelle qu'il m'a porté de vostre santé et vostre soing perpétuel pour le bien commun.

Le dict S.r Hamilton est allé en Angleterre pour veoir s'il peut aider à réveiller les trop endormis. Par l'affaire duquel escrivez et de quoy il m'a fait rapport ayant fait tout ce qu'on a peu il fault se remettre en la providence divine. D'Angleterre le S.r Hamilton passera en Suède pour y trouver le grand chancelier[1], lequel après une longue absence a esté receu en sa patrie comme ses mérites requièrent non seulement les sénateurs, mais aussy les députez de touts les estats qui pour l'amour de luy avoient continué leur assemblée.

J'espère de faire passer bientost des nouvelles troupes en Allemagne, là où cependant noz affaires ne vont pas mal, Maracini[2] ayant esté forcé par conjoinction de Lesle[3] avecq le mareschal Banier[4] de se retirer vers la Saxe, laissant à noz Suédois temps de chercher leurs advantages comme ils ont fait, prenants la ville de Lunenbourg et un chasteau bien fort nommé Winsem à quatre lieues d'Hambourg. Je me resiouis de tout cecy et plus encore de ce que noz Suédois ont adjusté leurs différents avecq le roy de Danemarq[5].

Je vous prie s'il ne vous incommode de faire tenir cette lettre à bon sieur Sprecher[6] et me recommande, monsieur, comme

Vostre serviteur très obéissant.

A Paris, ce 22e de Sept. 1636.

2769. 1636 september 22. Aan P. Schmalz[7].

Nobilissime Domine,

Mitto literas, quas pro te ab Hebsteinio[8] accepi.
Nos recte valemus omnes; tibi valetudinem et iter optamus prosperum laeti tum crescente indies regis[9] exercitu, quem partim ipse regit, partim frater[10], partim comes Suessionensis[11], tum Roya ex hostibus recepta. Nam quae in Burgundia geruntur, quanto propiores estis, melius vos scire oportet.

Tributum piscarium a plurimis Batavorum navibus extorsere Angli indignantibus Batavorum proceribus, qui classe XXXVI navium obsessum eunt Flandriae portus,

1 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
2 Rudolf Marazini, veldmaarschalk in dienst van keizer Ferdinand II.
3 Alexander Leslie; zie V, p. 420 n. 2.
4 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
5 Christiaan IV.
6 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie over hem IV, p. 138 n. 9.
7 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 75. Gedrukt *Epist.*, p. 266; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. IV, p. 581. Peter Abel Schmalz was secretaris van de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
8 Johan Epstein, Zweeds gezant te Parijs.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.
10 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
11 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

ne posthac Britanni eo viros, arma, pecunias inferant. Princeps Arausionensis[12] eduxit quidem exercitum, sed quid tam sera anni tempestate facturus sit aut facere etiam possit, incerti haeremus.

12 Frederik Hendrik.

Vale cum Reigersbergio[1].
Tuus tui studiosissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XXII Septembris MDCXXXVI.

In dorso met andere hand: Romae den 12/22 Octob. 1636.

2770. 1636 september 22. Aan E. Sprecher[2].

Nobilissime Domine,

Literae Tuae, quas scriptas IX/XIX[3] cum Peblitzii[4] literis accepi, ita gratae mihi fuerunt, ita plenae fidei optimique affectus in res et communes et Suedicas, ut eas ipsas cum testimonio, quod virtutibus tuis debeo, magno cancellario[5] transmiserim.

Insidias fieri nostrum utriusque literis et tu recte mones et ego pridem sensi. D. Marini[6] literae bene ad me perveniunt, tuae non item. Causam attigisti. Quaeramus, quam poterimus tutissimas, curandi vias, et si tamen eae fallunt, cogitationum optimarum conscientia freti spernamus incerta casuum.

Res vestrae Rhaeticae eo iverunt, quo ituras semper judicavi. Det Deus, ne in peius ruant.

Ex Germania habemus satis prospera, ex quo Leslaeus[7] se cum Bannerio[8] iunxit: captum a nostris Luneburgum oppidum et arx Winzemum munita satis ad quartam ab Hamburgo leucam; Maracinus[9] relicta castrorum sede retro coactus cedere Saxoniam versus.

Burgundiam contra regis Hungariae[10] Gallassiique[11] copias defendunt egregia manu princeps Condaeus[12], cardinalis Valetta[13] et dux Vinariensis[14]; Picardiam et

1 Johan, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer Johan van Reigersberch, in leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
2 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 76. Gedrukt *Epist.*, p. 266. Over geadresseerde, Fortunatus Sprecher von Bernegg, zie IV, p. 138 n. 9.
3 Ontbreekt.
4 G.J. Peblicz, aan wie brief no 2768 is gericht; zijn schrijven aan Grotius ontbreekt.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Charles Marin of Marini, met wie Grotius een drukke correspondentie onderhield; zie over hem V, p. 436 n. 4.
7 Alexander Leslie; zie over hem V, p. 420 n. 2.
8 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
9 Rudolf Marazini, veldmaarschalk in dienst van keizer Ferdinand II.
10 Ferdinand, zoon van Ferdinand II.
11 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van de keizer.
12 Henri de Bourbon, prins van Condé.
13 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
14 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

propiora tripartito exercitu rex[15], frater ejus[16], et qui Royam recepit comes Suessionensis[17]. Autumnales morbi, deinde hyemis incommoda infestos dirimunt.

15 Lodewijk XIII van Frankrijk.
16 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
17 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

Interim Coloniam Agrippinensem petere pacis cudendae causa dicuntur Ginettius[1] a pontifice[2], pro Gallia Riceliaci frater, Lugdunensis cardinalis[3]; sed lentis passibus, tanquam si Iunonis[4] sacra ferrent.

Vale et nos, quoties poteris, non tantum rerum, quae geruntur, sed et conjectationum tuarum fac participes.

Tuus toto animo
H. Grotius.

Lutetiae, XXII Septembris MDCXXXVI Novi Cal.

2771. 1636 september 23. Van Willem de Groot[5].

Frater optime,

Scripsi duobus his mensibus aliquammultas ad te litteras neque ullum interea responsum accepi; quare has addendas duxi, ut aliquid certi de vestra omnium valetudine intelligamus. Nos omnes Dei gratia valemus neque quicquam aegrius ferimus, quam quod interciso propemodum commercio rarius quam par est a vobis ad nos veniunt nuntii. Vtenbogardus noster[6] a Deputatis Ordinum adjuvante per commendatitias principe[7] liberationem ejus reditus obtinuit, qui ad duo florenorum millia sortis nomine ex confiscatione erat constitutus sub hypotheca domus. Ita jam illi ad plenam restitutionem parum abest.

In castris nostris nihil fere magnae rei geritur. Centurio Herwardius[8], qui nuper a nostris post transfugium et attentatam proditione Venlonam captus erat, capite paenas luit. Nominavit ante mortem aliquos apud nos viventes, quos stipendia ex Hispania accipere asseverabat, verane et comperta attulerit, an ex aliorum improba accusatione vitae suae patrocinium paraverit, incertum. Multae undique coguntur naves et quidem majores, unde non male colligi videtur principem expeditionem aliquam moliri in loca mari vicina: et forte non deesset occasio, nisi extenuato admodum aerario quae in eam rem sunt necessaria vix suppetere posse crederentur.

Kilianum[9] per amicos Delfenses misit pater[10], quem tibi redditum iri confido.

Vos ut valeatis et quid illic rerum geratur, quam saepissime intelligere valde avemus; nos vicissim officio nostro non deerimus.

1 Martio, kardinaal Ginetti.
2 Urbanus VIII.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, bisschop van Lyon; zie verder over hem IV, p. 135 n. 15.
4 De uitgave der *Epist.* heeft 'Iunoni'.
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr.
6 De predikant Johannes Wtenbogaert (1557-1644), een der belangrijkste leiders van de remonstrantse broederschap. Op 24 mei 1619 werd hij verbannen onder verbeurdverklaring van zijn goederen, doch reeds in 1626 keerde hij heimelijk terug, waarna hij al vrij spoedig openlijk optrad zonder daarbij ernstige hinder te ondervinden.
7 Frederik Hendrik.
8 Henrich van Herwaerden; zie no. 2759, p. 391 en n. 3 aldaar.
9 Cornelis Kiliaen, *Etymologicvm Tevtonicae Lingvae*; zie no. 2627, p. 197 en n. 5 aldaar.
10 Jan de Groot; vgl. no. 2761.

Deus Opt. Max. te tuam tuosque liberos servet incolumes.
Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, XXIII Septembris 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Trèschrestien A Paris.
In dorso schreef Grotius: 23 Sept. 1636 W. de Groot.
En boven aan de brief: Rec. 27 oct.

2772. 1636 september 24. Van A. Matthisius[1].

Mijn Heere,

Den 30[en] Augusti[2] schreef ick uE., dat mij door D. Brandano[3] verwitticht was, hoe den schipper met wien hij vanhier gereist is, door contrary windt de Mase wa(s) ingeloopen, ende dat hij daer noch soude moeten vertoeven, totdat hij in 't geselschap van anderen met eenen bestandigen Oostenwindt soude mogen voortgaen op Rouen. Oock dat hem door eenen sijnen reijsgeselle eenich geldt verstreckt was, 'twelck hij hem belooft hadde tot Rouen wederom te geven. Ende alsoo hem sedert dien tijdt den windt niet gedient heeft, hebbe ick, nu eenige dagen geleden, hem ordere gegeven, sich in Den Hage te addresseren aen mijnheere M.[r] Wilhem de Groot, om bij sijne E. soo veel gelts te lichten, daermede hij, sonder langer in Hollandt te vertoeven, door Engellandt metten eersten sijne reijse soude mogen bevorderen. Gelijck ick dan oock naeder ontfang van uE. laesten in dato 6 Septembris[4] 'tselve aen mijnheere uE. broeder met desen boode wederhalen sall, waeromme ick hoope 'tselve metten eersten sal worden naegecomen, daermede uE. Brandani dienst niet langer en hebbe te ontbeeren.

Dese weecke hebbe ick al mijn goedtien op Hollandt gescheept, naedien 't sterfhuijs van mijne l. Sal: huijsvrouwe[5] voor weijnich dagen vredelick geëffent is. 't Was oock ontslooten nae 8 of 10 dagen te lande te volgen, maer alsoo men mij seyt, dat de sterfte door 't gansse landt, oock in Den Hage ende daeromtrent, onlangs seer is toegenomen, sal ick het welicht noch eenige weecken aensien, immers meijn ick eerst advys uyt Den Hage te verwachten.

Boven 'tgene in mijnen voorigen gemeldt is, hebbe ick niet aen Brandanum verschooten, ...eigde oock hij soude daermede hebben cunnen strecken tot Rouen, soude hem anders geern meer gedaen hebben. Met (!) houdt hier voor seecker dat

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 22. Eigenh. oorspr. Over Assuerus Matthisius zie men V, p. 72 n. 10.
2 Ontbreekt.
3 Brandan Dätri, luthers theoloog uit Hamburg; hij kwam als huispredikant van Grotius naar Parijs. Zie VI no. 2369, p. 364 en n. 3 aldaar; vgl. ook VI, nos. 2377 en 2417, bovendien VII, no. 2746.
4 Ontbreekt.
5 Agneta van de Wouwere; zie V, p. 72 n. 10.

de Sweden Havelberg, de schans tot ... ende de brugge daerbij over de Elve den churfurst[6] afgenomen hebben, liggende hoochgemelde churfurst met sijn legers bij Peerleberg, aen dese sijde van de Havel ende Elve. Verder verloop sal de tijdt geven.

6 Johann Georg, keurvorst van Saksen.

De groetenissen sall ick aen de vrienden bestellen, uEd. biddende, dat het hem gelieve uE. met mevrouw de Groot ende ll: kinderen, te nemen in sijne vaderlicke toeversycht, onder seer dienstelicke groetenisse van ons allen.

UE. seer dienstwil:
Ass. Matthisius.

Hamb:, 24 Septemb: 1636.

Adres: Mijnheer Mijnheer Hugo de Groot, ordinarijs Ambassadeur van de Coninginne, ende de Croone Sweden aen den alderchristelicksten Coninck, tot Parijs.

Boven aan de brief: Rec. 30 oct.

In dorso: 24 Sept. 1636 Matisius.

2773. 1636 september 25. Aan Willem de Groot[1].

Literas, mi frater, tuas 18 Septembris accepi datas 26 Augusti[2]. Et tardae saepe ad nos perveniunt epistolae et intercidunt nonnunquam obreptis terra itineribus, mari, ut fert ejus natura, incertis.

De Petro[3] curae nobis erit. Quod autem de Brasiliano itinere scripseram[4] sub tanti nominis duce[5] non posse id ei non honestum esse, etiam nunc videtur. Rerum maritimarum exacta cognitio cum literarum quamvis mediocri profectu multum illi commendationis apud Batavos, Suedos, aut alios adferre poterit. Si non allubescit hoc, volo Hagae sit hac hyeme, apud te, si res tuae ferunt, si non, apud alium aequa mercede, et exscribat formulas libellorum, actionum, defensionum et omnem illam pragmaticae scriptionis farraginem; quem ego laborem olim concoxisse memini. Deinde sub ver ad nos veniat Aureliae titulum iurisconsulti accepturus, ut deinde Hagae perceptis rebus forensibus Amstelodamum redeat isti se tribunali, ut lucrosiori, dediturus. Auctor ei ad omnem diligentiam, ut semper fuisti, ita et nunc sis, precor.

Salmasius[6] paratus est mare transmittere. Graswinckelius[7] multum ne perrexerit in responso ad Seldenum, scire aveo. Video ista non joco ab Anglis agi. Sed volunt credi in arcano se cum proceribus Hollandiae convenisse: et Ioachimium[8] perferre pactorum approbationem.

1 Gedrukt *Epist.*, p. 863. Antw. op no. 2727.
2 No. 2727.
3 Grotius' tweede zoon Pieter, die voor zijn studie in het vaderland verbleef.
4 Vgl. no. 2732 van 28 augustus.
5 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2726, p. 345 n. 13.
6 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden; hij bevond zich met verlof in zijn vaderland.
7 Theodoricus Graswinckel; vgl. ter zake no. 2588, p. 143 en n. 2 aldaar.
8 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius ambassadeur van de Republiek in Londen.

De Heinsio[9] mira narras. Non male ei volo. Si qua in parte filio ejus[10] prodesse potero, faciam. Exercitationes ejus[11] ubi prodierint, rogo ad me veniant.

9 Daniel Heinsius.

10 Nicolaes; vgl. no. 2727, p. 346 en n. 11 aldaar.

11 *Danielis Heinsii Sacrarvm Exercitationvm ad Novvm Testamentvm Libri XX. In quibus Contextus Sacer illustratur, SS. Patrum aliorumque sententiae examinantur, Interpretationes denique antiquae aliaeque ad eum expenduntur. Qvibvs Aristarchvs Sacer, emendatior nec*

Paratum habet adversarium Salmasium. Id gaudebunt interpretes non LXX, sed Lugdunenses.

Quid princeps Arausionensis[1] agat, scire velimus. Ab aliquo tempore nihil ad nos venit literarum. Et hic et in Burgundia et in Italia parum agitur, nisi quod Roiam recepere Galli, ad Dorlanum ire dicuntur Hispani.

Valete, amici omnes.

Lutetiae, 25 Septembris 1636.

Scripsit hodie ad te uxor literas, quas cum vestibus Petro hic factis misit ad Treselium[2]. Si quid ultra opus habet, sume e reditibus nostris sive mortalibus sive immortalibus, ut res feret. Audio ex multis ei non parum temporis perire. Ego et ipsum et alios filios ita pro meis habeo, si diligentiam meam imitentur.

Has ad D. Blanckiam[3] literas curandi negotium in te suscipias, si prope est, sin minus, certo amico mandes rogo.

Tuus tibi obligatissimus frater
H. Grotius.

2774. 1636 september 26. Aan S. Bielke[4].

Illustrissime Domine,

Parum uberem scribendi materiam nobis suppeditat temporis huius inertia, per aequatas tum in Picardia tum in Burgundia bellantium vires. Magni sunt exercitus in Picardia et locis vicinis, quinquaginta non minus millium et ex Gallica et ex Hispanica parte. Hi Corbia bene munita Dorlanum obsident. Illi Royam receperunt.

In Italia iniquum certamen. Dux Parmensis[5] caeso aut capto ejus milite, Rotofredum qui obsidebat, Placentiae haud ausus consistere Parmam refugit. Eo quoque insecutus eum est Martinus Arrago, dux Hispanus[6], et ex parte Padi altera, quae Cremonam respicit, tendit eodem cardinalis Trivultius[7], quo facilius inter se jungantur imposito flumini ei ponte. Pontem alterum eidem amni ad Bassignanam imposuit summae belli impositus Leganesius[8] Montisferratensi, ut videtur, regioni imminens, quo se recepere Galli, ut in Pedemontanos agros Sabaudi nihil molientes perpetuis inter male sociatos discordiis.

Mari nihil fit nec magis in Valle Telina.

Valde, quod dolendum, abalienatus a re Gallica Rhaetorum animus.

1 Frederik Hendrik.
2 Daniel Tresel te Rouaan.
3 Wellicht een verschrijving voor Blonckiam; dan is Suzanna van Reigersberch bedoeld, weduwe van dr. Anthonie Bloncke.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 77. Gedrukt *Epist.*, p. 266. Over geadresseerde, Sten Bielke, zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
5 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
6 Don Martin de Aragon; zie over hem no. 2762, p. 395 n. 5.
7 Giovanni Giacopo Theodoro, kardinaal Trivulzio, prins van Mesocco, graaf van Melzo († 1657).
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganès.

Angli etiamnunc Ratisbonensia consulta exspectant et, ut multi iudicant, conditionibus etiam mediocribus faciles se et tractabiles Austriacis praebebunt; quod quo magis credamus, faciunt istae alienissimo tempore resuscitatae et indies magis magisque calescentes cum Batavis controversiae.

XIX mensis huius ex novo Calendario, quod hic sequimur, copiae cardinalis Valettae[1] et ducis Bernhardi[2], quibus se Ransovius[3] coniunxerat, cum eo milite, quem habuerat princeps Condaeus[4], erant Montsavioni: Champliti Gallassius[5] et dux Carolus[6] intervallo leucarum trium in collimitio Burgundiae.

Deus, Illustrissime Domme, Tuam Illustrissimam Dominationem servet ac sospitet.

Lutetiae, XVI/XXVI[7] Septemb. MDCXXXVI.

Significant Batavi per legatum suum[8] regi Britanniae[9] se novum piscarium vectigal non toleraturos.

Naves Hispanicae XXVII Dunquercam ingressae sunt cum IV[m] et ultra militibus non sine culpa classis Batavae.

2775. 1636 september 26. Van J.F. Gronovius[10].

Viro *τρισμεγίστῳ* Hugoni Grotio Iohannes Fredericus Gronovius salutem et observantiam.

Quod tam longo tempore nihil ad te literarum dedi[11], nobilissime domine, cum nemo unus sanctioribus votis instauratae fortunae tuae faveret, non processit ex ullo frigore meae erga immortalia decora tua observantiae, sed ex verecundia, qua sola olim praesenti me tibi non displicuisse confido.

Quare nunc quoque cum meditata oratione silentium rumpere vellem, nihil egi aliud, quam ut cum pudore luctarer et infantiae meae velut rationes inspicerem: adeo omnia deficiebant verba, quibus observantius alloqui te sperabam quam silui. Occupo ergo invita verba, et spargam haec, non eligam, ut ipsa fiducia securitasque sermonis fidem faciat tibi, ne praecipiti quadam cogitatione interruptam religionem, qua cum merita tua semper tum comitatem, qua in cultores tuos me adscripsisti, postquam primum audivi vidique venerabile illud et probum os tuum, *τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν*[12], et visum veneratus sum. Opto autem

1 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 Josias, graaf van Rantzau; zie over hem VI no. 2343, p. 327 n. 13.
4 Henri de Bourbon, prins van Condé.
5 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
6 Karel IV, hertog van Lotharingen.
7 Verbeterd uit een schrijffout in de Haagse copie: XVI/XXVII.
8 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke.
9 Karel I.
10 Copie Leiden, UB. coll. Burm. f. 5; coll. Gron. 55 f. 5. Beantw. d. no. 2815. Betreffende Gronovius zie men V, p. 229 n. 2. aant.
11 De laatst bekende brief van Gronovius aan Grotius is die van 7 februari 1634 (dl. V, p. 229 no. 1911).
12 Homerus, *Ilias* I, 249.

a summo Numine, cum virtutibus tuis par honor evenire non possit, is uti perpetuo rerum tuarum status sit, qui nec magnitudinem tuam dedeceat nec pietatem studiumque de publico egregie porro merendo inhibeat.

Studia nostra paucis consiliis tuis excitata[1] in eo nunc vigore sunt, ut vel hac solum caussa unius ambulationis moram mihi tecum exoptem, ubi explorares, num aureos sermones tuos intelligere potuerim. Neque enim adeo fastidiose ultra Sirenibus adhaeresco, ut non sublimiorum quibus maxime vita iuvatur, si non omnis, tamen potiore ex parte sim: neque ita severa illa persequor, ut in barbaros transeam et deliciis literariis nuncium remittam. In quibus ut pote, ubi plus videor posse, lucrativis horis exerceo et iacto me interdum, si forte aliquod, quantumvis parvum ad iuvandas literas momentum esse possim.

Ita nuper ad P. Papinii Statii Silvas[2] diatriben scripsi[3], cuius, si liceret per locorum intervalla et itinerum difficultates, neminem quam te, vir maxime, iudicem esse malim. Diligentiam certe magnam adhibuimus et, quantum nostra tenuitas patitur, plurima tum in ipso poëta tum in interpretum commentariis emendanda animadvertimus. Atque en gustum. Equo maximo Domitiani[4]: Te signa ferente Et minor in leges iret gener et (Ca)to castris[5]. Non est hic locus summorum virorum *παροράματα* ad haec verba recensere. Quorum omnium communis error est, quod ire in leges sub leges concedere interpretantur. Nos ‘ire in leges’ dictum putamus, ut Virgilio: ‘imus in adversos’[6]. Statio: ‘adversum moriens it miles in hostem’[7]. Leges sunt illae, quas senatus infelici magnanimitate armato Caesari[8] imposuit - Suetonius Iulio cap. XXVIII[9] -, de quibus signatur (?) Petronius[10]: ‘Tu legem, Marcelle[11], tene’[12]. Leges pro earum latoribus et pertinacibus defensoribus, ut divine tu apud Lucanum[13]: ‘Scit cruor imperii qui sit, quae viscera legum’[14]. Quod equidem semper exosculatus sum, ex quo intelligere potui. Hoc igitur dicit: Si tuis auspiciis partes Caesaris fuissent administratae, si tu Cae-

1 Bijvoorbeeld in Grotius' brief van maart 1634 (V, p. 234).
2 Over de latijnse dichter Publius Papinius Statius en zijn *Silvae* zie men IV, p. 216 n. 2.
3 *Johannis Frederici Gronovii in P. Papinii Statii Silvarum Libros V. Diatribe Ad Th. Graswinckelium Equitem & JC.* Hagae-Comitis, Ex Officina Theodori Maire MDCXXXVII.
4 Het eerste gedicht van boek I der *Silvae* is gewijd aan het ± in het jaar 91 opgerichte ruiterstandbeeld van keizer Domitianus; zie Gronovius, *Diatribe*, p. 21 (c. IV) - abusievelijk als 25 gepagineerd -.
5 Statius, *Silvae* I I, 27/8 ed. Mozley (Loeb Class. Libr.), I, p. 8; zie Gronovius, *Diatribe*, p. 18: te regna ferente; *Diatribe*, p. 20. Voor Marcus Porcius Cato Uticensis zie IV, p. 501 n. 4.
6 Vergilius, *Aen.* XI, 389; Gronovius, *Diatribe*, p. 17.
7 Statius, *Silv.* II V, 20; Gronovius, *Diatribe*, p. 17.
8 De Romeinse dictator Gaius Julius Caesar.
9 Suetonius Tranquillus, *De Vita Caesarum: Divvs Ivlivs*, XXVIII; zie de editie van Rolfe (Loeb Class. Libr.), p. 38.
10 Gaius Petronius Arbiter, Romeins schrijver; zie over hem V, p. 230 n. 1.
11 Marcus Claudius Marcelius, consul in 51 v. Chr.; vgl. de in n. 9 geciteerde plaats bij Suetonius.
12 Petronius Arbiter, *Satiricon* 124 (288); zie ed. Heseltine (Loeb Class. Libr.). p. 274. Gronovius, *Diatribe*, p. 19.
13 Marcus Annaeus Lucanus (39-65), Romeins dichter; aanvankelijk tot de kring rond keizer Nero toegelaten, werd hij later diens vijand. Hij nam deel aan de samenzwering van Gaius Calpurnius Piso tegen het leven van de keizer en werd bij de ontdekking daarvan tot zelfmoord gedwongen.
14 Lucanus, *De Bello Civili* VII, 579: Scit, cruor imperii qui sit, quae viscera rerum; zie ed. Duff (Loeb Class. Libr.), p. 412.

sar fuisses, in has leges et earum rogatores defensoresque capita illa adversarum partium Pompeius[1] te minor, non magnus solus paremque ferre indignatus, et Cato ultro tecum ivissent, armati movissent[2]. Invidiosissimum autem illud in hostes Divi, quod proxime ante clementiam erga externos furores Domitiani[3] praedicavit, qua videlicet illi digni non essent, qui tam ingratos pro studio Rom. imperii augendi se ostendissent[4]. Videtur et illos latores perstrinxisse Caesar lib. I. de bello Civili: Decurritur ad illud extremum atque ultimum senatus consultum, quo nisi poene in ipso urbis incendio atque in desperatione omnium salutis, latorom audacia, nunquam ante discessum est: dent operam consules, praetores etc.[5] posset scribi - latorum audacia! -: et verum probarem, si Florus[6], non Caesar in manibus esset.

Quae tamen non intelligere me fateor, atque ideo addo, ut a te me hoc doceri petam. Utinam autem gravissimae occupationes haec permitterent, ut spondere mihi possem te, quae ad libros illos observasti, mecum communicaturum aut quaestionibus meis responsurum.

Permulta habeo, quae anteriores interpretes securi praeterierunt, in quibus ego tamen nec volam nec vestigium boni integrique sensus video. Rogarem illud praecipue, ut magni viri libros, in quibus tanta cum specie disputat satiram et re et nomine Graecae originis esse, pervolutares quaeque non recto stare talo putares, enotares mihi. Etsi enim facile alba sim linea ad ea, quae me olim docuisti, praesertim recens a lectione operis Casauboniani[7]; sunt tamen ibi quaedam, in quibus mihi non satisfacio. Bella autem occasio est hac de re accuratius disserendi ad illa in Tiburtino Manlii Vopisci[8]:

> Liventem Satiram nigra rubigine turbes,[9]

ubi plaudit sibi mire Gevartius[10], cum corrigit turpes. At nos vulgatum ita defendimus. Duo sunt, ex quibus Satira Luciliana[11] cohaeret, ordo turbatus et confusaneus seu respectu materiarum seu stili, qui prosam versae miscet, sive sermonis, qui Graecam latinae, et insectatio vitiorum per sales et acerbos iocos. Quae

1 Gnaeus Pompeius Magnus: zie IV, p. 501 n. 2.
2 Gronovius, *Diatribe*, p. 20.
3 De Romeinse keizer Titus Flavius Domitianus (81-96; geb. 51).
4 Gronovius, *Diatribe*, p. 20.
5 Caesar, *Bellum Civile* I, 5; ed. Peskett (Loeb Class. Libr.), p. 8. Vgl. Gronovius, *Diatribe*, p. 20.
6 Vgl. Gronovius *Diatribe*, p. 13. Lucius Annaeus Florus is o.a. de schrijver van *Epitome bellorum omnium annorum DCC*, een schets van de Romeinse geschiedenis, waarbij de schrijver o.m. teruggaat op Livius, Sallustius, Caesar, en speciale aandacht schenkt aan de oorlogen tot de tijd van keizer Augustus; hij is wellicht identiek met de tijdgenoot en vriend van keizer Hadrianus (117-138).
7 *Isaaci Casavboni De Satyrica Graecorvm Poesi, & Romanorum Satira Libri duo. In qvibvs etiam poetae recensentur, qui in vtraque poesi floruerunt.* Parisiis. Apud Ambrosivm & Hieronymvm Drovart, via Iacobaea, sub scuto Solaris aurei. M.DCV.
8 Het derde gedicht van boek I der *Silvae* is gewijd aan de villa (bij Tibur) van de epicurist Manilius Vopiscus, een man met smaak voor literatuur.
9 Statius, *Silvae* I III, 103; ed. Mozley (Loeb Class. Libr.) I, p. 46; Gronovius *Diatribe*, p. 64.
10 Over Jean Gaspard Gevaerts en zijn Statiuseditie zie men IV, p. 216 n. 1.
11 De Romeinse dichter Gaius Lucilius (180-102 v. Chr.) was de schepper van het origineel-Romeinse genre van het hekeldicht.

utraque summa cum eruditione et iudicio expressit hoc versu Statius. Cum enim satiram nigra liventem rubigine facit, posterius: cum turbari eam, prius innuit. Turbare miscere est, confusaneum et miscellum opus facere. Ut turbatis gressibus ambo Praecipitant lib. XI Theb.[1] hoc est, permixtis, implicitis, ut discerni non possit ab astantibus, utri cuiusque sint. Turbare satiram est opus, carmen miscellum facere et quasi per satiram scribere: de qua locutione multa pro tironibus collegimus, in quibus doctissimi viri falsi sunt. Turbare satiram liventem nigra rubigine est satiram Lucilianam condere.

Vides quam opportune gloriari possim te magistro ita me profecisse, ut communibus studiis prodesse possim. Adeo ingenui sumus, ut nemo lubentius hoc profiteatur: et is nobis pudor eaque modestia est, ne aliter summum virum, quamvis contra ipsum sentientes, accipiamus, quam ut ille se laesum queri nolit.

Age igitur, maxime heros, sume hanc operam ei homini, qui semper virtutes tuas adoravit et sane suam gloriam putat, quod eo seculo natus sit, quo non tantum publice, sed etiam privatim incomparabilis doctrinae tuae fructum participare possit. Neque aliter hoc precor, quam si negocia tua, quae fortunae Germanorum - utinam feliciter *γένοιτο, γένοιτο*! - tempora tua expensa ferunt, nobis vacare te patiantur, et eam de nobis spem habes, ut aegre non feras illustri nomine tuo chartas nostras cohonestari.

Vale, *μέγα θαῦμα Βροτῶν*[2], et ut amari nos a te sciam, literis tuis quamprimum me dignare.

Τῷ πάνυ Salmasio[3], apud quem nos commendationi tuae pudorem non incussisse intellexisti forte, officiose salvere iuberem, nisi illum in itinere iam esse crederem.

Iterum vale cum tuis et bene rem gere.

Hagae Comitis, a.d. VI Kal. Octobr. ann. MDCXXXVI.

Τῷ πάνυ Salmasio: Certe debuit dicere *τὸν πάνυ*, ni fallor. Hoc nimirum est cessare, quod minus recte expositum a te puto in Ovidii Trist. lib. III El. VII[4].

> Aut ubi cessaras, causa ruboris eram.

Neque enim ibi poëta significat studium musimum ab illa virgine intermissum fuisse, sed illam minus attentam ad ea, quae scriberet, aberrasse. Certe rem acu tetigisse puto Iacobum Wallium[5], cultissimum poëtam, qui de eadem hac Perilla:

> Non ubi cessaras, quamvis cessasse puderet,
> Delictum Musa est inficiata suum[6].

1 Statius, *Theb.* XI, 519/20: ... et ad terram turbatis gressibus ambo praecipitant.
2 Vgl. Homerus, *Il.* XIII, 99: *Ὤ πόποι, ἦ μέγα θαῦμα τόδ᾽ ὀφθαλμοῖσι ὁρῶμαι* en id., *Od.* XI, 287: ... *θαῦμα βροτοῖσιν*.
3 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden, bevond zich met verlof in zijn, vaderland.
4 Ovidius, *Trist.* III VII 26; het gedicht is gericht aan Perilla - wel ten onrechte beschouwd als Ovidius' stiefdochter de dochter van zijn derde vrouw.
5 Jacques van der Walle (1599-1690), jezuiet; hij schreef een groot aantal latijnse gedichten.
6 Op p. 216 van de editie van 1636: *Iacobi Wallii e Societate, Iesv Poematvm Libri novem*.

Quum Corallus[1] scriberet: ‘nescio, quis sit ille Plut. in Galba’[2], tum bona fide cessabat. Ita quidem sentio, nisi meliora a te docear.

2776. 1636 september 26. Aan A. Oxenstierna[3].

Excellentissime Domine,

Non multum agitur paribus ferme bellantium utrinque viribus. Putantur frater regius[4] et comes Suessionensis[5] habere XL^{m} peditum, XIV^{m} equitum. Rex[6] praeterea VIII^{m} hominum ad sui custodiam. Roya recepta a comite Suessionensi. Dorlanum hostis obsidere dicitur. Comes Suessionensis saepe tentatus antehac, an cardinalis[7] imperium pati posset, aperte respondit se ejus inimicitias malle quam in servitutem se dare. Tamen rem cardinalis obtinet rege tam prope admoto, ut vix quicquam nisi eo consulto agatur. Et creditur cardinalis fortunae suae, an et astrologorum, quibus multum tribuit, promissis fisus calida consilia cautis praelaturus.

Nuper cum marescallus Lafortius[8] haud ita celeriter propellendas in hostem copias censeret, dixit rex sibi idem videri, sed non placere id consilium cardinali. Idem homini, qui a regina matre[9] literas de pace tulerat, respondit, nihil ea de re actum iri, nisi ipsa prius in Gallia esset, quod per ludibrium dictum sit, an ut spe pacis eo trahatur, ubi in veterem custodiam recidat, diversa est interpretatio. Lafortio autem dixit rex de pace si quid sit, id se latere.

Angli legati[10] perseverant non videre cardinalem, nequid dignitati regni decedat, eaque in re negant suum regem[11] quicquam mutaturum.

Dux Vinariensis[12] non longe a Gallasio[13] in comitatu Burgundiae castra

1 Naar ik vermoed is Stephanus Corallus bedoeld; hij bezorgde een aantal uitgaven van klassieke auteurs, o.a. van Statius (1473?) en van Ovidius (1477). Zie *Short-Title Catalogue of Books printed in Italy and of Italian Books printed in other Countries from 1465 to 1600. Now in the British Museum*. London, Trustees of the British Museum, 1958. Identificatie wordt echter bemoeilijkt door het feit, dat de naam ‘Corallus’ voorkomt als pseudoniem van Ulrich von Hutten (1488-1523), graecus, dichter en hervormer. Zie bijvoorbeeld *Dialogi Septem Festive Candidi. Momvs. Carolvs. Pietatis et Svperstitionis Pvgna. Conciliabvlvm Theologistarvm adversvs bonarvm literarvm stvdiosos. Apophthegmata Vadisci et Pasqvilli de depravato ecclesiae statv. Hvttenvs Captivvs. Hvttenvs Illvstris. Avthore S. Abydeno, Corallo. Germ.* in: *Ulrichs von Hutten Schriften herausgegeben von Eduard Böcking. Vierter Band. Gespräche*. Leizig. Druck und Verlag von B.G. Teubner. 1860.

2 Noch uit Corallus noch uit Von Hutten is mij deze tekst bekend; de zin ervan is mij niet geheel duidelijk: ik weet dan ook met de interpunctie niet goed raad.

3 Gedrukt *Epist.*, p. 267; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 245. Tesamen met nos. 2781, 2789 en 2799 beantw. d. no. 2858.

4 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.

5 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

6 Lodewijk XIII van Frankrijk.

7 De Richelieu.

8 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.

9 Maria de Medici; zij hield verblijf in de Zuidelijke Nederlanden.

10 De ordinarius Engelse ambassadeur John Scudamore en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.

11 Karel I.

12 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.

habet. Auctique ibi sunt caesariani[1] novem ex Silesia partim draconariorum, partim peditum cohortibus, quae regimenta vocant. Exspectantur a Gotzio[2] tres aliae.

In Italia quiescitur crediturque Parmensis[3] honesta specie parendi jussis pontificiis[4] ab armis abiturus.

In Valle Telina nihil fit palamque in Austriacam Domum reflectuntur Rhaetorum animi Gallici dominatus odio. Scribitur inde Marinum[5] ire Constantinopolim.

Colmaria obsessa non est, tantum clausi fuerant exitus, ut tuto transirent Gallasiani exercitus impedimenta.

Cum nuper e ducis Bernhardi et principis Condaei[6] castris Suedi milites in Picardiam ituri non longe Fontebellaqueo praetergrederentur, ortus rumor ridiculus reginam Suediae[7] auxilium. regi Galliae XV millium ducere totam urbem pervaserat, ita ut multi ad eam videndam ad nos accurrerent.

Milereium[8] valde objurgavit cardinalis, Bressaeus[9] ruri latet. Inter fratrem regium comitemque Suessionensem magna amicitia cardinali non suspecta esse non potest.

Iubilaeus papae vim quidem suam hic habet, sed suppressa ejus bulla, propter illa verba ‘utrumque regem’, quae[10] et in Guenettii[11] mandatis posita dixi. Interim res eadem graves rixas inter archiepiscopum Parisiensem[12], qui jure episcopali publicavit iubilaeum etiam in hoc Sancti Germani suburbio, et abbatem Sancti Germani excitavit[13], qui est Metensis episcopus, regis natura frater[14], id jus sibi vetere pontificum indulto vindicet. Qua de re edictum archiepiscopi mitto[15].

Edidit Evortius Iolivetus[16] poëma suum, quo regis Gustavi[17] acta, ut potest, canit. Puto exemplum ad Tuam Sublimitatem aut misit aut missurus est. Petieram ab eo, ut scriptum, priusquam ederetur, ad Tuam Sublimitatem mitteretur; impetrare id ab eo editionem festinante non potui. Ego sicut sollicite mihi cavi

1 De troepen van Ferdinand II.
2 Johann, graaf van Götz; zie no. 2685, p. 281 n. 7.
3 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
4 Van Urbanus VIII.
5 Charles Marin (Carlo Marini); zie over hem V, p. 436 n. 4. Grotius stond met hem in regelmatige briefwisseling.
6 Henri de Bourbon, prins van Condé.
7 Christina van Zweden.
8 Charles de La Porte, markies van La Meilleray; vgl. no. 2734, p. 357 en n. 1 aldaar.
9 Urbain de Maillé, markies van Brezé; vgl. no. 2734, p. 356 en n. 7 aldaar.
10 De tekst der *Epist.* heeft abusievelijk ‘qui’.
11 Martio, kardinaal Ginetti; vgl. no. 2744, p. 370.
12 Joannes Franciscus, kardinaal de Gondi; zie III, p. 456 n. 2.
13 De uitgave der *Epist.* heeft in plaats van ‘et abbatem’ de woorden ‘cum Abbas’ en mist het woord ‘excitavit’.
14 Henri de Bourbon, markies van Verneuil (1600-1682), van 1612 tot 1652 bisschop van Metz, waar hij zich liet vervangen door suffragaan-bisschoppen. Hij was een zoon van Hendrik IV van Frankrijk en van Catherine Henriette de Balzac d'Entraigues, markiezin van Verneuil (1579-1633).
15 Het mandaat is van 5 september 1636; de opening van het jubilé werd voor Parijs en voorsteden erin aangekondigd op 14 september, de sluiting op 28 september d.a.v.
16 Over Evert Jollyvet en zijn *Fulmen in Aquilam sive Gustavi Magni Bellum Sueco-Germanicum* zie no. 2657, p. 239 en n. 2 aldaar.
17 De Zweedse koning Gustaaf II Adolf.

ob causas multas, ne ad edendum auctor adjutorve fierem, ita externi hominis in ros Suedicas studium non indignum suo praemio censeo.

Quam de Parmensi modo posui conjecturam, ea plurimum firmatur rebus ejus ducis improsperis, quas literae circa finem Augusti scriptae nuntiant. Nam cum Rotofredi castellum, ut scripsi nuper[1], obsidioni exemit agrum Placentinum ingressus Martinus Arrago[2] - id factum die ejus mensis XV novi Cal. - sexcenti ferme, qui juxta agebant, Galli Parmensesque milites occisi sunt, capti CCCC cum impedimentis omnibus. Auctum, quod in eo loco erat, praesidium recenti milite; oppido castelli Sancti Johannis detracta moenia. Agros ibi non minus quam aliis in partibus tenente hoste dux Parmensis, ne Placentiae includeretur, metuens Parmam se recepit. Secutus eo Martinus Arrago, postquam Trebiam transiit, ad Padum se posuit, ubi in adversa ripa Cremona conspicitur, incendiis rapinisque terribilis. Ut cum eo suas copias conjungere possit Hispano militans cardinalis Trivultius[3], pontem[4] imposuit Pado, dum Alexandriae se tenet Leganesius[5] exercitum in Bassiniana habens ibi[6] quoque ad Padi transitum facilem ponte facto. Ex Paviae urbe amne Ticino in Padum demissa tormenta bellica et ingens Mortariae in oppido paratus pabuli cibique aliquid minantur[7]; quem locum suis conatibus destinent, incertum[8] adhuc. Galli interim ad Bremum in agro Montiferratensi non sine agrestium damno quiescunt; Sabaudi[9] miles in Pedemontana regione.

Vidi a Vienna literas 16 Augusti scriptas ab homine satis curioso. Ait placere consiliariis imperatoris[10], ne Coloniam mittantur qui de pace acturi sunt, nisi Ratisbonensi conventu omnia, quae prius oportet, recte sint constituta. Multum conferri consilii inter Anglum[11] et Polonum legatos[12]: illum vero ad Saxonem[13] ire commendatum quae habet negotia. Proponi ab aulicis quibusdam, ut praeter Inferiorem Palatinatum ducis etiam Wirtembergensis[14] - qui imperatori supplicaturus conditionesque ab eo accepturus Saxonis adventum et pro se preces exspectat - ditio, ubi morte possessoris vacaverit, detur principi Domus Pala-

1 Zie no. 2762 dd. 18 september 1636.
2 Don Martin de Aragon y Alagon, Spaans generaal; zie over hem no. 2762, p. 395 n. 5.
3 Giovanni Giacopo Theodoro, kardinaal Trivulzio; zie no. 2774, p. 408 n. 7.
4 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘postquam’ in plaats van ‘pontem’.
5 Diego Mexia Felipes de Guzmén, markies van Leganès.
6 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘id’ in plaats van ‘ibi’.
7 De uitgevers der *Oxenst. Skrifter* hebben de tekst aldus gewijzigd: ‘Ex Paviae urbe amne Ticino in Padum demissa tormenta bellica et mortariae; ingens et oppido paratus pabuli cibique. Aliquid minantur;.’ Tegen deze wijziging zijn echter ernstige bezwaren aan te voeren. Een nominativus pluralis ‘mortariae’ bestaat niet, wel het neutrum plurale ‘mortaria’. Bovendien ligt in de nabijheid van Pavia de stad Mortara. Men Handhave dus de lezing der *Epist.* en plaatse achter ‘minantur’ het leesteken;. Mortariae is een schrijffout c.q. zetfout voor Mortarae. Het is wellicht overbodig op te merken, dat de substantiva ‘tormenta’ en ‘paratus’ subjecten zijn bij ‘minantur’.
8 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘incerto’ in plaats van ‘incertum’.
9 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
10 Ferdinand II.
11 Thomas Howard, graaf van Arundel.
12 Jerzy (Georg) Ossolinsky; zie over hem no. 2760, p. 392 n. 13.
13 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
14 Eberhard III, hertog van Würtenberg.

tinae[1] cum matrimonio filiae Caesaris[2]. Ad Saxonem missum esse ab Hispania quendam cum muneribus; gratum esse ei electori Hatzfeldii[3], ut observatoris sibi appositi, conspectum. Et de Ognato[4] Gallasium queri, quod pecunia et alimenta militi non adsint. A duce Brunsvicensi[5] ad componenda, quae cum Domo Austriaca controversa habet, legatos exspectari Ratisbonae. Laborare caesarem, ut Sophin[6] turbet per Tottam[7], sed spe exigua.

A Frisio[8] quondam noto Sublimitati Tuae literas e Saxonia veteres accepi, quas mitto, tum quia veniunt ab eo, qui etsi, ut judico, hostis non est, apud hostes tamen vivit, tum quia scitu dignum est, quod de viro prudente scribit, qui pacem Pirnensem[9] ita improbaverit, ut ob eam electoris se consiliis subduxerit.

Legatus Sabaudus[10] ab aliquo tempore desiit Anglos invisere, haud dubie ut suspiciones communicatorum inter ipsos consiliorum vitentur.

Decimonono hujus mensis, ut ex Thuani[11] literis disco, copiae cardinalis Valettae[12] et ducis Bernhardi erant Monthavioni in Burgundiae finibus. Champlitae, qui locus inde tres leucas distat, Gallasius et dux Carolus[13].

Deus, Excellentissime Domine, Tuae Sublimitati et per eam regno Suedico fautor sit.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[14].

Lutetiae, 16/26 Sept. 1636.

Molam frumentariam extra Corbiam Galli incenderunt et ajunt sperare se oppidi famem me vix credente, dum latus oppidi Hispanus assidet.

Literae ex Zelandia nos docent castra principis Arausionensis[15] adhuc in agro Hollandiae Langestratensi haerere, infesta a peste.

Dunquercam ingressas naves XXVII, quae milites ferebant IV^{m} CXLI, unde novae in Dorpium[16] querelae, qui XXI optimas naves et mandata prohibendi habuerit.

1 Karel Ludwig; zie over hem V, p. 112 n. 12.
2 Dat moet Cecilia Renata zijn; zij huwde op 9 augustus 1637 met de Poolse koning Wladislas VII (IV).
3 Melchior van Hatzfeldt und Gleichen.
4 Iñigo Velez de Guevara y Tasis, graaf van Oñate, ordinarius Spaans ambassadeur in Wenen.
5 Georg, hertog van Braunschweig-Lüneburg.
6 Codenaam voor Zweden.
7 Åke Tott, Zweeds veldmaarschalk; de naam staat in de tekst in cijfercode: 68.59.1090.70(=69).30.
8 Niet geïdentificeerd.
9 Zie betreffende het verdrag van Pirna V, p. 292 n. 1.
10 Claudio de Chabò, markies van San Maurizio (1583-1653), sedert 1633 gezant van Vittorio Amedeo van Savoye in Parijs.
11 François Auguste de Thou; hij was als surintendant des finances et de la justice toegevoegd aan kardinaal de La Valette.
12 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
13 Karel IV, hertog van Lotharingen.
14 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
15 Frederik Hendrik.
16 Admiraal Filips van Dorp.

D. Joachimium[1] in Angliam missum, ut regi dicat non toleraturos Ordines novum harengarium vectigal.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2777. 1636 september 30. Van Willem de Groot[2].

Frater optime,

Ex tuis ad patrem[3] undecimo hujus mensis scriptis litteris[4] intelligo te de parentum valetudine esse sollicitum, qua cura ut te in hoc quidem tempus liberem, officii mei esse credidi te de commodiore utriusque valetudiue certiorem facere. Pater enim bene fert aetatem, mater[5] vero etsi minus firmo corpore; saepiuscule enim languet et de hydrope conqueritur, tamen nullo magno aut letali morbo laborat. Nos reliqui valemus et meliorem filiae tuae[6] valetudinem laeti intelligimus.

Gronovius[7], cujus nuper feceram mentionem[8], ostendit mihi litteras ad te Casauboni[9], quas propediem restituturum se promittit; jam enim festinatur editio[10], quod puto ipse in hisce suis litteris significabit.

Adfuit nobis heri juvenis[11], quem e Germania, ut tibi a concionibus sit, evocasti, qui per integros tres menses adverso vento in his nostris oris fuit detentus, et jam primum monente Matisio[12] nos accessit. Is, simulatque Euri flaverint, quod circa haec tempora plerunque solet evenire, ad vos veniet.

In castris nostris necdum quicquam magnae rei geritur; habet penes se princeps[13] mille et sexcentas qua magnas qua minores naves. Putant rerum gnari aliquam ipsi expeditionem in animo esse, nam ut obsidionem inceptet anni tempus ferre non videtur.

Vale, frater optime, cum uxore et liberis[14].

1 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius ambassadeur van de Republiek in Londen.
2 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr.
3 Jan de Groot.
4 De brief is verloren gegaan.
5 Aeltgen Borre van Overschie.
6 Cornelia, Grotius' oudste dochter.
7 Johann Friedrich Gronovius, jurist en klassiek-filoloog; zie V, p. 229 n. 2.
8 No. 2702.
9 Zie voor deze brieven van Isaac Casaubonus - behalve no. 2702 - deel IV passim en III, p. 174 met de verwijzingen in n. 11.
10 *Isaaci Casauboni Epistulae quotquot reperiri potuerunt, nunc primum junctum editae. Adjecta est Epistola de morbi ejus mortisque causa: deque iisdem narratio Raphaelis Thorii.* Hagae Comitis. Ex officina Theodori Maire. MDCXXXVIII.
11 Brandan Dätri, luthers theoloog uit Hamburg; hij was op weg naar Parijs, waar hij het ambt van huispredikant bij Grotius op zich zou nemen; zie VI no. 2369, p. 364 en n. 3 aldaar. Vgl. ook VI, nos. 2377 en 2417.
12 Assuerus Matthisius; zie over hem V, p. 72 n. 10; vgl. ook de in de vorige aantekening vermelde brieven uit deel VI.
13 Frederik Hendrik.
14 Alleen Cornelia en Diederik waren bij hun ouders in Parijs.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, XXX Septembris 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Trèschrestien. A Paris.
In dorso schreef Grotius: 30 Sept. 1636. W. de Groot.
Boven aan de brief: Rec. 27 oct.

2778. 1636 [oktober]. Van Ch. Marini[1].

Monsieur,

Après un long silence ie vien de recevoir vos très aggréables du 19[2], 16/26 d'Aoust[3], et du 2 de 7bre[4] tout en un mesme temps, d'autres dont vous faites mention ie n'en ay point receu, vous suppliant de les addresser d'ores en avant a u sieur Sprecher[5] ou monsieur Tschudy[6] à Coire, ou bien s'il vous voules à monsieur l'ambassadeur de France Anier[7] qui vous baise les mains et s'offre qu'en les luy addressant il me les faira tenir à Chiavenne.

De nouveau nous n'avons rien icy horsmis la continuation des misères dans la Voltoline, où les paysans estant morts partie par la peste, partie se retirer çà et là. Les soldats mesmes font la vendange, et consument en un mois ce que leur devroit durer tout un an entier: de façon que ie ne tireray la moindre chose de nos rentes pour cest année. I'eusse espéré bien autre chose de ceste armée par le mal gouvernement de laquelle les bons protestans pâtissent plus que les rebelles mesmes. Sed ferendum est quod mutari non potest[8]. I'espère de voir une fois les effets de vos espérances que me donner touchant le payement de mon gage.

Les Grisons veulent résigner leur compagnies. Leur six régimens ausquels on doit la paye de dix mois n'ayant receu que 80^{m} francs: pourtant l'ambassadeur de France s'en va à Coire pour les appaiser dereschef en quelque façon s'il est possible.

En Italie on ne fait aussy rien et est-on en doute si nos Suédois seront plus heureux après les pertes de Magdeburg et Stargard.

Dieu ve[u]ille assister les siens, et nous maintenir tous en sa sauvegarde.

Je demeure passionément, monsieur,

Vostre serviteur très obligé
Marini.

Ce que ie vous ay escrit de monsieur Hofkirch[9] ie vous prie d'en avoir souvenance et envoyer l'enclose par pronte addresse.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Antw. op nos. 2717, 2728 en 2741; beantw. d. no. 2816. De brief is een antwoord o.a. op een schrijven van Grotius dd. 2 september 1636 en blijkens de desbetreffende aantekening op 22 oktober ontvangen. Daar Grotius bovendien in dorso vermeldt: oktober 1636, heb ik de brief aldus gedateerd. Betreffende de schrijver zie men V, p. 436 n. 4.
2 No. 2717.
3 No. 2728.
4 No. 2741.
5 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie over hem IV, p, 138 n. 9.
6 Laurent Tschudi; zie no. 2590, p. 145 n. 14.
7 François Lasnier; zie no. 2527, p. 52 n. 15.
8 Vgl. no. 2688, p. 288 en n. 1 aldaar.
9 Over de baron van Hofkirchen zie men no. 2748, p. 379 n. 10.

P.S. I'adjuste icy celle de monsieur Tschudy; par son advis vous pourrez addresser les vostres au maistre des postes[1] à Lyon sans aucune despence. Vous verrez aussy icy ce que le baron Hofkirch escrit au gran chancelier[2].

In dorso schreef Grotius: oktober 1636 Marin.
Boven aan de brief: rec. 22 oct.

2779. 1636 oktober 2. Aan S. Bielke[3].

2780. 1636 oktober 2. Aan L. Camerarius[4].

Illustrissime Domine,

Non multum agitur. Hispani Cateleto, Atrebatum oppido, Cameraco magnis praesidiis prospexere et Corbiam se tutaturos sperant. Eo milite, qui ex Silesia venit, in Campaniam irruentes abstraxerunt a fratre regis[5], qui Bapalmam versus iverat, cum parte exercitus comitem Suessionensem[6]. Princeps Thomas[7] inter Bapalmam et Atrebatum oppidum, Capellae et vicinis locis Piccolominius[8] esse dicitur; Iohannes Waertius[9] Hesdinum inter et Monstrolium.

Gallassius[10] cum XXX^{m}, minore cum exercitu Galli, sed equite praepollentes in ducatu Burgundiae sunt cis Ararim nobis exiguo intervallo dissiti, quod levibus praeliis dat occasiones, quarum unum Gallis minus cessit prospere. Sed si interius in Galliam penetrare nequibit Gallassius, Helvetiorum damno hyemem transiget.

In Navarram quoque Gallis parentem ex Hispania infunditur bellum magno ibi habitantium metu.

Italiae agros et adiacentium terrarum impune percursat Hispanus, immanibus, ut Galli ferunt, saevitiae exemplis.

Valli Telinae Cerbelo[11] imminet novis auctus copiis. Mari duas naves longas forte obvias, quarum altera Hispanica erat, Hetrusca altera - nam sex suarum auxilio

1 Le sieur Du Lieu; hij vervulde te Lyon de functie van agent des courriers of maître des postes.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 78. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie gelijkluidend aan no. 2780 aan L. Camerarius; men zie aldaar. Betreffende S. Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 78; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 51. Gedrukt *Epist.*, p. 268. Voor hetzelfde schrijven verzonden aan Sten Bielke zie no. 2779. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
5 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van Lodewijk XIII.
6 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
7 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano.
8 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi; zie V, p. 444 n. 11.
9 Johan, baron van Werth, veldmaarschalk in dienst van Maximiliaan van Beieren en van keizer Ferdinand.
10 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
11 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).

Hispanis dux Hetruriae miserat - depressere[12] Galli. Sed crescent Hispanis animi, si verum est, quod multis e locis scribitur, novem illis auri milliones ab

12 De lezing van de copie te Uppsala verdient de voorkeur boven het ‘repressere’ der andere bronnen.

America venisse, proventum annorum XXXV[1] et XXXsexti, praeter classem, quae a Terra Firma adhuc exspectatur.

Cardinalis Ginettius[1] Venetiis est tempus eundi Coloniam exspectans[2].

Haec nunc habebam praeter incertos rumores, quorum auctor esse nolim.

Deus, Illustrissime Domine, illustrissimae dominationi tuae[3] favens adsit.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni observantia addictissimus H. Grotius.

Lutetiae II Octob. novi Cal. A.^{o} MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: R. Hag. A.^{o} 1636 d. 14/24 Octobr.

2781. 1636 oktober 3. Aan A. Oxenstierna[4].

Excellentissime Domine,

Jam quintus huc Bruxellis nuntius venit ad cudendas indutias. Sed Galli jam egregiis instructi copiis magna, ut solent, minantur. Frater regius[5] et comes Suessionensis[6] Peronam praetergressi sunt, quasi Bapalmam impetituri. Rerum gnari putant non satis illis commeatuum fore direpta ab hoste Picardia maxime frugum ferace.

In remedium inopiae, quicquid in oppidis repositum est aufertur invitis velut in futuri temporis tributa imputandum. Parte alia Galli hostium munimenta, quae nobis cis Samaram sunt Corbiam contra, vi cepere. Ita liber posthac ab incursibus erit ager, qui Samaram inter et Esiam jacet ablato, qui unus erat, transitu.

Rex[7] Roiam a suis receptam ingressus non longe se tenet. Incendiis utrinque ex conventu abstinetur.

In Dorlani obsidione an perseveraturi sint hostes tantis juxta Gallorum viribus, merito ambigitur.

In Burgundia pugna adversa Gallis fuit, mari secunda, ad Mergas mersis, ut famam spargunt, duabus hostium navibus longis, quarum altera una erat de sex, quas dux Ethruscus[8] auxilium Hispanis miserat.

Classis Gallica illa, quae ab Oceano in Mare Internum venit, in tres partes dividitur: Britannicam, Normannicam, Aquitanicam. Prima pars praetoriam habet, quae mille

1 Martio, kardinaal Ginetti, afgevaardigde van paus Urbanus VIII ter conferentie te Keulen.
2 De woorden ‘Cardinalis ... exspectans’ ontbreken in de Haagse copie.
3 De uitgave der *Epist.* heeft in plaats van deze woorden volstaan met ‘tibi’.
4 Gedrukt *Epist.*, p. 268; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 248. Tesamen met nos. 2776, 2789 en 2799 beantw. d. no. 2858.
5 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
6 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
7 Lodewijk XIII van Frankrijk.
8 Ferdinando de Medici, groothertog van Toscane.

tonnarum esse dicitur cum machinis LIV, in qua vehuntur archiepiscopus Burdegalensis[9] et Harcurtius[10], quibus imperium mandatum est, alia

9 Henri d'Escoubleau de Sourdis, aartsbisschop van Bordeaux.
10 Henri de Lorraine, graaf van Harcourt.

DL tonnarum cum machinis XXXVI, novem aliae quingentarum tonnarum, praeterea una ter centum, alia ducentarum, alia CLX, postrema CXX tonnarum. Pars secunda navem habet principem CCC tonnarum, duas CC, tres CL, centum aliam. Adsunt incendiariae sex CC, CL et C tonnarum; quatuor fluttae Flandricae ad ferendos aegrotos cum medicaminibus; viginti ejusdem generis onustae commeatibus, cum CXX militibus singulae. Pars tertia navem vicariam habet DL tonnarum cum machinis XL, aliam D quatuor alias CCC, duas CCL, quinque CL tonnarum, harum aliae XXX, aliae XX, aliae XV ferunt machinas. His adsunt CC tonnarum fregattae cum machinis XX; decem, quas patacias vocant, LXXX aut amplius tonnarum; machinae his senae. Decem fluttae, quae militem vehunt: machinae singulis XIV: magnitudo inter CC et CCC tonnas; minores aliae tonnarum CL, partim CC capacitate machinas habent denas et alia tormenta terrestria quaeque in terram descensuris usui sint futura. Praeterea aliae C aut supra tonnarum, octonis machinis, in quibus alimenta: scaphae centum ferme collectae e Massilia oraque vicina octonis hominibus instructae. Tales illi vires suas publicant, ut in Oceano forte valituras, ita in illo mari longis hostium immenso pluribus impares.

Edictorum non aliud tempus foecundius fuit. A 17 Septemb. novi Cal. ad hunc diem numeravi XLVII pleraque alia aliis contraria insita genti mutabilitate. Horum pars potissima plebem etiam invitam ad arma compellit, qui mos ab Anglia primum profectus nunc et Hispaniam Italiamque pervadit. Equos in bellum abducit; deinde desertores capite plectit. Ego cum tanta multitudine, primum belli imperita, deinde in militiam per vim protrusa proelium experiri non audeam.

In Italia Parmensis[1] vapulat. Galli et Sabaudi moenibus se tuentur. Helvetiorum Soloturiensis, Poschiavensis, Rhaetorum conventus pleni questuum in Gallos ob non soluta cohortibus stipendia; Rhaetorum praeterea quod frenum sibi castellis a Gallo retentis impositum sentiant; induci et alterum malum iesuitas, et Vallitelinates Gallis obnoxios, tum religionis vinculo, tum quod eorum auctoritate invitis Rhaetis libertatem extorserint. Cerbello[2] acceptis novis trans Alpes summas copiis aliquid in Vallem Telinam molitur. Tragica, si vera sunt, de Hispanorum per Italiam vicinasque regiones saevitia vulgant Galli: oculos dominibus excussos, aliis detractam pellem, alios in frusta discerptos; stupra, sacrilegia sine numero. Iam nunc intelligo duci Bernhardo Vinariensi[3] sexcenta florenorum millia per particulas numerari, loco millionis in mensem Augustum promissi.

In ducatu Burgundiae, non in comitatu bellum strepit dicunturque castra habere, ut scripsisse memini, duc Vinariensis Montausoni, Valetta[4] Cussiaci, Auxonnae Ransovius[5], Champlitae Gallasius[6], Graiae dux Carolus[7]. Putantur his esse XXX millia, Gallis non totidem, sed plus in equite.

Parte altera Galliae circa Bapalmam se habent bellantium copiae, Atrebates versus princeps Thomas[8], ad Capellam Piccolominius[9], inter Hesdinum et

1 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
2 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).
3 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
6 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
7 Karel IV, hertog van Lotharingen.
8 Tommaso Francesco van Savoye, prins van Carignano.
9 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.

Monstrolium, ut ajunt, Iohannes Waertius[1], firmatis oppidis Cameraco, Bapalma et Cateleto validis praesidiis.

Frater regius die XXVII Clariae erat, inter Peronam et Braiam; comes Suessionensis cum parte exercitus inde in Campaniam avocabatur, quo irrumpere dicitur Bitlerus[2] cum iis, quae ex Silesia venere, secuturis et aliis et Viridunensi et Luxemburgico.

Mala alia interveniunt, bellum ex Hispania in ea Navarrae, quae Galli tenent, semet injiciens tanto terrore, ut Bajonam plerique confugiant. Et quod maximum est, duae classes ab America anni XXXIV et XXXV in Hispaniam perlatae cum novem auri millionibus. Et aliam a Terra Firma brevi exspectari fama est.

Creditur Gallasius nisi in Galliam interius penetrare poterit, apud Helvetios hyberna sumturus, in aula leves, ut solent, gratiae.

Barradae duo[3], diu extorres, cum in Galliam revenissent, jussi ire in Italiam.

Sanctisimonius[4] longius ab aula remotus; cujus locum invasurus creditur Chavigniacus[5]: ita enim nunc appellatur filius Butillerii[6], aut, ut vulgus credit, cardinalis[7] ipsius.

Haeret hic Zavaskius[8], nihil palam, clam multa moliens, exspectatque, ut videtur, ea, quae fient Ratisbonae.

Cudi id, quod scripsi, ut credam, pluribus indies ducor conjecturis. Literas neque ex Pomerania pridem neque ex Hollandia accepi; neque miror. Eorum, qui publicos cursus conduxerunt, avaritia id accidit, qui multarum hebdomadum fasciculos coacervant, ut in magno suo lucro impendiis parcant. Neque vero patiuntur mercatores Batavos, quorum id interest remedia adferre. Et cum a partibus illis, quae ad Alpes aut Rhenum spectant, saepe intercipiantur literae, in magna caligine vivimus, quae gazettis magnam dat mentiendi licentiam.

Deus, Excellentissime Domine, Reginae, Regni, Tuaeque Sublimitatis res prosperet.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[9].

Lutetiae, 3 Octob. novi Cal. 1636.

Mitto a rhingravio[10] literas. D. Schmalchius[11] per Augustam Taurinorum in Italiam transit Helvetica via per pestem obsepta.

1 Johan, baron van Werth.
2 Dat moet Jakob Christian Butler zijn, over wie Marini schrijft in zijn brief van [na 8 september] 1636, no. 2748.
3 Gaspard de Baradat († 1640) en François de Baradat (1604-1682), gewezen gunsteling van Lodewijk XIII van Frankrijk.
4 Claude de Rouvroi, hertog van Saint-Simon; vgl. no. 2744, p. 369.
5 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny en Buzançais.
6 Claude le Bouthillier, heer van Pont en van Fossigny.
7 De Richelieu.
8 De Poolse gezant Johan Zawadski.
9 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
10 Otto, wild- en Rijngraaf.
11 Peter Abel Schmalz, secretaris van Oxenstierna.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2782. 1636 oktober 7. Van M. Casaubonus[1].

Vir amplissime,

Tuas V. Kal. Aug. datas[2] humanitate conditas singularl vereque tuas, - in quo nihil non singulare et divinum - accepi: sed eodem et istas fato, quo superiores illas tuas, cuius infelicitatem narrabant tibi postremae meae.

Steuardus ille tuus[3], quem mihi commendas, aut commendandum potius ut amico tradis, ubi gentium sit, ater an albus, nisi quantum e tuis colligere licuit, hactenus ignoro. Non id ego expectabam, vir summe, - ne sine causaa me queri putes - ut qui forsan alio festinabat cum primum huc appulit, ad me Cantuariam de via sua declinaret; aut ut alio quocumque tempore mei videndi: aut tradendarum tuarum caussa iter huc consulto susciperet. Sed ut per quos tuas ad me curavit, per eosdem verbo uno aut altero tum praesentem suum statum sedemque, tum quid illud sit, - quando, ut scis, generales commendationes apud viros magnos et occupatos tanti non solent esse momenti - ad quod per reverendissimum archiepiscopum[4] benevolentiam adspirat, certo significaret, id expectasse me fateor, et nisi valde fallor, te quoque iudice, iure meritoque.

Faciendum tamen putavi, ut eum prima quaque occasione, saltem quantum per te mihi innotuerat, verbisque tuis illustrissimo domino commendarem. Quare cum post aliquot septimanas gratiae eius, - ita hic loquimur - conveniendae oblata esset occasio, statim ille, quanti commendationem tuam faceret, verbis et vultu abunde demonstravit. Caeterum cum quaedam de commendato magis expresse quaereret, et ego meam ignorantiam, ut qui nihil de eo nisi quod a te, excusassem, promisit ille tamen daturum se operam, quandocumque Steuardus se illi offerret, ut ne vel nomen eius vel commendatio tua memoria sibi exciderent. Quod ut optimo animo ab ipso dictum esse, tam mihi certum quam quod certissimum; ita pro voto successurum, praecipue si diu sit, priusquam Steuardus illum adeat, - ut fluxae sunt plerunque tot et tam diversi generis curis obrutae talium virorum memoriae - praestare non ausim.

Atque haec de Steuardo hactenus. Sed bonum factum, quod tandem aliquando adventu conspectuque suo nos beavit optatissimus, tuoque iam olim, nunc et tuo nomine charissimus, Johannes Reygersbergius[5]. Atque utinam per eius seu negotia, seu nimiam verecundiam non stetisset, quominus illo diutius frueremur. Crede mihi, vir eximie, is est propinquus iste tuus, ea modestia, prudentia, temperantia

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., S 6. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2701; beantw. d. no. 2807. Gedrukt *Merici Isaaci Filii Casauboni Ad Viros Eruditos Epistolae Selectae*, p. 9 (in: *Isaaci Casauboni Epistolae*, Rotterdam 1709). Over de schrijver zie men V, p. 66 n. 5. Hoewel de datering op V. Kal. Oct. zou moeten betekenen, dat de brief van 26 of 27 september is (al naar gelang van exclusieve - zoals Grotius doet - of inclusieve berekening), zou uit Casaubonus' aanhef: 'Tuas V. Kal. Aug.' als verwijzing naar Grotius' schrijven van 5 augustus 1636 kunnen volgen ofwel, dat Casaubonus eenvoudig Grotius' datering heeft overgebracht in de oude stijl (exclusief) ofwel, dat de schrijver met zijn datering 5 oktober bedoelt. Mij lijkt echter na vergelijking met de datering van andere brieven van Casaubonus deze constructie te gezocht en ik dateer de brief dan ook volgens Grotius' dorsale notitie - maar dan inclusief - op 27 september oude, 7 oktober nieuwe stijl; Casaubonus dateerde oude stijl.

2 No. 2701 dd. 5 augustus 1636.

3 Adam Steuart; zie over hem no. 2701, p. 307 n. 4.

4 William Laud, sedert 1633 aartsbisschop van Canterbury.

5 Johan van Reigersberch, oudste zoon van Maria's gelijknamige oudste broer, de rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde, die in 1632 was overleden.

iuvenis, - quantum ex pauculorum dierum convictu non incuriosis oculis observanti mihi coniicere licuit -, ut eius te nepotis poenitere minime debeat. Plura de eo non addam; sed nec possim maiora, si velim.

Ad res meas quod attinet, nimis tui maiorumque tuarum occupationum oblivisceris, si quid ad curas tuas pertinet, quid agam, quidve in posterum propitio Deo moliar. Si tamen ita stat tibi sententia, et tam bene tecum agitur, ut aliquando tibi vacare contingat a magis seriis, praesto tibi est Iohannes tuus, idemque iam, si hoc non nimium est, meus; qui tibi abunde satisfaciat.

Vale, vir illustrissime, et amare perge,

Tibi devotissimum

Mericum Casaubonum.

Cantabrigiae, V. Kal. Octob. anni Iuliani MDCXXXVI.

Adres: Amplissimo Domino, Viro Incomparabili, Hugoni Grotio, Lutet. Parisiorum.

In dorso schreef Grotius: 26 sept. 1636. M. Casaubon.

2783. 1636 oktober 9. Van J.A. Salvius[1].

Excellentissime Domine, amice observantissime,

Notum est Exc. Tuae, ut hactenus tria imperii flumina, Odera, Albis, Visurgis, cum adjacentibus utrinque agris, totidem mareschallis nostratibus, Wrangelio[2], Banerio[3], Leslaeo[4], singula singulis, cum discessu regni cancellarii[5] in Sueciam, commissa fuere.

Saxo[6] autem auctus Hatzfeldianis[7] e superiori Germania et ex Pomerania citeriori copiis Marazinianis[8] gravior incubuit Banerio ad Albim quam ut ei solus ferendo par videretur. Itaque iis quoque in subsidium evocatis Leslaeo e Westphalia cum 7000 et Vitzthumbio[9] cum 4000 ab exercitu Wrangeliano substitit parum ad urbem Megapoleos Parchimum, dum intelligeret, quid hostes, intra Havelum et Perlebergam constituti intenderent.

Animadvertens autem eos mora sibi illudere die 13 Septemb. Parchimo castra movit Perlebergam certus acie decernere, si pugnae cogiam facerent.

Verum quia hic quoque urbe tuti extra munimenta olici nequivere, iis praeteritis Havelbergam concessit atque hac die 18 Sept. dedita Werbam tormentis verberare

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 10. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2823. Betreffende Johan Adler Salvius zie men V, p. 239 n. 7.
2 Veldmaarschalk Herman Wrangel.
3 Johan Gustavsson Banér.
4 Alexander Leslie; zie over hem V, p. 420 n. 2.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Johann Georg, keurvorst van Saksen.
7 De troepen van Melchior, graaf von Hatzfeldt und Gleichen.
8 De troepen van Rudolf Marazini, veldmaarschalk in dienst van Ferdinand II.
9 Hans Vitzthum von Eckstedt († 1648), luitenant-generaal in Zweedse dienst.

cepit, donec nunciaretur flectorem 20 Sept. Prutzwalkium tendere. Quo comperto Banerius quoque Werba relicta in occursum ei properabat.

Witstochium Rhodus erat, ubi die 24 Sept. ab hora 2 pomerid. in seram vesperam ita saltatum est, ut Saxo cum utroque duce caesareo campis cesserit relicta

Banerio victoria cum maxima parte sui peditatus, re tota armamentaria cunctisque curribus et impedimentis atque ultra 130 signis.

Hanc victoriam, quia magno solatio faederatis nostris, inprimis Galliae, futura est, non potui, quin statim ad Excellentiam Tuam perscriberam. Faxit Deus, ut Galli et Batavi quoque strenue rem agant, et dubium nullum erit, quin vastis quibusdam consiliis Ratisbonensibus modus saltem aliquis statuatur.

Plura proxime sequentur. Interim vale, vir Excellentissime, et fave

M. Excel. T.^{ae} observantissimo
J.A. Salvius

Hamburg, ipso festo Michaelis A.^{o} 1636[1].

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 28 oct.

2784. 1636 oktober 10. Aan S. Bielke[2].

2785. 1636 oktober 10. Aan L. Camerarius[3].

Illustrissime Domine,

Consilium Gallorum ducendi in Belgicae interiora exercitus, magno captum animo, successum tamen non habuit apparente illico, ut processum fuerat, commeatuum inopia. Interim Degenveldii[4] stativa, quae in via Dorlanum erant, hostis noctu irrumpens diripuit et cuncta inde ad oram maris usque populabundus percursat, multumqne timeri video, ne ut in ducatu Burgundiae ita et in Campania hybernet non levi Galliae malo hostis.

Et Cerbelo[5] aliquot millibus auctior vix sustineri a Rohanio[6] poterit, praesertim aversioribus a Gallia Rhaetorum animis.

1 Uit de vermelding van de slag bij Wittstock (24 september oude stijl, 4 oktober nieuwe stijl) blijkt, dat Salvius de brief op 29 september *oude stijl* heeft geschreven. Al is voor dit feest volgens de nieuwe kalender 29 september als datum gehandhaafd, moet de brief toch op 9 oktober gedateerd worden.
2 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 79. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie gelijkluidend aan no. 2785 aan L. Camerarius; men zie aldaar. Betreffende S. Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 79; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 52. Gedrukt *Epist.*, p. 270. Ludwig Camerarius was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag. Gelijkluidende afschriften van deze brief zijn gezonden aan Sten Bielke (no. 2784) en aan Lars Grubbe (no. 2786).
4 Christoph Martin, baron van Degenfeld; zie VI, p. 16 n. 3.
5 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).
6 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.

Dux Parmensis[7] praeter Parmam et Placentiam toto suo patrimonio exutus est et, quod fieri solet, potentiori adiungunt se etiam qui spectatores hactenus fuere, Ethruscus[8] et Genuates.

Classis Gallica etiam ante hanc virium accessionem hostibus factam minus eis par, nunc ab ora Ligustica reversa est, magno constans, re effecta nulla.

Tot mala desiderium Galliae iniiciunt pacis, ad quam cudendam cardinalis

7 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
8 Ferdinando de Medici, groothertog van Toscane.

Ginettius[1] per Germaniam it Coloniam, Lugdunensis[2] eodem hac transiturus creditur. Schavaskius[3] Polonus[4] jam bene valens hic etiamnunc haeret, minime otiosus.

Angli a Ratisbonensi conventu jam per imperatorem[5] inchoato negant se boni quicquam sperare; ac credere me jubent promptos se cum Gallis aliquid pacisci Suediamque, si pronos aequis conditionibus Gallos repererint, consciam se facturos eorum, quae agentur.

Metuunt obsidionem et Colmarienses et Hanovienses deque landgravio Casseliensi[6] iudicia sunt varia atque incerta.

Scribit Montsausconio XX Septembris D. ryngravius[7] spem esse eum ipsum locum, quem sibi opportunum castris suis ceperunt cardinalis Valetta[8] et dux Bernhardus[9], defendi[10] posse adversus hostium quantumlibet crescentes copias. Idem spero, eoque magis quod[11] ex regis[12] in Picardia exercitu millia aliquot, abundantia quando in Belgicam penetrari non potest, illuc mitti intelligo.

Deus, Illustrissime Domine, illustrissimae dominationi tuae fautor adsit[13] publico tibique ac tuis res det prosperas.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni cum observantia addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, X^{o} Oct. novi Cal. MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. Hagae 1636 d. 14/24 Octob.

2786. 1636 oktober 10. Aan L. Grubbe[14].

1 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
2 Alphonse Louis du Plessis, hertog van Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon; hij was de oudste broer van de eerste minister.
3 De Poolse gezant Johan Zawadski; over diens werkelijke of geveinsde ziekte wordt in de voorafgaande brieven bij herhaling gesproken.
4 In de copie te Den Haag ontbreekt het woord 'Polonus'.
5 Ferdinand II.
6 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
7 Wild- en Rijngraaf Otto.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
10 De copie te Uppsala heeft 'defensari' evenals de uitgave der *Epist.*
11 De Haagse copie heeft - wellicht onder invloed van het volgende 'quando' - dit woord eveneens in plaats van de woorden 'eoque magis quod'.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.
13 De woorden 'illustrissimae ... adsit' ontbreken in de copie te Uppsala evenals in de uitgave der *Epist.*
14 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 79. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie gelijkluidend aan no. 2785 aan L. Camerarius; men zie aldaar, p. 425. Betreffende Lars Grubbe zie men V, p. 432 n. 12.

2787. 1636 oktober 10. Van J. H(o)eufft[15].

Monsieur,

15 Hs. Den Haag, KB., coll. Cornets de Groot IV, 13 f.

Par lettres du 25e de 7bre on me mande que monsieur le prince d'Orange[1] pressoit quantité des navires sans que on sçavoit à quel dessein. Le traité entre la France et M.rs les Estat[2] est faict à l'agréation du roy[3]. Deux navires des Indes orientales anglois estoient arrivez à la rade de Plemzul comme aussy celuy d'Hollande nommé Ambona à Ilant espérant qu'il sera depuis arrivé en sauveté.

C'est que j'ay voulu participer à vostre Excellence ainsi que j'avois promis demeurant, Monsieur,

Vostre très humble serviteur
J. Hoeufft.

A Paris, ce 10e Octobre 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de Suède etc. A Paris.

2788. 1636 oktober 10. Aan Rijngraaf Otto[4].

Monsieur,

Je suis très marry de ce que voz lettres dont la dernière est du 20e sept.[5] ie n'ay rien à vous mander en contrechange estant arrivé asteure, ce qui commence à estre fort ordinaire, qu'en plusieurs sepmaines le messager venant de Calais ne nous a rien apporté de l'Hollande et par conséquent rien aussy de Poméranie et de Suède. La cause est pour ce qu'il n'y a poinct des barques establies pour passer et repasser la mer à quoy il faudra travailler à bon escient pour porter remède à ce désordre. Cependant toutes les vostres à M.r le grand chancelier[6] et mesme la dernière sont bien addressées et ie voy par expérience que les lettres vont mieux vers ces quartiers que vers vous.

M.r Betz[7] ne laisse pas d'user de toute diligence en voz affaires, mais a rencontré un temps et des gens fascheux. Je voudrois que l'authorité de la couronne de Suède fust assez grande pour pouvoir apporter poix à l'avancement des dicts affaires comme l'affection de touts ceux qui la servent ne nous manque pas et ne nous manquera iamais. Mais ce qui me fasche en la sollicitation de ce qui nous est deu en vertu des traittez nous trouvons des mesmes rencontres qu'aux affaires des amis de la couronne, dont vous, mon.sr et toute vostre maison très illustre serez tousiours

1 Frederik Hendrik.
2 Gesloten te Parijs op 8 februari 1635; zie V, p. 476 n. 1.
3 Lodewijk XIII.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 80. Voor geadresseerde zie V, p. 405 n. 3.
5 Er is geen brief van Otto van die datum bewaard gebleven, ook niet van 30 september (= 20 september oude stijl). Wel is er een brief van 22 september 1636, door Grotius op 2 oktober d.a.v. ontvangen. Dat kan echter gezien de inhoud - vgl. no. 2789, p. 431 - de bedoelde niet zijn.
6 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
7 Friedrich Betz.

tenus les premiers. Pour tout cela il ne fault pas perdre espérance, mais continuer aux iustes poursuittes.

Le voyage qu'on avoit proposé de faire par une armée dans le Pays-Bas n'a pas esté trouvé bien faisable en cette saison et grande disette des vivres. Par faulte de canon on a perdu les dehors qu'on avoit pris sur les ennemis deça la Somme devant

Corbie. Et ie ne diray pas si c'est par faulte ou malheur que la quartier du baron de Degevelt[1] a esté supris par l'ennemy et dévalisé, le mesme baron et le jeune prince de Wirtemberg[2] s'estant sauvez à peine. C'estoit au chemin vers Dorlans aux lesquels lieux et de là au Boulonnois l'ennemy e[s]t assez fort et fait des grands ravages.

Si tost que quelque bonne fortune et vent d'ost nous portera des nouvelles du prince d'Orange[3] et de noz armées Suédoises vous en serez le premier servy.

Cependant Dieu, monsieur, vous conserve en bonne disposition et prospérité.

Vostre serviteur très humble et très obéissant.

A Paris, le 10^{e} d'oct. n. st. 1636.

2789. 1636 oktober 10. Aan A. Oxenstierna[4].

Excellentissime Domine,

Cardinalis Guenettius[5] Coloniam petens transiit Basileam; tendent eodem Davausius[6] et, qui jam ab Italia venit, Lugdunensis cardinalis[7].

Venetus legatus[8] persuasum mihi voluit ex Zavaskio[9] - qui jam bene valens adhuc tamen hic haeret - se cognovisse nihil futurum de regis sui cum Palatina conjugium[10] ob aversas Polonorum voluntates.

Angli legati[11] credere me volunt nihil se cum Gallis acturos, nisi Suedis consciis eorumque pro meritis ratione habita.

Villauclercs[12], collega Caecilii[13], mihi dixit multa agitari de pace componenda Suedos inter et Polonum. Ostendi ego Batavico exemplo et rationibus in talibus controversiis indutias longas facilius quam pacem perpetuam, quae rogati juris abdicationem requirat, cudi.

1 Christoph Martin, baron van Degenfeld; zie over hem VI, p. 16 n. 3.
2 Roderich, oudste zoon van Julius-Friedrich, hertog van Würtemberg-Weiltingen; zie no. 2593, p. 150 n. 8.
3 Frederik Hendrik.
4 Gedrukt *Epist.*, p. 269; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 251. Tesamen met nos. 2776, 2781 en 2799 beantw. d. no. 2858.
5 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbantis VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
6 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
7 Alphonse Louis du Plessis, hertog van Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon; hij was de oudste broer van de eerste minister.
8 Alvise Contarini di Nicolo.
9 De Poolse gezant Johan Zawadski; van zijn werkelijke of voorgewende ziekte is in voorgaande brieven meer dan eens sprake.
10 Er werd in 1636 bij herhaling gesproken van een huwelijk van Wladislas VII (IV) van Polen met Elisabeth, de oudste dochter van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning, en Elisabeth Stuart, dochter van de Engelse koning Jacobus I. Het huwelijk heeft geen doorgang gevonden.
11 De ordinarius Engelse ambassadeur in Parijs, John Scudamore, en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
12 Henri Auguste de Lomenie, graaf van Brienne, heer van Ville-aux-Clercs; zie III, p. 228 n. 11. De naam staat in de tekst in cijfercode: 81.79.1030.192.39.60.85.66.22.40.
13 Schuilnaam voor Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny en Buzançais.

Sparguntur rumores parum certi de reconcilianda cardinali[14] regis matre[15]

14 De Richelieu.
15 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.

hac lege, ut illa ab se omnes eos, qui in cardinalem hostiliter scripsere, ableget; et de revocando Guisio[1] dandaque ei Britanniae Armoricae praefectura et filio ejus[2] in matrimonium Anna, Mantuani ducis filia altera[3], ut habeat cardinalis, quem opponat comitis Suessionensis[4] sibi magis magisque suspecti molitionibus simulque ut Lotharingicam domum distrahat. Comitem certe perstare in consilio de dignitate sua nihil largiendi satis apparet; et ab eo metuere sibi cardinalem et hoc[5] apparet, quod nobiles aliquammulti animo manuque promti regio imperio jussi sunt ab eo discedere nulla probabili de causa.

Manet rex fidus cardinali non tam amore quam quod sine tali adminiculo se rerum oneri imparem judicet. Ambiani aut juxta ambo sunt eaque in urbe cum ducibus jam bis consultatum est. Priore conventu placuerat comitem penetrare in Belgicos fines; altero cum appareret obsidium nullum tentari posse hoste circum valido et commeatus euntibus defore, praevaluit Lafortii[6] consilium non tanti aestimantis vicorum incendia et praedas, ut periculum pugnae famisque subeundum foret. Intervenit et hoc malum, quod stativa Degenfeldii[7] in itinere Dorlanum irrupit hostis equosque et sarcinas abripuit aegre servato Degenfeldio ac duce Wirtembergensi[8]. Hostium pars bona inter Dorlanum et mari propiora se tenet. Video plerosque ita existimare Gallasio[9] intra ducatum Burgundiae, alii cuipiam hostium duci intra Campaniam hiberna fore magno Galliae incommodo.

Dux Rohanius[10] vix tria millia secum habens sui militis adversis Rhaetorum et Helvetiorum animis damnum aliquod a Cerbelone[11] novis, ut scripsi[12], copiis aucto accepturus videtur.

In Italia pessimo in loco sunt res sociorum, ita ut imprudentiam ducis Parmensis[13], qui se huic bello implicuerat, ipsi auctores Galli nunc palam incusent. Nihil ei principi restat extra Parmam et Placentiam: hujus arcem servat, oppidi haud satis compos ob aversa ab hoc bello studia habitantium illic. Accessit et frequens infelicibus malum hostium crescens numerus. Nam et dux Etruscus[14] praeter terrestria auxilia classem quoque Hispanicam suis navibus longis auxit et Genuates non modo Gallo militi aditum ad Parmensis terras per suos fines negarunt, sed et classem Gallicam, cum apud Vadum consisteret, petiere machinis; quo malo coacta illa in oram Massiliensem se recepit.

In Montisferrati agrum injiciunt se hostes et dux Mantuanus, quod prohibere non potest, ultro concedit velut paci se redditurus. Haec tot ac tanta mala, praeci-

1 Charles de Lorraine, hertog van Guise; vgl. VI, p. 276 n. 6.
2 Henri II de Lorraine, hertog van Guise. Zie voor dit huwelijk De Noailles, *Le Maréchal de Guébriant*, p. 438/9.
3 Anna (1616-1684), jongste dochter van Carlo Gonzaga, hertog van Mantua. Zij huwde in 1645 met Eduard (1625-1663), zoon van paltsgraaf Frederik V en Elizabeth Stuart.
4 Louis de Bourbon, graaf van Soissons; vgl. III, p. 66 n. 12.
5 De uitgave der *Epist.* heeft 'hunc'.
6 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.
7 Christophe Martin, baron van Degenfeld; zie VI, p. 16 n. 3.
8 Roderich, oudste zoon van Julius-Friedrich, hertog van Würtemberg-Weiltingen.
9 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
10 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
11 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).
12 No. 2781.
13 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
14 Ferdinando de Medici, groothertog van Toscane.

pue vero alimentorum et pecuniae inopia - nam vetera onera plurima placandae plebi remissa sunt, adeo nova instituere nemo nunc audeat - omnibus paene Gallis ingens injiciunt pacis desiderium cardinali ad ejus nomen, ut suis rebus parum utilis, trepidante neque ad eam venturo, nisi necessitate, quod rerum peritissimi futurum putant, trudatur. Etiam ea, quae Corbiae praejacebant nobis cis Samaram munimenta, quae a Gallis capta perscripseram[1], amissa rursum sunt, quia machinae, quibus defenderentur, non aderant incredibili tum ibi tum alibi negligentia.

Agri quod Bononiam Morinorum respicit pleraque vastata a Waertiano[2] milite impune.

Legatus Venetus, cum nuper in aulam iisset, cardinalem convenire non potuit. Nunc iterum eo profectus est ingerens se ultro Poloniae Angliaeque negotiis.

Nos in rerum nostrarum magna vivimus ignorantia, quia literas ex Hollandia nullas pridem accepimus ac proinde nec ex ulterioribus locis, cum Angli accipiant septimo quoque die. Id eo evenit, quod naves a Zelandia ad Caletum, quae literas ferant referantque, institutae non sunt, et audio Batavis id cupientibus noluisse Gallos, nimirum ut ipsi tantum per suos homines interdum commeantes rerum notitiam accipiant, caeteros eam celent rumoresque venditent suo ex usu.

Incipiet jam agi aliquid Ratisbonae, ex quo legati Saxonis[3] adsunt. Dicitur pacem cupere deque ea serio agere Cassellensis landgravius[4].

Argentoratenses octo Gallicis cohortibus negarunt transitum.

Archidux Aenipontana[5] Rhaetos bonis verbis lactat. De negotio episcopi Curiensis[6] promittit operam suam apud Caesarem[7] Firstembergum interim locum ditionis episcopalis retinens sine Rhaetorum, ut pollicetur, malo. Tribunorum et centurionum, qui Gallis militant, querelas corpus Helveticum huc pertulit; et sane habent, quod doleant: non solvi sibi stipendia, quae ipsi gentis more suis quisque militibus coguntur numerare. Sed surdas aures publica paupertas facit Gallorum nunquam divitum, nisi cum faciunt foedera.

Classis Gallica non modo nihil nocuit Hispanis, sed et profuit praetextu dato, quo civitati Neapoli millio unus, alter nobilibus exprimeretur intendereturque impositum farinae vectigal. Centum scutatorum millia inde accepit modo Leganesius[8] exspectans quinquaginta alia millia, quae a Sicilia jam Genuam venerant. Praeter auxilia ducis Etrusci suo sumtu in terris ejus pergit militem scribere Hispanus[9].

1 No. 2781.
2 Van Johan van Werth.
3 Gezanten van Johann Georg van Saksen te Regensburg waren: Johann von Ponikau, Gabriël Tüntzel von Tuntzenhausen, Konrad Carpzov (1593-1658), jurist, en Friedrich Metsch; voor laatstgenoemde zie no. 2693, p. 295 n. 15.
4 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; vgl. no. 2609; bovendien no. 2743, p. 366 en n. 7 aldaar.
5 Claudia de Medici; zie V, p. 451 n. 11.
6 Johann Flugi d'Aspermont, van 1 februari 1636 tot zijn dood op 24 januari 1661 bisschop van Chur.
7 Ferdinand II.
8 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Leganès.
9 Philips IV.

Hafkirchii[1], qui militiam suam offert regno Suedico, laudes multis praedicat Marinus[2] rogatque, eum ut Sublimitati Tuae commendem. Marini literas ego recte accipio; ille meas non item. Ad Sprecherum[3] meae Sprecherique ad me pereunt prope omnes.

Ad Hanoviam intercludendam a commeatu parari cuncta intelligimus. Venit huc modo quidam a Colmaria[4], qui syndici ejus civitatis literas mihi monstrat et in iis obsidionis metum haud satis valido, si vis ingruat, ad oppidi tutelam praesidio.

Scribit ad Sublimitatem Tuam Ringravius[5]; mihi idem significat literis 20 Septembris[6] spem esse eum, quem castris ceperunt locum Valetta[7] et dux Bernhardus[8] ad Montsausconium, defendi facile posse adversus crescentes quantumvis hostium vires favente ipsis situs oportunitate. Id ipsum quo magis et ego sperem, facit, quod ex Picardico regis exercitu, quando penetrari in Belgas non potest, aliquot millia illuc mitti intelligo. Ex eodem regis exercitu nobilitas nullo stipendio fessa sumtibus domum properat; crediturque rex ipse brevi huc futurus vel una satis gravi causa, quod pestis castra vastet.

Corbia ingenti hostium praesidio ad quinque millia defenditur.

Bressaeus[9] refrigeratus antehac apud cardinalem huc usque in gratiam rediit, ut pro Caletensi provincia Andegavensem acceperit.

Etiam nunc a Caleto venit tabellarius nec quicquam nobis a Batavis adfert.

Deus, Excellentissime Domine, prosperrima omnia reginae[10], regno, Tuae quoque Sublimitati largiatur.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 10 Octobris nov. Cal. anni 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2790. 1636 oktober 10. Aan N. van Reigersberch[11].

Mijnheer,

1 Georg Lorentz, baron van Hofkirchen; in december 1636 ging hij over in dienst van Ferdinand II.
2 Over Charles Marin(i) zie V, p. 436 n. 4.
3 Fortunatus Sprecher von Bernegg; zie IV, p. 138 n. 9.
4 Met de syndicus van Colmar zal bedoeld zijn Jean Henri Mogg.
5 Otto, wild- en Rijngraaf; zie V, p. 405 n. 3.
6 Ook in brief no. 2788 is sprake van een brief van rijngraaf Otto dd. 20 september 1636, die echter verloren gegaan is. Wel is er een schrijven van Otto dd. 22 september (no. 2767); daarin wordt echter met geen woord van het hier aangeduide bericht gerept.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Urbain de Maillé, markies van Brezé; vgl. o.m. no. 2734, p. 356 en n. 7 aldaar.
10 Christina van Zweden.
11 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 e. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2738? Wellicht met enige andere brieven beantw. d. no. 2825; zie aldaar, aanhef.

Wij hebben nu lang geweest sonder brieven uyt dye quartieren. UE. laeste was

van den 1e Sept.[1]; sedert ghene uyt Hollant ende oversulcx oock nyet uyt Pomeren ende Sweeden. De Engelsche ambassadeurs[2] crijgen alle weecx bryeven over Calis; ick nyet. S.r Heufd[3] seyt mij, dat al over eenige tijdt resolutie was genomen bij de heeren Staten-Generael, dat gestaedigh twee barquen souden loopen tusschen Vlissingen ende Calis. Dit is onvoltrocken gebleven tot groot naedeel van de coopluyden, insonderheyt van dye van Zeelant, oock van de gemeene saecke. UE. gelieve het best doen, dat sulcken goede voornemen nyet en blijve sonder effect. In het laeste tractaet met Vrancrijck beworpen[4] had mijnheer den rijcxcancellier[5] expresselijck gewilt, dat vanwegen Vrancrijck ordre op de brieven soude werden gestelt. Dan van Vrancrijck can geen ordre comen; 't moet uyt Nederlant besorght werden, ende daer is aen gelegen; soo lang dat nyet en is, soude men, als de windt goedt is, de brieven over Doveren dyenen te senden, gelijck andere doen.

Ick verstae uyt de heer extr. amb. van Engelant, dat de heer Seniterre[6] vanwegen Vrancrijck mede instantie doet, om de Engelschen te declineren tot toelaetinge van het sluyten van de handel op Vlaenderen. Ick verstae oock, dat d'heer Joachimi[7] geene commissarissen heeft connen becomen op het stuck van den haring. 't Gevolch van de Engelsche ambassadeurs seggen, dat de saeck is geaccommodeert met vijftigh duysent gulden 's jaers bij d'onsen te geven. Sed non consistunt haec, ubi incipiunt.

Eusebius[8] heeft Stesichorus[9] niet wel gesint. Veele meenen, dat gebreck van vivres ende Simonides[10] tegen danck de Latou[11] van Pindarus[12] af sullen helpen. Den graef van Soissons[13] geeft Eusebio ombragie. Eenige van de beste edelluiden, die [bij] hem waeren, sijn belast te vertrecken. Varia consilia agitat Eusebius. Van hem te reconcilieren met Vindex' moeder[14], met den [hertogh] van Guise[15] perplexa omnia.

1 No. 2738.
2 De ordinarius John Scudamore en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
3 De Parijse bankier Johan Hoeufft, financieel zaakgelastigde zowel van Frankrijk als van Zweden.
4 De onderhandelingen zijn in februari/maart 1636 gevoerd tussen Oxenstierna en de Franse gezant Melchior Mitto de Miolans, markies van St. Chaumont. Men zie voor de voorstellen van de Zweedse kanselier en de tegenvoorstellen van de markies van St. Chaumont *Oxenst. Skrifter* 1. afd. XV, p. 305-322; voor de door Grotius aangevoerde kwestie zie men *ibid.*, p. 307 onder no. 12. Het verdrag werd gesloten op 30 maart 1636; zie Aitzema, *Saken van Staet en Oorlogh* II, p. 379 vv.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Henri, sieur de Saint-Nectaire, hertog van La Ferté-Nabert, extra-ordinarius Frans gezant in Engeland.
7 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius ambassadeur van de Republiek te Londen.
8 Schuilnaam van De Richelieu.
9 Codewoord voor vrede.
10 Codewoord voor geld.
11 Codewoord voor Frankrijk.
12 Codewoord voor oorlog.
13 Louis de Bourbon, graaf van Soissons; de woorden ‘den graef van Soissons’ staan in cijfercode: 232. 97.98.13. 213. 34.600. 1080.17.62.40.
14 Maria de Medici. Vindex is een codenaam voor de koning van Frankrijk; het woord ‘moeder’ staat in cijfer: 61.500.189.66.
15 Charles de Lorraine, hertog van Guise; vgl. VI, p. 276 n. 6. Zie ook no. 2789, p. 429. De woorden: ‘den (?) van Guise’ staan in cijfercode: 327. 213. 9.69.55.76.33.

Clachten over Calaber[1] ontbreecken hier niet. D'heer van Oosterwijck[2] wert hier verwachtet.

Tot Amiens was bij den coning[3] in presentie van den cardinael[4] ende de bevelhebbers eerst goed gevonden, dat het leger ende mijnheer den graef van Soissons soude trecken in Nederlant. Dan den tocht sijnde begonnen, heeft men sooveel difficulteiten gevonden, insonderheit bij gebreck van vivres ende andere dingen, dat den raed van den marescal de la Force[5] sulcx ontradende is gevolcht.

Ondertuschen heeft den vijant bij nacht het quartier van Degenfelt[6], op de wegh nae Dorlant opgeslagen, paerden ende bagagie ontnomen. Den vijant heeft oock de buitenwercken van Corbie, die aen dese sijde van de Somme sijn, weder becomen, doordien de Fransoisen daer geen geschut en hadden. Diergelijcke gebreecken siet men overal: meest van vivres, ende de swaericheit sal niet minderen, indien den vijant sijn winterleger can nemen, gelijck de meninge schijnt te sijn soo in 't hertogdom van Bourgogne, als in Champagne. Nu heeft hij 't Boulonnois geplundert. 't Is te verwonderen, wat al volcx hij heeft overal.

Die van Colmaer ende Hanouw vresen voor belegh. Cerbellon[7] is sterck ende Rohan[8] - qui nobis librum edidit ‘le capitaine parfaict’[9] - seer swack in de Valteline, soodat daer afbreuck gevreest werdt.

Den hertogh van Parma[10] is geruineert, niet besittende anders als twee steden, Parme ende Plaisance, van dese sijnde wel meester van het casteel, maer niet van de burgerie, die hem tegen is.

De Fransche vloot is van Vay weder gecomen in Provence, soowel den hertogh van Florence[11] als de republique van Gennes siende de swackheit van Vrancrijck nemen partije aen met Spaignie te water ende te lande.

De Regensburgsche bijeencomste heeft aenmanen gehad door een propositie van de keiser[12] selve. Engelant heeft daer niet veel te hoopen ende verliesen tijdt.

't Pretext van de vrese van de Fransche vloot heeft den vice-roy van Naples[13] gedient om een millioen van de stadt van Naples ende een van den adel te trecken. Daer is oock een somme van 100^{m} croone van daer gesonden aen Leganes[14], die 50^{m} croonen verwacht uit Sicilië.

1 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
2 Willem van Liere, heer van Oosterwijk; hij was van december 1636 tot december 1647 ordinarius ambassadeur van de Republiek in Parijs, nadat hij vanaf 1628 deze functie in Venetië had bekleed.
3 Lodewijk XIII van Frankrijk.
4 De Richelieu.
5 Jacques Nompar de Caumont, markies van La Force.
6 Christoph Martin, baron van Degenfeld; zie over hem VI, p. 16 n. 3.
7 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).
8 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
9 *Le Parfaict Capitaine. Avtrement L'Abregé des Gverres de Gavle des Commentaires de Cesar. Avec qvelqves remarqves sur icelles, suiuy d'vn Recueil de l'Ordre de gverre des Anciens, ensemble d'vn Traitté particulier de la Guerre.* A Paris, Chez Iean Hovzé au Palais, en la Gallerie des Prisonniers, à la Renommée. M. DC.XXXVI.
10 Odoardo Farnese.
11 Ferdinando de Medici, groothertog van Toscane.
12 Ferdinand II. Voor deze propositie zie men Khevenhiller, *Annalivm Ferdinandeorvm* tom. XII, p. 1884.
13 Manuel de Guzmán, graaf van Monterey.
14 Diego Mexia Felipes de Guzmán, markies van Legandès.

Van den landgraef van Cassels[1] voornemen sijn wij onseecker. De Switsersche ende Grisonsche colonnels ende capitainen Vrancrijck dienende doen groote clachten van wanbetaelinge, ende sijn de gemoederen van die natiën seer afkeerigh van Vrancrijck.

Al wederom is een bode gecomen van Calis, brengt niet een letter uit Hollant. 't Schijnt, dat de Latoulieden een monopolie willen besitten van alle tijdingen. Men moet dencken op remedie.

Den 10 Oct. n. st. 1636.

Adres: Mijn Heer (Mijn Heer) Reigersberg, raedt in den (Hoogen Raide) in Hollant.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den X oct. 1636 wt Paris.

2791. 1636 oktober 11. Van N. van Reigersberch[2].

Mon frère,

Den oosten wint ende goede occasie is oorsaecke, dat ick nu oock buyten den ordinaris tijt schrijve.


Wij wenschen d'heer Beaumont[11] geluck met onse nichhte[12]. 't Sal mij lief sijn wel ende dicmael te correspenderen.

Den 17 Oct. 1636.

Soo uE. eens schrijft aen mijn heer Spierinck[13], wilt hem, gelijck ick bijwijlen doe, bidden, dat hij mijne saecken wil stellen op een effen baen.

Wilt doch de papieren, die tot d'heer Basius[14] sijn, met de eerste gelegentheit senden.

Ick verstae mons.r van der Nat dit jaer niet over en comt.

UE. moet in sijne communicatiën aldaer gaen met retenue, alsoo Zosimus naeu luistert ende veel vrunden heeft.

1 Frederik Hendrik.
2 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon.
3 Vgl. hierover no. 2697, p. 304 en n. 6 aldaar.
4 Ludwig Camerarius, ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
5 Albert Joachimi, ordinarius ambassadeur van de Republiek in Londen.
6 Codenaam voor Rotterdam; het betreft Grotius' pogingen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
7 De Richelieu. Zie betreffende de verderop vermelde alchimist, Dubois Maillé, no. 2762, p. 398 n. 3.
8 Foppe van Aitzema.
9 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels ambassadeur in Parijs.
10 De hierboven genoemde graaf van Leicester en diens ordinarius collega, burggraaf John Scudamore.
11 Simon van Beaumont, Grotius' opvolger in het ambt van pensionaris van Rotterdam.
12 Catharina Brandt, weduwe van Johan Tuyning; Simon van Beaumont en Catharina Brandt zijn op 12 oktober 1636 te Rotterdam aangetekend en in Den Haag getrouwd. Johan Tuyning - Jan Tuning - was een neef van Grotius.
13 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
14 Rekenmeester mr. Johan Basius - Base -.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de (Groot), den 17 Octob. wt Paris.

2802. 1636 oktober 18. Van A. Oxenstierna[1].

Magnifice ac generose Domine legate, amice singulariter dilecte,

Diversas tuas de 22[2] et 28 Augusti[3], de 5[4], 11[5] et 18 Septembris[6] novi calendarii pridie hic recte cepi; ad quas cum hac vice brevibus respondere constitui.

Pro communicatione singulares tibi gratias habeo, in qua te subinde continuaturum non diffido.

De mea erga te voluntate velim tibi plane persuadeas nullam me occasionem intermissurum, qua rebus ac commodis tuis debite prospiciatur. Et si per occupationes alias quandoque intermitti quicquam contigerit, dabo operam, ut responso magis plausibili dilata mora resarciatur.

In Gallia si rogatum abs te fuerit, quid causae sit, quod regiae foederis ratificationis[7] extraditio hactenus facta non sit, pro tua dexteritate ac prudentia poteris id excusare, tum ratione et exigentia praesentis status, qui ita comparatus est, ut nisi requisitis plurimorum assensibus communicatisque cum iis quoque, qui longe absunt consiliis, hac minorennitate regia[8] in tam ardua re quicquam statuere nemini integrum sit, tum quod marchio S.[ti] Chaumontii[9] satagit iis nos ligare conditionibus, quibus a cogitatione pacis ac tractatuum penitus abstrahamur. In Gallia autem ministri regis sedulo tractatus meditantur agitantque: adeo nemo iure mirari poterit, quod cautius hic procedamus, ne quid committatur, quod imposterum statui nostro manifestum praeiudicium creet ac detrimentum. Praeterea rex Daniae[10] reassumptionem tractatuum serio urget et datis ad S. Reg. M.[tem] Dominam meam clementissimam pariter ac illustrissimum regni senatum literis suam operam et interpositionem offert; quo nomine peregre absentes domini senatores huc conscripti sunt ad X huius mensis diem, ut de re tanti momenti deliberetur. Dictarum literarum exempla et quid ad eas responsum fuerit, prima quaque occasione tecum communicabo.

Quod operam et laborem amplificandis historiis Gothicis[11] praeclare impendis, in eo rem facis S.R. M.[ti] g(r)atam et regno honorificam. Unde non possum

1 Hs. Stockholm, RA., coll. Gallica, brev till legaten Hugo Grotius 1635-1638. Orig. eigenh. ondertek. Antw. op nos. 2721, 2734, 2744, 2757 en 2762; beantw. d. no. 2881.
2 No. 2721.
3 No. 2734.
4 No. 2744.
5 No. 2757.
6 No. 2762.
7 Vgl. no. 2790, p. 432 n. 4. Het verdrag werd van Zweedse zijde geratificeerd op 1 augustus 1637; de ratificatie-uitwisseling vond eerst in maart 1638 plaats.
8 Christina van Zweden was in 1626 geboren.
9 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij Oxenstierna.
10 Christiaan IV.
11 Eerst na Grotius' dood verscheen te Amsterdam zijn *Historia Gotthorvm, Vandalorvm, & Langobardorvm*. Zie no. 2734, p. 355 en aantekeningen.

non tibi suasor esse, ut in hoc laudabili tuo instituto porro persistas. A me siqua tuis lucubrationibus contribui poterit, est quod propediem hinc expectabis.

Interea te divinae tuitioni amice commendo.

Tibi amicissimus

Axelius Oxenstierna mp.

Scribebam Stockholmiae die 8 Octobris Anno 1636.

Scriberem de rerum nostrarum in Germania statu, sed cum ea eodem fere tempore ad vos deferantur, quo cognoscantur a nobis, non immerito supersedeo relinquens ea dominis Salvio[1] atque Camerario[2] perscribenda. Vale[3].

Adres: Sacrae Regiae Maiestatis Sueciae apud Christianissimum Galliarum Regem legato ordinario, Magnifico ac Generoso Dn. Hugoni Grotio, amico honorando.

In dorso schreef Grotius: 8 Oct. 1636 Cancell.

En boven aan de brief: rec. 8 (dec.).

2803. 1636 oktober 20. Aan J. Lampadius[4].

Felicissimis mihi illum semper annumeravi diem, vir nobilissime, quo mihi te videre ac nosse contigit, sermonesque sociare de iis, quae christianam concordiam turbant, deque eorum remediis. Valde cum meis sententiis conveniebant quae ex te audivi, neque unquam excident animo.

Eandem esse mentem viro eximio D. Calixto[5], tum ex ipsius libris tum amplius ex tuo relatu cognovi. Quare ex quo certa mihi sedes cum legatione hac data est, nihil magis optavi quam ex illius optima disciplina habere aliquem mihi quam conjunctissimum. Quod nunc mihi in Brandano Daetrio[6] contigisse gratulor simulque et tibi et D. Calixto, quod mihi hanc ad rem adjutores fuistis, ago gratias.

Deumque veneror, ut veram aequamque pacem christiano orbi illisque imprimis, in quibus vivitis, regionibus restituat.

Tuus optima fide

H. Grotius.

Lutetiae, X/XX Octobris MDCXXXVI.

1 Johan Adler Salvius; zie V, p. 239 n. 7.
2 Ludwig Camerarius, ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
3 Het postscriptum is eigenhandig.
4 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.* p. 272. Antw. op no. 2606. Betreffende Jacobus Lampadius zie VI no. 2369, p. 364 n. 6.
5 De Helmstedtse theoloog Georg Calixtus.
6 Brandanus Daetrius - Brandan Dätri -; zie no. 2606, p. 167 en n. 3 aldaar.

2804. 1636 oktober 20. Aan F. Lindenbrog[7].

Vir nobilissime amicorumque antiquissime,

Magno cum gaudio cognovi et bene valere te et manere neque amicorum neque earum, quas semper excoluisti, literarum immemorem.

7 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 272. Zie betreffende Friedrich Lindenbrog V, p. 44 n. 3.

Legatio, de qua mihi gratularis[1], splendida quidem est, sed magnis eget praesidiis, ad quae paranda laborare quidem paratus sum, sed praecipue Dei favorem precibus mihi implorandum intelligo.

Ad eam rem bonus adjutor mihi erit Brandanus Daetrius[2], quem tibi probari illis praesertim ex partibus, quae apud me plurimum valent ac valere debent, multum gaudeo.

Satis suaviter hic vivimus cum amicis illis tuis, quos in litteris nominas, qui tui meminerunt saepe teque amant mutuo. Inter alia hujus loci bona est ingens et librorum et utilium colloquiorum copia.

Valesius[3] Ammianum[4] edidit optimis usus manu conscriptis codicibus. Tui ut et de[5] illo scriptore et de aliis optime meriti grate[6] mentionem facit.

Vale.

Tuus

H. Grotius.

Datum Lutetiae, X/XX Octobris MDCXXXVI.

2805. 1636 oktober 20. Van Ch. Marini[7].

Monsieur,

Pou[r] vous faire voir bien naifvement ce qui se fait par deçà, ie vous envoye la lettre de Son Ex.[ce8] ouverte qu'il vous plairra après l'avoir leue fermer et despecher par promte addresse.

Si tant est que le Turc[9] brasse quelque chose contre l'Ungrie ou Poulogne soubs l'espérance qu'il a de faire bientost sa paix ou tresves avec le Persien[10], ceste diversion nous accéléreroit une paix universelle et telle que nous pourchassons ores par les armes.

Monsieur le duc[11] est à Coire où on espère que tout sera par son authorité appaisé et les mutinés réduits à l'obéissance.

1 Deze brief van gelukwens van Lindenbrog is niet meer aanwezig.
2 Voor Brandanus Daetrius zie no. 2606, p. 167 en n. 3 aldaar.
3 Henri de Valois - Valesius - (1603-1676), Frans geleerde.
4 *Ammiani Marcellini Rervm gestarvm qvi de XXXI svpersvnt libri XVIII. Ex MS. Codicibus emendati ab Henrico Valesio, & annotationibus illustrati. Adjecta sunt Excerpta de gestis Constantini nondum edita.* Parisiis, Apud Ioannem Camvsat, via Iacobaea, ad insigne Aurei Velleris. M.DC.XXXVI. Voor Ammianus Marcellinus zie III, p. 444 n. 10. Ook Lindenbrog had een editie van Ammianus Marcellinus bezorgd; zie V, p. 59 n. 7.
5 Dit woord ontbreekt in de Rotterdamse copie.
6 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
7 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2834. Betreffende Marini zie V, p. 436 n. 4.
8 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
9 Sultan Murád (Amurath IV).
10 Sefi (Sam Mirza).
11 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.

Gallas[12] est encor dans la Franche Comtée y attendant le secours de 6^{m} hommes que le colonel Butler[13] luy amène de la Silésie.

12 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand.
13 Jakob Christian Butler.

Pluest à Dieu que la France se ressente dignement de ces coups pour en cercher sa vangeance dans le pays de son ennemy qui parle trop de haute main.

A tant priant Dieu qu'il vous maintiene en santé et prospérité ie demeure tous[i]ours, monsieur,

Vostre serviteur très humble
Marini.

Ex Clavenna, 10/20 8bris 1636.

Adres: M.r Grotius.

Onder aan de brief: Mon.r Grotius.
In dorso schreef Grotius: 10/20 oct. 1636 Marin.
Boven aan de brief: Rec. 12 Nov. n. st.

2806. 1636 oktober 20. Aan H. Vagetius[1].

Omnia cum duris bellum circumstrepat armis,
Nilque satis tutum Mars ferus esse sinat;
Tu tamen en thalamos audes tentare jugales,
Blandaque conjugii federa pacis opus.
Sed Musis belli datur exarmare furorem,
Et trahere infestos ad meliora viros.
Hoc tu praesidio, Vageti doctissime, fisus
Vincula non metuis quae tibi fecit amor.
Pronuba Calliope genialia carmina cantat,
Praelucetque sacras ipsa Thalia faces.
Et quae tu parvis facias foecunda Poëtis
Tempora fulmineo libera Marte parat.

Habes epigramma, vir eruditissime mihique amicissime, simulque votum meum, quod effectum det Deus.

Venit ad nos Brandanus Daetrius[2] tibique cuncta satis recte procedere nuntium mihi pergratum attulit. Ego si quid unquam possim facere quo appareat, quanti mihi sis, non exspectabo dum roger. Interim tibi amicisque veteribus cuncta opto prosperrima.

Tuus ex animo
H. Grotius.

Lutetiae, X/XX Octobris MDCXXXVI.

1 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 272. Antw. op no. 2617. Betreffende Henricus Vagetius - Vaget - zie VI no. 2234, p. 161 n. 1.
2 Zie no. 2606, p. 167 en n. 3 aldaar.

2807. 1636 oktober 22. Aan M. Casaubonus[1].

Quod non colloquio tantum interiore, sed et lare ac mensa Reigersbergium meum[2] excepisti, vir reverende, id beneficium quanti faciam, magis animo concipere quam verbis exprimere possum. Utinam non huic tantum, sed et aliis tuis officia[3] paria facere possem. Inter officia autem illud vel maximum est, quod summatim a me institutum juvenem de eis dogmatibus, quae ad pietatem faciunt, et reverentia, quae primorum temporum ecclesiae optimo jure debetur, confirmasti ea in re edocuistique amplius. Ipse vestrae ecclesiae, et qui utinam ecclesiae diu praesit magni archiepiscopi[4] conspectus magnum illi ad optima quaeque incitamentum erit.

Steuardus[5] si sibi defuit, non habet quod aut in me, qui commendavi, aut in te, qui commendatum suscepisti requirat. Si se ostenderit, cogitabitis, an in docendis philosophiae praeceptis, in quibus multum se exercuit, aliquis ejus usus esse possit.

Rogo te, ut, si qua sit occasio, norit per te archiepiscoporum omni laude eminentissimus me in ipsius veneratione nemini concedere. Tibi vero bona opto tot atque tanta, quanta devinctissimus amicorum optime merito amico optare unquam potuit poteritve. Etiam optimae matronae, conjugi tuae[6], pro sua summa in nostrum propinquum comitate gratias ago cunctaque precor felicissima.

Tibi addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XII/XXII Octobris MDCXXXVI.

2808. 1636 oktober 22. Aan H. Conring[7].

Quantum poëtica facundia valeas, Conringi doctissime, ostendit Lessus[8], felix Claudiani[9] imitatio; quanta autem sit in te cognitio rerum naturalium ac praecipue excellentissimi inter corpora humani et eorum, quae id perpeti natum est, docent theses medicae[10], quas ad me misisti, praeter ea, quae antehac tua videre mihi summa cum voluptate atque utilitate mea mihi contigit.

1 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 272. Antw. op no. 2782. Over Mericus Casaubonus - Florence Etienne Méric Casaubon - zie men V, p. 66 n. 5. aant.
2 Johan van Reigersberch, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer, eveneens Johan geheten, bij leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
3 De Rotterdamse copie heeft abusievelijk ‘officiis’.
4 William Laud, aartsbisschop van Canterbury.
5 Adam Steuart; zie over hem no. 2701, p. 307 n. 4.
6 Niet geïdentificeerd.
7 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 272. Betreffende Hermann Conring zie men V, p. 222 n. 3.
8 Conrings *Lessus in praematuram obitum serenissimae principis ... Dorotheae ... uxoris serenissimi principis ... Augusti Ducis Brunsvicensis ac Lunaeburgensis, in partu extinctae*. Typis Iacobi Lucii: Helmaestadii 1635.
9 De latijnse dichter Claudius Claudianus (± 370-404); voor de uitgave van zijn gedichten door Th. Birt zie V, p. 35 n. 4.
10 Welk werk het hier betreft heb ik niet kunnen vaststellen,

Ego vero sicut omnium eruditorum amicitiam feci semper maximi, ita imprimis expetivi illos nosse, illis nosci, quos generosi animi impetus ad scandenda artium culmina, unde vulgus longe despiciatur, impellit.

Quare dubitare noli, quin tuo merito tuus sim, idque ut videas, ex amicitia hoc mihi juris sumam, ut per te viris egregiis collegis tuis, et supra caeteros D. Calixto[1], cujus pietatem eruditionemque juxta suspicio, postulem commendari.

Vale, vir eruditissime.

Tuus
H. Grotius.

Lutetiae, XII/XXII Octobris MDCXXXVI.

2809. 1636 oktober 23. Aan S. Bielke[2].

2810. 1636 oktober 23. Aan L. Camerarius[3].

Illustrissime Domine,

Federis Galliam inter Britanniamque spes videtur se magis quam antehac ostendere, sic tamen ut dubitandi sint causae: Arondelius[4] etiam nunc Ratisbonae trahi se patiens et durae leges, quas Britanni Batavis ferunt, antequam hostilia in Hispanum[5] aut Caesarem[6] velint capessere.

Zawatskius[7] tandem hinc abiit.

Belli res, ut fieri anno declinante solet, prope dormiunt; in Picardico fine maxime, unde frater regius[8] fessus belli malorum abiit, rex[9] tum ob alia, tum ob morbos semet vulgantes intra hunc mensem abiturus et huc venturus putatur.

In Burgundia aliquid actum est: nam et dux Bernhardus[10] Picolominaei[11] et Isolani[12] castra nocturna irruptione imminuit, praemissus Ransovius[13], subsecutus cardinalis Valetta[14]. Sed praeter Silesias cohortes Bavaricae aliquot non paucis cum machinis

1 Georg Calixtus, theoloog te Helmstedt, waar Conring professor philosophiae naturalis was.
2 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 86. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie gelijkluidend met no. 2810 aan L. Camerarius; men zie aldaar. Betreffende Sten Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 86 (gelijkluidend aan Sten Bielke); copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 54. Gedrukt *Epist.*, p. 273. Ludwig Camerarius was ordinarius Zweeds ambassadeur in Den Haag.
4 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
5 Philips IV.
6 Ferdinand II.
7 De Poolse gezant Johan Zawadski.
8 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
9 Lodewijk XIII van Frankrijk.
10 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
11 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
12 Ettore Giovanni Ludovico Isolani, generaal der Kroatische ruiterij in dienst van Ferdinand II.
13 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
14 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.

pontem Brisaci transiere, quo magna vis commeatuum e Wirtembergi agro locisque vicinis transit, etiam copiae militares sub Glenio[15]

15 Gottfried Huyn, graaf van Geleen (†1657), wachtmeester-generaal in keizerlijke dienst; hij streed sedert 1636 in het gecombineerde Beiers-keizerlijke leger.

nonnullae. Validior Galassius[1] per haec incrementa Ludam oppugnat, loca vicina Bellegardam et Ausonam eminus includit, ut Corbiam in Picardia Galli.

Nec pacis artes frigent, cui promovendae transiit Augustam Ginettius[2], destinatur a Venetis Pesarus[3] et privatis pactionibus interim tentatur Hanovia Offenbacho nuper insesso superba.

Valli Telinae et ex Tirolensi agro et per Helvetios, ut videtur, montes malum minatur Hispanus utrinque ingruens: gnarus ob debita diu stipendia parum pronos Gallis et Helvetiorum et Rhaetorum animos.

Classes, quae in mari sunt Ligustico, Gallica portubus suis, Hispanica Genua se jam tenet, intenta haec, ut Margaritae Honoratique insulis adferat multum desideratos commeatus.

Transilvaniae res a Turca[4] agitari fama hic est, sed talis, ut de fide dubitare liceat. Haec pauca scribere malui quam multa, quae parum certis auctoribus ex cujusque usu vulgantur.

Simul, Illustrissime Domine, illustrissimae Dominationi Tuae[5] omnia Dei munere prosperrima opto.

Tuae Illustrissimae Dominationi addictissimus ejusque observantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XIII/XXIII Octobris MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: A.^{o} 1636. R 1/11 Novemb.

2811. 1636 oktober 23. Aan A. Oxenstierna[6].

Excellentissime Domine,

Abiit tandem Zavaskius[7] multum a suis sordium accusatus, comitatu tenui, mensa plebeia. Etiam quod a cardinali Hispano[8] munus acceperat, vendidisse in Anglia dicebatur.

1 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
2 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
3 Zuane Pesaro, Venetiaans diplomaat, aangewezen als afgevaardigde ter vredesconferentie. Nog vóór zijn vertrek werd hij van zijn taak ontheven.
4 Sultan Murád (Amurath IV).
5 De uitgave der *Epist.* heeft 'tibi' in plaats van 'illustrissimae Dominationi Tuae'.
6 Gedrukt *Epist.*, p. 273; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 256.
7 De Poolse gezant Johan Zawadski.
8 Don Fernando; zie IV, p. 412 n. 11.

Ratisbona Arundelium[9] adhuc retinet. Silentio tegitur oratio longa Caesaris[10] ad principes; exspectatur ibi Brandenburgicus elector[11] et Coloniensis[12].

9 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
10 Ferdinand II. Zie voor de oratie: Muller, *Nederlandsche Pamfletten*, no. 2557. *Propositie. Ghedaen by de Keyserl. Maj. in de Vergad. der Rijcx-Vorsten tot Regensburgh (in d. 15 Sept.). Getransl. uyt het Hooghduyts* ... s' Gravenhage. Lud. Breeckevelt ... 1636.
11 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
12 Ferdinand van Beieren, aartsbisschop en keurvorst van Keulen.

Hic inter Gallos Anglosque foederis spes est aliqua, sed nondum confectum est negotium. Si cum Batavis Angli de mari controversiam ad aequas pactiones deducere poterunt, magna res acta erit.

Cardinalis[1] duos suspectos sibi ab exercitibus amovit, quorum frater regius[2] nunc hic est Blesas porro iturus, Suessionensis[3] in Campaniam amandari creditur. Regem[4] sub finem mensis hujus aut hic aut hinc non longe futurum credimus.

Nuper Ransovius[5] prima nocte Isolani[6] castra invenit praedaeque multum abduxit; primo demum mane supervenit Valetta cardinalis[7] et gloriam victoriae sibi vindicat. Sub idem tempus Piccolominii[8] castra damno affecit dux Bernhardus[9].

Corbiam Galli claudunt circumducto aggere nullius rei, quod sciamus, egentem, nisi quod molae lapidesque molares deesse dicuntur, quorum defectus aliis commentis suppleri potest. Conspectus amissi oppidi et malorum, quae inde nasci possunt, reputatio sopita aliquamdiu, ut scripseram[10], odia in Sancurium[11], Davausii[12] affinem, resuscitat. Est is in Anglia postulantque eum sibi dedi legati Gallici[13]; responsum accepere moratorium. Nempe ut illi tempus abeundi detur.

Veneti Pesarum[14], virum egregium, mittunt ad pacificationis negotium Coloniam. Eodem se per Augustam Guenettius[15] contulit. Sed credibile est nihil actum iri, priusquam res transactae sint Ratisbonae.

Praeter illa sex aut septem e Silesia millia, Bavaricae cohortes aliquot pontem Brisaci transiere cum machinis XXIV, centum carris farinae. Dicuntur eodem modiorum frumenti undecim millia e Wirtembergensi agro portata et ex eodem agro Sueviaque novas eo copias ducere Glenius[16]. Iam certe ita viribus suis confidit Gallasius[17], ut non Bellegardam tantum et Auxonnam intercludat aditu, sed et Ludam machinis verberet; unde Montispellicardi periculum imminet, hoc majus futurum, quod comes Susae[18], notae industriae atque animi vir, mortalitatem explevit.

Pars quaedam imperatoris[19] copiarum ad Tigurim se ostendit, metusque est,

1 De Richelieu.
2 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
3 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
6 Ettore Giovanni Ludovico Isolani, generaal der Kroatische ruiterij in dienst van Ferdinand II.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
9 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
10 Niet in een der laatst voorafgegane brieven aan Oxenstierna.
11 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 n. 6.
12 Claude de Mesmes, graaf van Avaux; zijn zuster Judith de Mesmes was met De Soyecourt gehuwd.
13 Jacques d'Angennes, markies van Poigny, ordinarius Frans ambassadeur in Engeland, en zijn extra-ordinarius collega Henri de St. Nectaire, hertog van La Ferté-Nabert.
14 Zuane Pesaro; zie no. 2810, p. 458 n. 3.
15 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
16 Gottfried Huyn, graaf van Geleen, wachtmeester-generaal in keizerlijke dienst.
17 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
18 Louis de Champagne, graaf van La Suse.
19 Ferdinand II.

ne ex ea parte, et simul a lacu Comensi, propter quem Germanus miles se tenet, irrumpatur Rhaetia fessa insuper discordiis.

Duces Rhaeti omnes ob non soluta per undecim menses stipendia a Gallis debita militiam deseruere, tribus demtis. Conventus novus Curiae habetur, quo ipse se, quanquam et animo et corpore aeger, transfert Rohanius[1] iratos, se potest, verbis placaturus.

Quis sit Vallis Telinae status exhaustae peste et agrestium ob militares injurias fuga, Marinus[2] dicet. Loca, quae Hispani in territorio Placentino cepere, haec praecipua nominantur: Comporanata, Florentiola, Burgum, Sanctidominicum, Curtis major, Buscittum, Montcella, Pleudola, Salinae ad Saxum. Aqua praeterea amnis ab oppido Placentiae abducta, et oppidanorum aversi animi ducem ipsum intra arcem conclusum trepidumque tenent. Iam et Albam et Niceam Montiferratensis ditionis oppida, suae potestatis fecere Silva[3] et Ferrandinus[4], et Astae minantur.

Classis Gallica in ora est Provinciali, Hispanica Genuae, in id se parans, ut insulis Margaritae et Honorati commeatus, qui ibi desiderantur, adferat. Alia classis ad Caretam contrahitur.

Landgravius[5] quid agat, incerti sumus. Credi volunt Galli auctum illum Gallicis cohortibus ire, ut Dortmundo Ermensteinoque subveniat. Hanoviae praesidiarii Offenbachum invasisse dicuntur ad eripiendum hunc illis locum movente se Darmstadiensi[6]. Interim nec pactionum cum oppido tentamenta conquiescere.

Multum dubito, verumne sit Turcas Neuheuselae insidiatos; deinde viginti eorum millia missa ad expellendum Transilvaniae Ragoskium[7], desertum ab imperatore metuente, ne novum in se bellum concitet.

Anglos intelligo, priusquam bellum in Austriacos sumant, magno id indicare Batavis nempe volentes Flissingam sibi tradi, ut e propinqua sede arma moveant, deinde veterem Britannum militem sibi concedi accepto ejus in locum novo. Haec meis popularibus persuaderi posse vix arbitror. Tum vero metuo, ne rejectae res a Ratisbonensi conventu in Norembergensem anni venturi Anglos tot annos trahi solitos trahant amplius. Ne id quidem crediderim, quod fertur, cudi Ratisbonae proscriptionem, quam bannum vocant, in landgravium Casselensem et ducem Bernhardum. De Gozio[8] rumores sunt varii, alii ad Visurgim, alii longius iisse.

Sed haec ex propioribus partibus cognoscentur certius.

Nihil aliud nunc quidem habeo, Excellentissime Domine, nisi ut reginae[9], regno, Tuae Sublimitati precer optima.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus

H. Grotius[10].

1 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
2 Over Charles Marin(i) zie V, p. 436 n. 4.
3 Filipa da Silva; zie no. 2744, p. 372 n. 11.
4 Don García de Toledo y Osorio, markies van Villafranca, hertog van Fernandina.
5 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
6 Georg II, landgraaf van Hessen-Darmstadt.
7 Georg Rákóczi.
8 Johann, graaf van Götz, generaal-majoor in keizerlijke dienst.
9 Christina van Zweden.
10 Naam en onderschrift ontbreken in de uitgave der *Epist.*

Lutetiae, 13/23 Octobris 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2812. 1636 oktober 24. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijnheer,

Ick heb na lang verwachten becomen d. Brandanum Daetrium[2], een zeer geleerd ende godsaeligh jongman, om in mijn huys voor predicker te dyenen, hebbende daertoe wettelijcke beroepinge van Helmstadt. Hij is discipel ende domestycq geweest van doctor Calixtus[3], een zeer moderaet theologant, preckende de waerheyt van de godsalicheyt ende de eenicheyt der protestanten, daeronder hij arbeyt. Ick hoop met d. Brandano wat goeds te doen; sal bijwijlen in 't latijn predicken, omdat, soo eenig gereformeerden van Vrancrijck willen, hem mede mogen hooren, dye wij oock, soo sij 't begeren, uyt onse communie nyet en sullen uytsluyten.

De jonge neeff Reigersberg[4] heeft in Engelant veel vrundschap ontfangen van veele heeren, dye mij goed gunnen. Mijn boeck, De Satisfactione[5], werdt daer zeer gepresen, mijne Sacra Poemata[6] zijn te Oxford naegedruckt ende Liber de veritate christianae religionis[7] overgeset in 't Engelsch[8] als oock in 't Gryecksch[9] door den predictie van mijnheer den ambassadeur ordinaris van

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 g. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op no. 2725; beantw. d. no. 2825.
2 Brandanus Daetrius - Brandan Dätri -, Grotius' huispredikant; zie no. 2606, p. 167 en n. 3 aldaar.
3 De Helmstedtse theoloog Georg Calixtus.
4 Johan, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer Johan van Reigersberch, in leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
5 *Defensio fidei catholicae De satisfactione Christi Adversus Favstvm Socinvm Senensem: Scripta ab Hvgone Grotio.* Lvgdvni Batavorvm Excudit Ioannes Patius, Iuratus & Ordinarius Academiae Typographus, Anno 1617; Ter Meulen-Diermanse, no. 922.
6 De formulering doet mij denken aan *Hvgonis Grotii Sacra in qvibvs Adamvs exvl tragoedia aliorvmqve eivsdem generis carminvm cvmvlvs consecrata Franciae Principi.* Ex Typographio Alberti Henrici, Hagae Comitatensi. Anno MDCI (Ter Meulen-Diermanse, no. 21). Maar ook kan bedoeld zijn het pas verschenen *Hvgonis Grotii tragoedia Sophompaneas. Accesserunt, Tragoedia ejusdem Christvs patiens, et sacri argvmenti alia, Ex editione anni MDCXVII recusa emendatiora*. Amsterdami, Apud Gvilielmvm Blaev, MDCXXXV. Ter Meulen-Diermanse, no. 157. Van geen van beide heb ik echter een Oxford-editie kunnen vinden.
7 *Sensvs librorvm sex, qvos pro veritate religionis Christianae Batavice scripsit Hugo Grotius.* Lugdvni Batavorvm, Ex Officina Iohannis Maire MDCXXVII; Ter Meulen-Diermanse, no. 944.
8 *True Religion explained, And defended against the Archenemies thereof in these times. In six Bookes. Written in Latine by Hugo Grotius, and now done in English for the common good.* Prov. 23.23. Buy the truth, - London, Printed by I.H. for Richard Royston, and are to be sold at his shop in Ivy lane next the Exchequer office. 1632 (Ter Meulen-Diermanse, no. 1015). Deze vertaling is van de hand van de franciscaan Christopher Davenport, bekend onder zijn kloosternaam Franciscus a Sancta Clara. Soms noemde hij zich naar zijn geboorteplaats Coventry Franciscus Coventriensis. Wellicht werd zijn pseudoniem verward met de naam van Francis Coventry, zoon van Thomas, grootzegelbewaarder.
9 Van deze Griekse vertaling heb ik geen spoor kunnen ontdekken. Het ‘predikant’ bij Brandt-Cattenb., *Leven* I, p. 378 zal op een foutieve lezing van ‘predictie’ berusten.

Engelant alhyer[1]. Mijne veersen van den doop[2] sijn oock bij een treffelijck pfarher van Brunswijck overgeset[3].

Onse meninge is in de predicatie nyet te leeren dan de articulen, dye alle christenen moeten geloven, daerbij doende vermaening tot een leven den christenen betamend ende de sacramenten te doen administreren met de eygen woorden van het Nieuwe Testament sonder yet daerbij te vougen, 'twelck het eenigh middel is, om de christenen te vereenigen, soo Godt eens dye genade wil doen.

Ick ontfang nu soo datelijck uE. bryeff, geschreven den XXV^{en} Augusti[4], met inhoudende het verhael van het desseing op Vlissingen. Den man, dye de bryeff gebracht heeft, is te S.^{t} Malo geweest. 't Waer te wenschen, dat beter ordre waer op de brieven.

Monsieur[5] is hier - gaet nae Blois door mistrouwen van (?) Eusebius[6], wiens volck overal ende buiten reden quaelijck spreecken van Calaber[7].

Men seit mij, dat de Lely[8], voor ende aleer te Pindariseren[9] tegen[10] Tulipa[11], wil hebben in sijn handen Vlissinge[12]. Ick segge, dat ick niet en meen, dat sulcx Gracchus[13] sal smaecken.

Men hoopt hier de twede reise van de heer Joachimi[14] wat goeds sal opereren. Ick wenschte daertoe te connen helpen.

Wat van mijnheer den landgraef[15] is, weten wij niet. Men geeft hier veel van hem uit ende publiceert breed de Sweedsche victoriën tegen Saxen[16]. Boven de 7000 uit Silesiën sijn eenige regimenten uit Beieren in Brisac gepasseert met 24 stucken geschuts, hondert carren met meel. Ende men seit daer een magasijn is

1 Burggraaf John Scudamore.
2 *Hvgonis Grotii Vraghe en antvvoordt: over Den Doop. Ghestelt in zijn ghevanckenisse voor zijn Dochter Cornelia de Groot.* Int Iaer onses Heeren 1618. Ter Meulen-Diermanse, no. 59.
3 *Hugonis Grotii Frage vnd Antwort vber den H. Catechismum für seine Tochter Cornelia / gestellet / Worinnen vnser gantzes Christenthumb auffs kürzeste verfasset ist / Auss den Holländischen in Hochteutsche Verse vbergesetzet / kaum an zweyem Orten nothwendig geendert / vnd mit Sprüchen Heiliger Schrifft erläutert / Neben angehengtem Leben / etc. Christi / Von M. Samuel Gerlachen / aus dem Hertzogthumb Würtemberg / Bischofflichen Lübeckischen / vnd Fürstlichen Hollsteinische Hoffpredigern zu Euthin.* Im Jahr:

NaCh soLCher bösen Zeit ein eWigfreWDen-Leben
WoLLst / O Herr / Liber Gott VnD HeLffer / allē gebē!

Lübeck / Gedruckt durch Valentin Schmalhertz / In verlegung Heinrich Schermwebel. De cijfers van het chronogram geven het jaartal 1635. Ter Meulen-Diermanse, no. 76. Samuel Gerlach (± 1615-1654).
4 No. 2725.
5 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van Lodewijk XIII.
6 Schuilnaam voor De Richelieu.
7 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
8 Codenaam voor Engeland.
9 Pindarus is een codewoord voor oorlog.
10 In de tekst in cijfercode: 77.72.9.52.62.
11 Codenaam voor Spanje.
12 De naam staat in de tekst in cijfer: 69.60.79.67.217.71.78.9.72.
13 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
14 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius ambassadeur van de Staten in Londen.
15 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
16 Johann Georg, keurvorst van Saksen.

van elff duisent mudden coren ende dat Gleen[1] daer meer volck brengt uit Wurtenberg ende Swaben.

Ginetti[2], schrijft men, is te Augsburg gepasseert ende Pesaro van Venegië[3] gaet op de handeling van Colen. Galas[4] hooren wij, dat Luden beschiet, Bellegarde Auxonne blocqueert, sijnde seer gesterckt door de voorgess. trouppen ende niet seer voelende de schade, die onlancx Ransou[5] bij last van den card. de la Valette[6] aen Isolani[7], den hertogh van Weimar[8] aen Piccolomini[9] heeft gedaen.

In Italië sijn het al seven steden ontrent Plaisance bij de vijant becomen; de rivier van de stadt afgeleit, ende den hertogh selve[10] in persoon in 't casteel, sijnde in benautheit niet alleen, omdat den vijant rondom het velt in heeft, maer oock omdat de heele burgerie van de stadt altijd tegen dit oorlogh is geweest, 'twelck de Fransoisen selve nu seggen bij hem onwijselijck te sijn aengenomen. Den Spaignaerd heeft oock in het Montferrat (be)comen Alba ende ..... (Me)n vr(eest) oock voor Asta.

De vloote van Vrancrijck is op de custen van Provence, die van Spaignië te Genua, besigh om de eylanden van Margarita ende S.^{t} Honoré, van vivres, daervan groot gebreck is, te versien.

De Fransoisen stroyen allerlei geruchten tot haer voordeel, oock dat den Turck[11] met 20^{m} man Ragosky[12] uitstoot uit Sevenbergen, sonder dat den keiser[13] hem derft moeien, 'twelck ick considererende de inlandsche beroerte van Turquien, de swaere oppositie van Persen, suspiciën tegen de Precopsche Tartaren, niet wel en kan geloven. Maer laet haer garen toe de vrucht te trecken, die van sulcke tijdingen can comen, dewelcke is de gemeente van Vrancrijck, ende insonderheit van Parijs, te houden in devotie. Wat Averius[14], Engelsche agent gedaen heeft in Hollant, sal ick gaerne verstaen. Sauvecourt[15], behoude broeder van den president de Mesmes[16] ende d'Avaux[17], die Corbie hadde overgegeven, is in Engelant ende hebben de Fransche ambassadeurs[18] hem geëyscht van den

1 Gottfried Huyn, graaf van Geleen; zie no. 2810, p. 457 n. 15.
2 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
3 Zuane Pesaro; zie over hem no. 2810, p. 458 n. 3.
4 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van de keizer.
5 Josias, graaf van Rantzau; zie VI no. 2343, p. 327 n. 13.
6 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
7 Ettore Giovanni Ludovico Isolani, generaal der Kroatische ruiterij in het leger van de keizer.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
10 De hertog van Parma, Odoardo Farnese.
11 Sultan Murád (Amurath IV).
12 Georg Rákóczi.
13 Ferdinand II.
14 Joseph Averie, Engels agent in Hamburg.
15 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 en n. 6 aldaar.
16 Henri de Mesmes, premier président van het parlement van Parijs.
17 Claude de Mesmes, graaf van Avaux; De Soyecourt was met De Mesmes' zuster Judith gehuwd.
18 De ordinarius Franse ambassadeur in Engeland was Jacques d'Angennes, markies van Poigny, en zijn extra-ordinarius collega was Henri de St. Nectaire, hertog van La Ferté-Nabert.

coning van Engelant[1], ende van hem becomen niet anders dan uitstel apparentelijck om Saucour tijd te geven om te vertrecken.

Te Conta in 't rijck van Napels werdt een andere vloot gereed gemaect. 't Schijnt de keisersche boven het effect, dat sij doen, om van Lac de Como in de Valteline te comen, oock trachten door Switserland in de Grisons in te beh. .en. Ende 't is te beclagen, dat de ordre van betaelinge vanwegen de Fransoisen soo quaedt is, dat de Switsersche ende Grisonsche colonels elff maenden ten achteren sijnde, meestal genoodsaect sijn geweest den dienst te quitteren.

Men verwacht te Regensburg den churfurst van Brandenburg[2] ende den bisschop van Colen[3] in persone. De principale saecken buiten de electie van den Roomschen Coning schijnen, dat uitgestelt sullen werden tot een nieuwe bijeencomste te Noremberg in het toecomende jaer. Off Engelant sich mede sal laeten uitstellen, sal te sien staen.

Mijne gebiedenisse aen de vrunden. Den jonge neef Reigersberg is hier bij ons wel te pas ende staet wel in de gratie van den ambassadeur ordinaris[4] ende ambassadrice[5] van Engelant.

UE. gelieve te continueren in de bevordering van de questie met Caesar[6] ende mij te doen hebben alle mijne papieren. Waer ick uE. wederdienst can doen, sal blijde sijn.

Tot Parijs, den 24 Oct. 1636.

Mijne jonge soon[7] heb ick hier in de legers niet gesonden, alsoo daer niet te leeren is als quaedt. Soo hij in Nederlant geen goede plaats can crijgen, sal ick sien hem bij hertogh Bernhard te stellen.

Men seit eenig versch volck bij den vijant gebracht is in Corbie.

Soo daetelijck comen de twe predicanten van den heer ambassadeur ordinaris van Engelant den mijne besoecken. Ick hoop, dit een beginsel sal sijn van meerder eenicheit.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 24 Oc(t.) 1636 wt Paris.

2813. 1636 oktober 25. Aan Willem de Groot[8].

Accepi, mi frater, a patre[9] Kilianum[10], cui pro opera impensa gratias habeo.

Venit ad me et Brandanus Daetri[11], juvenis optimus et qui gaudet patrem

1 Karel I.
2 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
3 Ferdinand van Beieren, aartsbisschop en keurvorst van Keulen.
4 Burggraaf John Scudamore.
5 Elisabeth, dochter van Sir Arthur Porter.
6 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
7 Diederik de Groot van Kraayenburg (geb. 1618).
8 Gedrukt *Epist.*, p. 863. Beantw. d. no. 2844. Vgl. no. 2761, p. 393.
9 Jan de Groot.
10 Cornelis Kiliaen, *Etymologicvm Tevtonicae Lingvae*; zie no. 2627, p. 197 en n. 5 aldaar.
11 Grotius' huispredikant; zie no. 2606, p, 167 en n. 3 aldaar.

nostrum teque sibi conspectum. Quod ei numerasti itemque Kiliani pretium in rationes nostras imputa. Dolet mihi quod tibi aliisque nostris semper negotium exhibeo.

Brandanus ex Calixti[1] disciplina est, viri veritatis et antiquitatis pacisque christianae amantissimi et qui studium sincerum pietatis multum controversiarum cognitioni anteponat, quod genus theologorum mihi semper placuisse nosti.

Venit ab Anglia minor Reigersbergius[2] bene exceptus a viris magnis, quod me attingeret. Vidit archiepiscopum[3], a Casaubono[4] etiam hospitio receptus. Libros meos ibi in pretio esse renuntiat. De veritate religionis christianae[5] nostra edi Anglice[6]. Novam quoque poëmatum meorum editionem factam Oxoniae[7]. De Satisfactione[8] valde probari. Etiam Brunsvici Germanice versa sunt nostra de Baptismo[9] a confessionis Augustanae viro egregio[10]. Ita solatium aliquod habeo impensae publico operae.

Multum probat Brandanus Pappiana[11] atque eam docendi formam secuturus est.

Miseram[12] ante menses hos duos aut amplius librum viri eruditi de motu terrae, cui inscriptio Philolaus[13]. Eum per Batavum, puto Croquium[14] aut alium, ad D. Vossium perferri volueram. Interrogavit me scriptor, qui nomen suum justa de causa occultat, an certus essem pervenisse librum, quo volueram; ego, qui nihil ejus intellexi hactenus, te rogo, ut scisciteris meque de eo quod compereris edoceas.

D. Salmasium[15] si forte videris, rogo, ut, ubi ea usus fuerit, tradat tibi Barnabae epistolam a me descriptam[16]. Quod si et veterem ejus latinam versionem habeat, precor ipsum quidem, ut mihi exemplum sumere liceat, te vero, ut aliquem

1 De Helmstedtse theoloog Georg Calixtus.
2 Johan, oudste zoon van Maria's in 1632 overleden oudste broer Johan van Reigersberch, die bij leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde was.
3 William Laud, aartsbisschop van Canterbury.
4 Mericus Casaubonus - Florence Etienne Méric Casaubon -; zie over hem V, p. 66 n. 5.
5 *Sensvs librorvm sex, qvos pro veritate religionis Christianae Batavice scripsit Hugo Grotius.* Lvgdvni Batavorvm, Ex Officina Iohannis Maire MDCXXVII; Ter Meulen-Diermanse, no. 944.
6 Vgl. no. 2812, p. 461 en n. 8 aldaar.
7 Vgl. no. 2812, p. 461 en n. 6 aldaar.
8 *Defensio fidei catholicae De satisfactione Christi Adversus Favstvm Socinvm Senensem: Scripta ab Hvgone Grotio.* Lvgdvni Batavorvm Excudit Ioannes Patius, Iuratus & Ordinarius Academiae Typographus, Anno 1617; Ter Meulen-Diermanse, no. 922.
9 Vgl. no. 2812, p. 462 en n. 2 aldaar.
10 Vgl. no. 2812, p. 462 en n. 3 aldaar.
11 Waarschijnlijk worden hier bedoeld de geschriften van Johannes Pappus (1549-1610), theoloog, hoofd van de luthersen te Straatsburg.
12 Vgl. no. 2664 dd. 9 juli aan G.J. Vossius.
13 Pseudoniem van de astronoom Ismaël Boulliau (1605-1694); het betreft diens *Philolai sive dissertationis de vero systemate mundi libri IV*. Amsterdami, apud G. et J. Blaeu, 1639.
14 Volkert Gerritsz. Krook? Vgl. Maria's postscriptum bij Grotius' schrijven dd. 17 oktober 1636, no. 2801 (bijlage no. 2). Zie ook Rogge, *Br. Maria van Reigersb.*, p. 221 en n. 1 aldaar.
15 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar in Leiden.
16 Zie over de zg. brief van Barnabas V, p. 132 n. 5.

mihi quaeras, qui describat. Mire enim afficior illis primi saeculi christianorum scriptis, qualis est et Clementis ad Corinthios epistola, quam nobis ex Anglia Patricius edidit[1].

Ubi prodierint Heinsianae notae in Novum Testamentum[2] sciscitare, quando et suas daturus sit Salmasius[3]. Id enim si in propinquo est, differam jubere transcribi meas[4], donec ista viderim, ut, siquid opus sit, mutem.

Vale cum parentibus[5], uxore[6], liberis[7], propinquis, amicis.

Lutetiae, 25 Octobris 1636.

Iam nunc duo pastores legati ordinarii Anglicani[8] veniunt salutatum fraterne Brandanum nostrum. Erit hoc, ut spero, concordiae generalioris indicium.

Tuus tuo merito
H. Grotius.

2814. 1636 oktober 28. Aan G. Calixtus[9].

Dudum est, vir plurimum reverende, quod te ex fama, quae nihil tale latere patitur, cognovi atque suspexi. Hamburgi cum essem, accessit et amandi te causa, cum per amicos tuos et animum tuum mihi optime volentem et benigna de laboribus nostris judicia cognovi. Legi eodem tempore cum voluptate praefationem tuam ad Augustini libros de Doctrina Christiana et ad Commonitorium Vincentii Lirinensis[10], qua nihil prudentius, nihil hoc seculo utilius scribi potuisse censeo. Nisi enim interpretandi sacras literas libertatem cohibemus intra lineas eorum, quae omnes illae non sanctitate minus quam primaeva vetustate venerabiles ecclesiae ex ipsa praedicatione Scripturis ubique consentiente hauserant diuque sub crucis maxime magisterio retinuerant; nisi deinde in iis, quae liberam habuere disputationem, fraterna lenitate ferre alii alios discimus, quis erit litium, saepe in factiones, deinde in bella erumpentium finis? Neque vero documenta dare contentus addidisti et documentis congruens exemplum, in illa nobili de conjugio clericorum controversia,

1 Betreffende Clemens' brief aan de Corinthiërs en de uitgave van Patrick Young zie men V, p. 132 n. 3.
2 *Danielis Heinsii Sacrarvm Exercitationvm ad Novvm Testamentvm Libri XX.* Lvgd. Bat. MDCXXXIX; zie no. 2773, p. 407 n. 11.
3 *Annotationes in Novum Testamentum*, grotendeels voltooid.
4 Zie voor Grotius' *Annotationes* no. 2610, p. 172 n. 1.
5 Jan de Groot en Aeltgen Borre van Overschie.
6 Alida Graswinckel.
7 Zie voor hun namen VI, p. 549 n. 12.
8 Een van hen was wellicht Thomas Lockey. Deze vroeg althans op 26 augustus 1638 aan aartsbisschop Laud ontheffing van zijn bediening als kapelaan van John Scudamore te Parijs.
9 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 274. Geadresseerde, Georg Calixtus, is de Helmstedtse theoloog, door wiens bemiddeling Grotius zijn nieuwe huispredikant Brandan Dätri kreeg. aant.
10 *D. Augustini Libri IV de doctrina Christiana, Liberqve de fide & Symbolo, ac Vincentii Lirinensis Commonitorium, cum Prooemio Calixti prolixo, atqve Admonitione, sub finem adjecta.* Helmstadii 1629. Over Vincentius van Lérins en zijn *Commonitoria* zie men IV, p. 205 n. 5.

qua super re quae scripsisti[1] itidem Hamburgi agens cum voluptate summa legi: et haec, quae legeram, aliis legenda monstrare non omisi.

Francofurtum[2] cum venissem, magno meo bono adeptus sum amicitiam viri amplissimi Iacobi Lampadii[3], quicum libere collocutus, si quid mei ad pleniorem tui tuarumque sententiarum notitiam deerat, cognovi tum ipsius relatu tum ex libro tuo, quo me donavit, qui theologiae maxime necessariae, id est, ad mores christianos, sine quibus caetera omnia infructuosa sunt, pertinentis partes exsequitur potissimas addita appendice contra novum hominum genus in hoc ratione utentium, ne ratione uti liceat[4].

Has ob causas animo tibi factus sum indies conjunctior, fortunaeque meae, quam Deus ex diu aspera in mitiorem commutavit, id maxime deesse credidi, quod non aliquem, cui eadem placerent, quae tibi ac mihi, haberem vitae socium.

Id cum nunc tua ope consecutus sim misso ad me Brandano[5], debitorem tibi me eo nomine profiteor; deinde vero et pro cumulo, quem huic beneficio addidisti donatis mihi libris tuis, tum iis, quos hactenus videram, tum illo non minus laudando de cursus nostri clausula, id est, extremo judicio[6]. Legi et hunc eodem, quo caetera scriptum judicio atque animi moderatione. Efficiam et ut alii legant, qui lectis pridem tuis scriptis de harmonia euangeliorum[7], et illo, quem ego hic legendum pluribus tradidi, de Theologia morali libro, te vero pretio aestimant, quos paucos esse aut[8] ignobiles veto te credere.

Confido futurum, ne me advocati Brandani neve Brandanum adventus huc sui poeniteat utque noster convictus ad ea, quae me tecum connectunt vincula, accedat.

Vale, vir plurimum reverende.

Tuus tuo merito
H. Grotius.

Dabam XVIII/XXVIII Octobris MDCXXXVI.

1 *Tractatus de conjugio clericorum, qvo ostenditur Pontificiam legem, qva sacris ministris conjugium universim & simpliciter interdicitur sacrae scripturae, rectae rationi, justarumqve legum naturae, & Exclesiasticae primaevae antiqvitati, prorsus adversari; in primis autem, qvod Baronius, Bellarminus, & socii, asserunt, Aposlotos eam sancivisse, absurdam novitatem esse. Sub finem agitur de haeresi Hildebrandina, & additur appendix, nonnihil scriptorum ad rem facientium, complexa.* Helmstadii, Excudit H. Mullerus 1631.
2 De Rotterdamse copie heeft hier ‘Franconofurtum’.
3 Over Jacob Lampe zie men no. 2606, p. 167 n. 1.
4 *Epitomes theologiae Moralis Pars prima. Una cum Digressione de arte nova, qvam nuper commentus est Bartholdus Nihusius, ad omnes Germaniae Academias Romano Pontifici deditas & subditas, imprimis Coloniensem; Cujus Digressionis ergo haec Epitomes pars seorsim nunc editur.* Helmstadii Excudit H. Mullerus 1634.
5 Brandan Dätri, Grotius' nieuwe huispredikant; zie no. 2606, p. 167 n. 3.
6 *De supremo judicio Liber unus.* Helmstadii Excudit H. Mullerus 1635.
7 *Concordia qvatuor Scriptorum Evangelicorum, & locorum, qvae in iis occurunt, difficiliorum ac dubiorum explicatio: Additi sunt duo Indices qvorum prior exhibet ordinem, qvo illa ex Evangelistis est comportata, posterior res plerasqve memorabiles.* Halberstadii 1624.
8 De editie der *Epist.* heeft ‘&’ in plaats van ‘aut’.

2815. 1636 oktober 28. Aan J.F. Gronovius[1].

Facis magis pro ingenii tui bonitate quam pro meo merito, Gronovi doctissime, quod mei benignam memoriam amoremque neque temporum neque locorum intervallis sinis perire. Noli dubitare, quin ego praestem mutuum, tuisque studiis tam feliciter procedentibus - sunt enim locupletes ejus rei testes literae tuae[2] - toto animo faveam laudemque propositum Minervam imitandi, quae foliis tantum oculos oblectantibus oleam et jucundam et utilem praetulit.

Tum vero quod a rerum majoribus vacantes horas Statianis[3] foliis impendis, valde id me juvat, qui scriptorem illum etiam in illo versuum genere cum mira majestate floridum colui semper.

Quod ut agnoscas, resumpsi in manus editionem Tiliobrogae[4], et quae olim, tuae aetatis cum essem, margini illevi tibi dijudicanda trado, quorum non dubito, quin aliqua occupaverit Gevartius[5], cujus editio mihi nunc ad manum non est.

P. 3: 'Martem non amplius armis'[6] video defendi posse, sed 'altius' malim; et mox 'nec tardo[7] raptus prope flumina cursu'[8], ut nova sit pars comparationis. Pro, assertae munere prolis'[9] plane scribendum putem 'ascitae'. Nam adsciscere est adoptare. Octavianum[10] apparet intelligi, qui Caesarem dictatorem[11] adoptione patrem in deos primus retulit.

Pag. 4: 'Crinem terit ungula'[12] erit rectius. Nam quod sequitur 'infessa' pro 'insessa'[13] typothetae culpam puto.

1 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss., no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 274. De brief heeft blijkens Grotius' schrijven van 19 augustus 1637 en Gronovius' antwoord daarop van [eind augustus - begin september 1637], beide in dl. VIII opgenomen, geadresseerde nimmer bereikt. Antw. op no. 2775. Over Gronovius zie men V, p. 229 n. 2.

2 No. 2775.

11 Josias, graaf van Rantzau; zie over hem VI, p. 327 n. 13.
12 Le sieur de Couture. De tekst der *Epist.* heeft abusievelijk Conturius.

Verderonna[1] in auxilium missus, quod ad vitandos hostes magno usus esset ambitu, serius quam erat opus adveniret. Ransovius igitur II Novembris novi, quo hic utimur, Calendarii[2] iter ingressus est brevius periculosiusque assumto principis Condaei[3] equitatu, als Vinariensi[4], cohortibus Germanicis duabus, altera sua, altera Batilii[5]. Per noctem totam ingressus per plana exundantibus fluviis stagnantia venit Auxonam Croatasque obvios cecidit. Qua clade exciti hostes, qui ad Sancti Iohannis municipium erant, instare acrius, ut tempus adventuri auxilii, quod fama vero majus fecerat, antecaperent celere victoria. Cesserant munimenta externa omnia, et post meridiem III Novembris jam et moenium labefacta parte parantem illac hostem irrumpere defensores ducentis prope occisis depulerant, cum adest[6] Ransovius. Manebat hostis in sede[7] veteri et, qua ille advenerat, CCC draconarii locum suum tutabantur. Mane diei IV Novembris eruptio facta est et illinc hostium fuga, quos equitatus hostium occidioni eripuit. Abeuntium lateribus institit Ransovius equitibus II^{m} hostium, qui praesidio dati ceteris erant, non ausis propius accedere. Ita per medios hostes reditum ad suos habuit Ransovius non incolumem tantum, sed et captivis, quos adducebat, illustrem. Totus, qui illic fuerat, hostium exercitus, cum adversus oppidum bene firmatum nihil speraret[8], retro, unde venerat, cessit, Mirebautium primum, deinde, ut creditur, Ararim versus, ut cum Gallassio[9] eum[10] transgressus in comitatu Burgundiae sibi quaerat tuta hyberna et commeatus.

Haec felicia, ut in bello fit, aliis pensantur adversis. XXIII Octobris ex eodem ut ante Calendario Hispanus Pompeiopoleos praefectus[11] cum XV^{m} peditum, equitibus D, Hispanis omnibus, Hironem amnem transiit statimque cepit Hendaiam. Die XXIV Gramontius[12], qui Baionae praeest, Damontium[13] miserat hostium vires speculaturum[14], sed eundem multo Hispanis imparem[15] jussit reverti. Tantundem fecit mox Espernonii[16] filius dux Valetta[17], nisi quod ex paterna praetoria cohorte militum aliquid Ciburci et S. Iohannis de Luce, municipio praedivite, reliquerat. Sed milites pauci erant prae tanto hostium numero, et illorum locorum Vascones sive formidine, sive regentium odio ad

1 Charles de l'Aubespine, seigneur de Verderonne (1580-1653), kanselier van Gaston, hertog van Orléans.
2 In plaats van ‘novi, quo hic utimur, Calendarii’ heeft de copie te Uppsala ‘eius, quo utimur, calendarii’ en de Haagse copie slechts ‘st. n.’.
3 Henri de Bourbon, prins van Condé.
4 Van Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 Antoine de Bey, heer van Batilly.
6 De copie te Uppsala heeft ‘idem’.
7 De copie te Uppsala heeft ‘caede’ (!).
8 De Haagse copie heeft ‘sperabant’.
9 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
10 Dit woord ontbreekt in de copie te Uppsala en in de uitgave der *Epist.*
11 Dit moet de verderop genoemde onderkoning van Navarra, de markies van Valparaíso zijn; zie p. 504 n. 3.
12 Maarschalk Antoine, hertog van Gramont, ook genoemd graaf van Guiche; zie VI, p. 543 n. 11.
13 Charles d'Aumont (1606-1644).
14 De copie te Uppsala heeft foutief ‘speculaturus’.
15 De copie te Uppsala heeft ten onrechte ‘majorem’.
16 Jean Louis de Nogaret de La Valette, hertog van Epernon.
17 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette; zie VI, p. 348 n. 11.

resistendum male parati. XXV die Ciburcum terra, Sancti Iohannis autem de Luce municipium mari XXVIII pinassis, octo bellicis navibus oppugnarunt hostes ac facile ceperunt. Cessit eis[1] et Socova, bono situ portus, quem Galli munire coeperant tantum.

Iam Navarrae pro rege Hispano[2] rector[3] regi suo Baionam audet polliceri ante diem Dominici Natalis. Est ingens munitumque oppidum: nec quicquam ferme est, quod metuatur praeter aversos a rectoribus suis populi animos supra oppidum de duabus arcibus tenentis alteram. Etiam Aquitanicae praefecturae, quae ad Vasconiam accedit, loca quaedam memorantur ab hoste occupata, sed minus nobilia. In Britanniae Armoricae littus exscensum facere prohibitus hostis fuit. Interim rex[4] Vitriacum[5], provinciae Narbonensis praefectum, misit, ut insulas Margaritae Honoratique eripiat Hispano.

Qui intra Corbiam sunt tentato colloquio, cum moras quaerere viderentur, redditis obsidibus rejecti iterum ad pacta venere exituri die crastino Veneris, magno Galliae bono. Causa non alia apparet quam morbi. Credo et metum impulisse inevitabilis supplicii apud transfugas, qui multi erant, et forte praemia in praefectos.

Opto cuncta, Illustrissime Domine, tibi tuisque prosperrima[6].

Tuae Illustrissimae Dominationi observantissimus
H. Grotius.

4/14 Novembris 1636.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: A.^{o} 1636 Hag. Comitis 10/20 Xbris.

2838. 1636 november 14. Aan A. Oxenstierna[7].

Excellentissime Domine,

Venit ad me nudiustertius admissionalium regiorum alter Berlisius[8]. Cum per multa circumegisset sermonem, tandem ad id venit[9], cujus causa missus ab affine Bulionio[10] videbatur: ut percunctaretur ex me, an Suecia Coloniam missura esset. Dixi quae

1 De copie te Uppsala heeft abusievelijk ‘ei’.
2 Philips IV.
3 Francisco González de Andía Irarrazabal y Zárate, markies van Valparaíso, burggraaf van Santa Clara de Avedillo, onderkoning van Navarra en Sicilië (†1659).
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 Maarschalk Nicolas de l'Hospital, markies van Vitry.
6 De woorden ‘Opto ... prosperrima’ ontbreken in de copie te Den Haag.
7 Gedrukt *Epist.*, p. 277; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 262.
8 Nicolas Faure, sieur de Berlize.
9 De uitgave der *Epist.* heeft in plaats van ‘ad id venit’ ten onrechte ‘convenit’.
10 Claude de Bullion.

ex Sublimitatis Tuae literis didiceram, de rejecta ad regni praesides[11] consultatione[12]: difficultatem subesse in conciliatore per legatum

11 Zie voor hun namen VI, p. 509. De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk: praesidis.
12 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk: consultationem.

pontificis[1], cui tamen remedium forte reperiri posset; optare Sublimitatem Tuam, si res ferant, interesse ipsam conventui, ut sapientissimorum hominum, quales haud dubie futuri sunt regis Galliae[2] legati, consuetudine frui liceat.

Cum ille diceret id, quod de pontificis auctoritate objiceretur, nihilo magis ad nos quam ad Anglos pertinere; pace facta opus, cum bello illigati nondum essent. Si in causam descenderent, quod ille in propinquo esse volebat credi, tunc rationem disparem non fore.

Heri adivi extraordinarium Angliae legatum[3], praecipue ut intelligerem, quid de foedere esset cum Gallia: nam et ab aliis Gallis audieram jactari convenisse jam hac tantum exceptione, si quae placuerant hic regi Angliae[4] probarentur.

Pernegavit convenisse quicquam neque spem se ullam videre, ut in bellum apertum Anglia prorumperet hoc quidem rerum statu. De piscario quoque negotio cum Batavis transactum nondum esse, quantum ipse sciret.

Corbia ante hos dies tres quatuor dedita per urbem vulgabatur. Iam discimus petitum ab obsessis colloquium datumque permutatis obsidibus; sed cum deprehenderentur tempus trahere in spem nescio quam, abruptam actionem obsidibus redditis ac receptis reditumque ad oppugnationem lunati extra fossam munimenti. Rerum necessariarum nihil obsessis quod desit intelligere potui. Credo non omissurum cardinalem[5], quin praefectos pecunia, milites - nam magna pars transfugae sunt - impunitate et, si ultima clausi experiantur, inevitabilis supplicii metu tentet.

In Burgundia, feliciter Gallis successit municipii Sancti Ioannis ad Lonam suscepta liberatio. Audiebantur jam a Gallasio[6] verberari moenia. Metusque erat, ne qui die 31 Octobris novi calend. magno satis ambitu eo iverant, serius quam necessitas pateretur, advenirent.

Obtulit se propiore per Auxonnam itinere subventurus oppido Ransovius[7]: profectusque sero vespere 2 Novembris novi cal. cum equitatu Condaei principis[8] ac parte turmarum ducis Vinariensis[9], duabus Germanicis cohortibus, altera sua, altera Batilii[10], cum per madentes exundatione amnium campos noctem totam incessisset[11], mane Auxonnam ut transierat, obvios Croatas obiter cecidit. Sonus inde perlatus monuit obsessores urgere coepta, antequam veniret auxilium obsessis, quod vero majus suspicabantur.

Iam ante captis munimentorum exterioribus 2 Novembris post meridiem irruptione facta in disjectam valli oppidani partem, egregia defensorum virtute dejecti sunt ducentis suorum amissis. Ransovius quanquam auditu oppugnationem compererat, ea demum repulsa advenit: ac postero mane significat oppidanis, ut

1 Bedoeld zal zijn Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
2 Lodewijk XIII.
3 Robert Sidney, graaf van Leicester.
4 Karel I.
5 De Richelieu.
6 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
7 Josias, graaf van Rantzau; zie VI, p. 327 n. 13.
8 Henri de Bourbon, prins van Condé.
9 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
10 Antoine de Bey, heer van Batilly.
11 De uitgave der *Oxenst. Skrifter* heeft ‘incessit’.

erumperent, hostes, qui draconarii erant CCC, coëgit in receptum ita turbidum, ut ni equitatus Gallasii subvenissent, perituri omnes fuerint.

Sic quoque in abeuntium invectus latera multos fecit captivos metuentibus propius accedere II^{m} hostium equitibus, qui illos periclitantes eximere malo jussi fuerant.

Ransovius in conspectu hostium ad suos rediit. Hostiles exercitus nihil ultra de illo oppido sperant. Mirebautium, unde venerat, rediit crediturque Ararim transiturus Gallasius, qui Burgundiam Hispaniae ditionis a Gallica disterminat, ut ibi et tutius et in meliore victus copia hiemem transigat.

Scripseram nuper[1] de hostium initu in maritima Vasconiae. Ea de re haec recentiora didicimus.

23 Octobris nov. Cal. praefectus Hispanus Pompeiopoleos[2] cum peditum XV^{m} equitibus D, Hispanis omnibus, Hironem transgressus hostis capto municipio Hendara apud Harognam oppidum posuit castra. Misit contra eos Gramontius[3], qui Bajonam regit, Damontium[4]; sed coepta pugna eum conspicatus imparem redire jussit oppidumque ab habitatoribus deseri. Equites quingentos haud plures habuerat Damontius. Hostis insessa Harogna Ciburcum it.

Dux Valetta[5], Espernonii[6] filius, cum a municipio ditissimo Ioannis de Luce accurrisset, conspecta hostium vi satis habuit recipere se, postquam Ciburci in praesidium Vascones paucos et quosdam de paterna praetoria cohorte reliquerat. Cum reliquo ejus cohortis idem Valetta die 25 meditamenta hostilia speculatum progressus vidit eos ad praelium instructos monuitque tum Ciburci tum S. Ioannis de Luce municipes, viriliter ut se defenderent. Sed quinque locis Ciburcum oppugnavit hostis cepitque aegre elapso Valetta.

Eodemque tempore XXVIII pinassae et VIII bellicae naves adortae S. Ioannis municipium et municipes ipsos et paucos e cohorte Espernonii, qui aderant, fudere facile.

Iam ipse Navarrae, quam Hispanus[7] tenet, regia vice rector[8] Bajonae obsidium parat pollicitus regi suo se ante Dominicum Natalem oppidi, sane permuniti, compotem fore. Dicitur militis aliquid eo aut immisisse aut induxisse Gramontius. Arces duae sunt altera in praefecti regis Galliae[9], altera in oppidanorum potestate. Aegrotat ipse Espernonius Daquae; oppido S. Spiritus praesidium dedit mille homines; tantundem Petri oppido. Etiam vicina Vasconiae loca ad Aquitanicam praefecturam pertinentia nominantur, quae hostis irruperit late agros tenens ingenti circum trepidatione.

De Parmensis[10] rebus omnium prope judicio conclamatum est.

1 No. 2828 dd. 7 november 1636.
2 Vgl. no. 2837, p. 503 n. 11.
3 Maarschalk Antoine, hertog van Gramont; zie VI, p. 543 n. 11.
4 Charles d'Aumont (1606-1644).
5 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette; zie over hem VI, p. 348 n. 11.
6 Jean Louis de Nogaret de La Valette, hertog van Epernon.
7 Philips IV.
8 Francisco González de Andía Irarrazabal y Zárate, markies van Valparaíso; zie no. 2837, p. 504 n. 3.
9 Zie boven, n. 3.
10 Odoardo Farnese, hertog van Parma.

Comes Brionius[1] quod fratri regio[2] carus esset plus quam expediret dominantibus in Bastiliam est datus. Feuquerio[3] Verdunensis datur praefectura, nec ipsi nec Davausio[4] quicquid adhuc de itu Coloniam imperatum est. De Brezaeo[5] in cardinalis gratiam restituendo agitur, forte ut omissa illa de cardinalis Lugdunensis[6] legatione cura, dematur Hispano nova tergiversatio. Misit et rex recuperatum insulas Maris Ligustici duas, quo exitu docebit dies. Certe Margaritae insulae, cujus appendix altera est Honorati, non magnum ambitum, totum habet machinis praeseptum; praeterea arx valida toti incumbit insulae. Datum Vitriaco[7], qui provinciae Narbonensi praeest, Harcurtioque[8] hoc negotium. Inter maritima loca, quae in Vasconia insedit hostis, magni fit ob situm Socova.

Iamjam felix ad nos venit nuntius eos, qui intra Corbiam sunt, iterum ad pacta venisse et cras exituros. Est quod jactet cardinalis fortunam sibi militare.

Habet Tua Sublimitas Marini[9] e Valle Telina literas; multum erit, si tutari, qui ibi sunt, sua poterunt tam felicibus per Italiam Hispani armis et tot e partibus impetita ipsa Gallia.

De Turca[10] dum bellum cum Perso[11] durat motusque interni, quid speremus?

Commendat se Sublimitati Tuae Sprecherus noster[12], cui istae[13], quarum memini, jam saepe in gratiam aulae romanae a patre Iosepho[14] cusae pactiones plane non probantur. Non male judicat Italorum omnium id votum esse, ut Galli in limine sint Italiae, non intra Italiam. Hispano autem, si is Belgico bello explicare se possit, Gallicum bellum formidini non fore.

Deus, Excellentissime Domine, cuncta det reginae[15], regno, Tuae Sublimitati salutaria et gloriosa.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius.

Lutetiae, 4/14 Novembris 1636.

Socovam[16] et S. Ioannis de Luce oppidum diligenter muniunt Hispani. Espernonius cum morbo Burdegalam portatus est.

1 François Christophe de Lévis, graaf van Brion (†1661), eerste hofstalmeester van de hertog van Orléans, broer van de Franse koning.
2 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
3 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
4 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
5 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
6 Alphonse Louis du Plessis, hertog van Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon; hij was de oudste broer van de eerste minister.
7 De markies van Vitry; zie p. 504 n. 5.
8 Henri de Lorraine, graaf van Harcourt.
9 Charles Marin of Marini; zie V, p. 436 n. 4.
10 Sultan Murád (Amurath IV).
11 Sefi (Sam Mirza).
12 Over Fortunatus Sprecher von Bernegg zie IV, p. 138 n. 9.
13 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘istas’.
14 François Leclerc du Tremblay, de bekende gunsteling van De Richelieu; zie V, p. 16 n. 6.
15 Christina van Zweden.
16 De *Epist.* heeft de lezing: Socovara.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2839. 1636 november 14. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijnheer,

Van Vrijdagh te vyer uyren tot Saterdagh naemiddagh heb ick een groote cortse gehadt, dewelcke, hoewel apparent zijnde lang te duyren, door het sweten ende aderlaeten heeft opgehouden.

De predicanten Aubertijn[2] ende Daille[3], hoewel ick haer beyde om eenighe haere schriften, dye te grof gingen tegen dye van de Confessie van Augsburgh, mijn gevoelen vrij ernstelijck hadde verclaert, zijn mij wesen besoecken, om den predicant, dye zij wel weten, dat ick van Helmstadt becomen heb[4], nyet gesproocken nochte hem verwellecomt, gelijck sij den Engelsche[5] voor desen gedaen hebben ende de Engelsche den mijne.

Den maistre de Cérémonies[6], swager van de heer Bulion[7], quam gisteren bij mij ende onder veele ommegangen van propoosten scheen wel sijne meeste boodschap te sijn om te weten, ofte Sweden te Colen soude senden.

Ick seyde, dat mijn heer den rijcxcancellier[8] aen Mons.^{r} de S.^{t} Chaumont[9] hadde geseit rapport daervan te sullen doen aen de regenten[10]. Wat difficulteits te vinden in het beleid, dat gegeven werd aen den legaet van den paus[11], doch dat misschien daerop expediënt soude werden gevonden.

Hij seide, dat hetselve geen swaericheit en conde hebben meer voor ons als voor d'Engelschen.

Ick seide d'Engelschen tot noch toe niet te tracteren en hadde als geen vijanden sijnde van iemant. Soo sij haer nu in 't oorlogh verclaeren wilden, dat dan onse consideratiën ende d'haeren seer gelijck souden sijn.

Hij insisteerde, dat Vrancrijck niet en soude sluiten sonder de geallieerden te begrijpen. Waerop ick seide, dat wij self wilden handelen.

Hij seide, dat de Staten-Generael met sulcx wel soude tevrede te sijn, waeraen ick toonde te twijffelen ende in veele gevallen, dat wij mosten letten op de reputatie van de Croon. De invasiën van den vijant in sooveel quartieren maecken alle de provinciën van Vrancrijck het oorlogh, soo meede die oock dat minst willen tot de vrede sullen moeten comen.

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 h. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2825?; tesamen met o.m. no. 2869 beantw. d. no. 2898.
2 Edme Aubertin, een der geleerdste predikanten van Charenton.
3 Jean Daillé, Frans protestants theoloog.
4 Brandan Dätri; zie no. 2606, p. 167 n. 3.
5 Eén van hen was wellicht Thomas Lockey; zie no. 2813, p. 466 n. 8.
6 Nicolas Faure, sieur de Berlize.
7 Claude de Bullion.
8 Axel Oxenstierna.
9 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij de Zweedse rijkskanselier.
10 Zie voor hun namen no. 2533, p. 58 n. 12.
11 Waarschijnlijk Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.

Den cardinael de Lion[1] meent men dat haest hier sal sijn. Feuquièrs[2] ende d'Avaux[3] hebben noch geen ordre.

Den 23 October nieuwe stijl is den gouverneur van Pompelune[4] de riviere d'Hiron met 15000 man te voet, vijfhondert ruiters, al Spaignaerds, gepasseert ende gecomen in Vrancrijck, Hendaie genomen, ende gegaen nae Harogne. Gramont[5], gouverneur van Baionne, hebbende D'Amon[6] met 200 man gesonden om des vijants macht ende myne te sien self, den 24 volgende heeft noch voor Damon, noch voor hem geen cants gesien om te vechten, sodat Haroigne bij den vijant is becomen, die van daer ginc nae Ciboure.

Den hertogh van Valette[7], soon van Espernon[8], gouverneur van die provincie, comende bij Ciboure, liet daer ende te S.^{t} Jan de Luz weinigh soldaten van 't regiment van des gardes van sijn vader met vermaeninge aen de burgers om haer wel te defenderen, die weinigh opereerde, soo om de schrick als om de onlust van de gemeente tegen de regierders, sulcx dat den 25 Ciboure te land, S.^{t} Jan de Luz ter zee met 24 pinascen uyt oorlogschepen sijnde aengetast in der vijanden macht sijn geraect, gelijck mede een welgelegen have, genoemt Socova, denwelcke de Fransoisen hadden begonst te fortificeren, ende eenige plaetsen van 't gouvernement van Guyenne.

Men schrijft, dat den viceroye van Hoogh-Navarre[9] belooft den coning van Spaignie[10] Baiona te leveren voor Christmis. De stadt is sterck, maer de burgerie niet wel eenigh: ende een van de twee casteelen is in macht van de burgers. Vitry[11], gouverneur van Provence, werdt van den coning[12] gesonden om d'eilanden van Marguerita en S.^{t} Honorat te recupereren.

In Bourgogne gaen de saecken beter. Den vijant had S.^{t} Jean de Lone belegert, de buitenwercken becomen, beschoot de stadt. Men vreesde, dat Couturis[13], die onder de conduicte van Verderonne[14] gegaen was, door een verre ommegang te laet soude comen, gelijck oock soude sijn geschiet. Ransou[15] nam aen door een corter, maer periculeuser wegh te gaen, met de ruiterie van den prins van Condé[16], een regiment ruiterie van den hertogh van Weimar[17], twee regimenten Duitschen te voet, 't eene 't sijne, 't ander van Batilly[18], vertreckt den 2 November, passerende 's nachts door overvloeide landen door de overloop van de rivieren. Passerende Auxonne in de morgenstont, rencontreert Croaten ende Staetse en

1 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon.
2 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
3 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
4 Vgl. no. 2837, p. 503 n. 11.
5 Antoine, hertog van Gramont; zie VI, p. 543 n. 11.
6 Charles d'Aumont; zie no. 2837, p. 503 n. 13.
7 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette; zie VI, p. 348 n. 11.
8 Jean Louis de Nogaret de La Valette, hertog van Epernon.
9 Don Francisco González de Andía Irarrazabal y Zárate, markies van Valparaíso.
10 Philips IV.
11 Nicolas de l'Hospital, markies van Vitry.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.
13 Le sieur de Couture; zie no. 2837, p. 502 n. 12.
14 Charles de l'Aubespine, seigneur de Verderonne; zie no. 2837, p. 503 n. 1.
15 Josias, graaf van Rantzau; zie VI, p. 327 n. 13.
16 Henri de Bourbon, prins van Condé.
17 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
18 Antoine de Bey, heer van Batilly.

passant. Den vijant, hierdoor gecomen sijnde in opinie van een secours grooter dan het was, haest hem om de stadt door een trecht die gemaect was in te nemen, maer werdt met verlies van tweehondert bij die van binnen afgeslagen. Ranzou comt op de naeganck ende 's margens den derde doet een uitval doen, daermede 300 Croaten, die op een oort haere poste hadden, gedwongen wierden te retireren, ende met moeite door haer gros van cavallerie sijn gesalveert. De stadt, alsoo ontset sijnde, viel voor den vijant niet anders te doen dan te retireren, gelijck hij heeft gedaen. In de retraicte sijn noch eenige Croaten bij Ranzou aengetast ende gevangen genomen, 't gros van de cavallerie, dat haer belast was te bewaeren, niet hebbende derven approcheren. Ransou is midden door de vijanden weder meteen bij den sijnen gecomen. Den vijant retireerde sich nae Mirebaut. Men meent oock, dat alle het leger nae Galas[1] gaet om de Saone, om in 't graefschap van Bourgogne nae 't minder peryckel van den vijant ende van de overloopende rivieren ende met beter lijftocht te overwinteren.

De beste tijdinge is, dat wij nu crijgen, dat die van Corbie, die hadden begonst te handelen, maer schijnende de saeck te traineren ende met den cardinaelinfant[2] te willen spreecken, oorsaeck hadden gegeven om daeruit te scheiden met restitutie van ostagen ten wedersijds, weder sijn gecomen aen het handelen ende morgen daeruit sullen gaen tot groot geluck van Vrancrijck. D'oorsaeck connen wij niet wel bevroeden; men seit groote sterfte binnen was, 't garnizoen gecomen tot 800 man. Groote vrese voor straffe voor d'overloopers. Off daer wat gelts ende onder loopt, sullen wij metter tijdt hooren.

De Spagnaerden fortificeren seer Socova ende S.^{t} Laudeaul. Espernon[3] is sieck te Bourdeaux gebracht.

Van uE. ofte van die quartieren heb ick weder niet gehadt. De laeste waeren van den 6 Oct.[4] door Mons.^{r} de Maurier[5]. UE. moet alle middelen soecken om te senden door bedecte wegen.

Binnen Plaisance seit men mij, dat gebreck is sout, hout, olie. Van Baione werdt verscheidenlijck gesproocken.

Te Corbie sijn ettelijcke mael eenige luiden van den cardinael[6] uit- ende ingegaen. Den gouverneur is een Nederlander[7], die apparentelijck een pretext heeft gesocht om daeruit te comen.

Nopende d'handeling van Vrancrijck met Engelant: de Fransoisen seggen, dat die gedaen is; de Engelsche seggen neen. Deselve Engelschen seggen nu, dat den graef van Arondel[8] nae Engelant comt.

Tot Parijs, den 14 Nov. n. st. 1636.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 14 Nov. 1636 wt Paris.

1 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
2 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
3 Jean Louis de Nogaret de La Valette, hertog van Epernon.
4 Niet meer aanwezig.
5 Maximilien, zoon van Benjamin Aubéry du Maurier; vgl. no. 2614.
6 De Richelieu.
7 De Belg George de Brimeu.
8 Thomas Howard; zie over hem V, p. 318 n. 12.

2840. 1636 november 14. Aan J.A. Salvius[1].

2841. 1636 november 15. Van N. van Reigersberch[2].

... de heer Spiering[3], die gekomen (is) wegens Zweden zijn verblijf in Den Haag te nemen, (verzekerde mij) van het volkomen genoegen van den rijkskancelier[4] en de rijksraden, zoo verre, dat hij van den broeder van den rijkskancelier[5] - dien hij viceroy noemde - en meer anderen was bedankt, dat hij de kroon van Zweden zoo een persoon had beschikt. Dat hij in de raad meer dan eens met grooten lof van (uEd.) had hooren spreken en dat de heer kancelier wegens het verzoek zijner herroeping had gezegt, dat zij zich moesten dienen van personen, waarop zij zich konden verlaten, en niet die naer het humeur van anderen zijn.

2842. 1636 november 17. Van Ch. Marini[6].

Monsieur,

l'ay respondu par l'ordinaire passé[7] à vos deux très aggréables du 22 de 7bre[8] et du 14 d'8bre[9].

Du depuis ie vous ay advisé ce qui se passe par deçà et sommes tous en peine comme les différens des Grisons seront accomodez, et si à bon heure les François pourront secourir le duc de Parme[10] qui tient jusques à présent bon.

Monsieur Haga[11] m'asseure qu'à la Porte on est quasiment résolu de chasser Rakozy[12] de Transyl: lequel voulant le roy de Poulogne[13] protéger il en pourra naistre une grande guerre entre ces deux puissances, surtout quand les Tartares ne cessent envahir Pologne, et d'autre costé les Cosaques la Mer Noire appartenante aux Turcs. I'en attend plus de particularitez lesquelles ayant ie vous en fairay part comme à celuy que i'honore et chéris infiniment, vivant, monsieur,

Vostre serviteur très humble
Marini.

De Coire, ce 7/17 de 9bre 1636.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 94. De brief is blijkens een marginale aantekening op de copie gelijkluidend aan no. 2837 aan L. Camerarius; men zie aldaar, p. 502. Betreffende Johan Adler Salvius zie no. 2576, p. 126 n. 2.
2 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenb., *Leven* II, p. 81.
3 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Gabriel Oxenstierna; zie V, p. 154 n. 6.
6 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2871. Over de schrijver zie men V, p. 436 n. 4.
7 Dat moet no. 2831 van 10 november zijn; daarin wordt echter geen gewag gemaakt van beide vermelde brieven.
8 No. 2766.
9 No. 2793.
10 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
11 Mr. Cornelis Haga, Staats gezant in Konstantinopel.
12 Georg Rákóczi.
13 Wladislas VII (IV).

In dorso schreef Grotius: 7/17 Nov. 1636 Marini.
Boven aan de brief: rec. 6 dec. 1636.

2843. 1636 november 17. Van P. Spiring[1].

Edler Vester, Hochachtbarer, Insonders grgl. Herr undt werther freundt,

Nach anerbiehtunge meiner bereitwilligsten dienste und herzlichster wunzschunge aller selbstwünzschend Prosperitet beruhte E. Hl. Ich hirmit frl. das Ich vor 8 tagen alhier in dem Haag aus Schweden kommende, Gott lob, wohl angelanget bin, wie dann die Königl. May.[t2] undt deroselbten hochlöbliche Königl. Regierung mich gecommittiret haben alhier bey den H.H. Staaten-General vorerst zu residiren umb eine undt andere sachen alhier zu verrichten.

Bitte deshalben ganz frl. E. Hl. wolle so wohlthun, und von Zeit zu Zeit was etwa schrifftwürdiges Co ... passiren möchte, mir unbeschwert anhero advisiren, wie ich denn solches von hieraus in gleichen Zuthun nicht unterlassenn werde.

Sonsten so habe ich auch, ehe ich aus Schweden verreiset bin, mit seine Excell.[e] dem H. ReichsCanzler[3] E. Hl. wegen geredet, und gebehten de E. Hl. vor das Iehnige was Ihme wegl. seines Tractaments noch hinterstellig, gutes Contentamento geschehenn möchte. Worauff Seine Excell.[e] denn mir geantwortet, mich beruhtende, das Sie desswegen wohl zufrieden wahren, wie Sie denn auch an E. Hl. einige gelder nacher Parijss ehests übermachen lassen woltenn. Unterdessen aber, damit E. Hl. vorerst mit etwas Provision möchte versehen werden, alss schreibe ich hier nebenst an Mons. Jean Heufft[4] zu Cos ..., das er aus denen gelderen, welche Er Co ... empfangen soll undt dito Mons. J. Heufft mir vordehm albereit einige gewisse Hoffungh darauff gemachet hatt, an E.Hl. zehen tausendt Reichsthaler auff Rechnung E.Hl. anforderung wegen seines Tractaments ehists bezahlen solle wirdt also E. Hl. solche 10/m Rx. von Mons. J. Heufft zu empfangen undt also zu notiren beliebenn. Imfall nur von Seiner Excell.[e] dem H. ReichsCanzler einige gelder an E.Hl. auch übergemachet werden möchten, so wolle E.Hl. selbige auch empfangen, undt so viel E.Hl. von die 10/m Rx., welche ich iezt an E. Hl. zu bezahlen ordinire, noch zukombt, daraus sich guthun undt mich alsdann des erfolgs anhero berichtenn. Da ich dann über solchen vert (?) S.[e] Excell.[e] des H. ReichsCanzlers an E. Hl. übergemachten gelderen weitern order, was darmit soll gethan werdenn, stellen will. Wofernn auch wieder verhoffen die gelder bey Mons. Jean Heufft nicht erfolgen möchten, alss kann E. Hl. sich mit denn geldern, welche Höchgedachte S.[e] Excell.[e] der Herr ReichsCanzler an E. Hl. Zwijfels ohne übermachen wirdt, sich bedienen lassenn.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 3. Eigenh. ondertek. Petter Spiring Silvercrona was raad van financiën van Zweden in Duitsland.
2 Christina van Zweden.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Johan H(o)eufft, bankier te Parijs; hij verleende in financiële aangelegenheden zijn bemiddeling zowel aan de Zweedse als aan de Franse regering.

Sonsten so habe ich auch in unterschiedlichen mahlen zu Stralsundt, Hamburg undt leztmals in Stockholm an E. Hl. H. Sohn[1] auf sein begehren bahr bezahlenn lassenn zu sammen R. 422¾. Welches E. Hl. zur fl. nachricht dienen wolle.

Ins übrige E. Hl. hirmit schliesslich nach freundtlicher salutation göttlicher gnädigen beschirmunge trewlichst empfehlende,

E. Hl. Jed. Zeit dienswillichster freundt,

Petter Spierink, von Norshollen.

Datum Haagh, den 7/17 Novemb.r Anno. 1636.

2844. 1636 november 18. Van Willem de Groot[2].

Frater optime,

Brandanum[3] recte ad vos pervenisse laetus intelligo eo magis, quod tibi eum probari video sperans omnia tua, quae ad concordiam spectant, consilia recte processura. Fructum aliquem laborum, quos bono publico impend(i)sti, a te meti rationi consentaneum est, quod abunde praestabunt versiones tractatuum de veritate religionis christianae in Anglicum[4], et de baptismo in Germanicum sermonem[5]. Unum addam, quod tibi forte ignotum, etiam illius in Gallicum: scire enim debes Gallum Corselium[6] tuas de veritate religionis nostrae meditationes fideliter in patrium sermonem transtulisse[7], quemadmodum tibi ex impresso, quod auctor ad te mitti voluit, exemplari propediem, ut spero, constabit. An praeter sacra tua poemata[8] aliquid Oxoniae editum sit, scire avebo; hic enim nulla reperiri queunt exemplaria editionis nostrae prioris[9].

Rettulit mihi Petrus[10] ad Vossii manus pervenisse librum de motu terrae[11] a te transmissum, cui in mandatis dedi, ut de ea re latius ad te perscribat, quicquid intellexerit e Vossio, quod ille in se recepit.

De Salmasio[12] et Barnabae epistola[13] meminero, quando occasio se offeret.

1 Cornelis, Grotius' oudste zoon.
2 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2813; beantw. d. no. 2879.
3 Brandan Dätri, Grotius' nieuwe huispredikant; zie no. 2606, p. 167 n. 3.
4 Zie hiervoor no. 2812, p. 461 en n. 8 aldaar.
5 Zie no. 2812, p. 462 en n. 3 aldaar.
6 Etienne de Courcelles; zie over hem III, p. 331 n. 8.
7 Betreffende deze vertaling zie men De Courcelles' brief aan Grotius dd. 5 november 1636, no. 2826, p. 488 en n. 6 aldaar.
8 Vgl. betreffende deze kwestie no. 2812, p. 461 en n. 6 aldaar.
9 De door Willem de Groot bezorgde uitgave van 1617; zie Ter Meulen-Diermanse, no. 1.
10 Grotius' tweede zoon Pieter, die voor zijn studie in het vaderland verbleef, waar o.a. Grotius' vriend Gerard Joh. Vossius een wakend oog op hem hield.
11 *Philolai sive dissertationis de vero systemate mundi libri IV*; zie hierover no. 2664, p. 248 en n. 7 aldaar.
12 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden.
13 Over de zg. brief van Barnabas zie men V, p. 132 n. 5.

Heinsianae Notae in novum testamentum[14] tarde omnino prodibunt, cum ob ipsius tum ob typographorum tarditatem etiam lente festinantium, ubi auctores ipsi opus urgent, quod ipsum facturum non credo; crescit enim sub manu moles.

14 *Danielis Heinsii Sacrarvm Exercitationvm ad Novvm Testamentvm Libri XX.* Lvgd. Bat. MDCXXXIX; zie no. 2773 p. 407 n. 11.

Quae cum ita se habeant, ecquando Salmasiana videbimus? quare auctor tibi sum, ut tua, siqua jam detur occasio, describi facias, sed ea lege, ut bene caveas, ne ullus plagiariis locus sit: facile enim est operi eatenus perducto supremam manum imponere.

Graswinckelius noster[1] adversus Seldenum[2] impigre pergit, libro primo sententiam suam quamplurimis argumentis stabilit tum ex Sacra scriptura petitis tum ex naturae principiis et consensu gentium; secundo vero argumentis a Seldeno propositis respondere conatur tuaque ab exceptionibus ejus vindicare, in quo et tertius liber occupabitur: ubi certo quid per amicum mitti poterit, curabo, ut *τὰ ὠχίστα* accipias.

Petrum adhortari non desino, ut diligenter in versione Institutionum tuarum[3] se exerceat, et, ubi ad nos venerit, - dixi enim ipsi cum Amstelodamo abscesserit, donec sub vernum tempus in Galliam proficiscatur, hospitium apud me fore - porro adhortari non desinam, ut eo pacto quam commodissime stilum exerceat, simulque iurisprudentiae litet non perfunctorie.

Publicarum verum nihil fere hic certi est, nisi quod male hic apud omnes audit Dorpius[4] architalassus aliisque praefecti navium, quasi ipsorum indiligentia classis Hispanica Dunkercae appulerit, ipsi vero criminationes in ipsos Ordines, a quibus mandata data rejiciunt, quasi tantum ad tutandos piscatores fuerint missi.

Ajunt reges Britanniarum et Galliarum[5] de recuperando Palatinatu foederis inter se fecisse, exclusis Ordinibus Belgii, nisi Britannici regis imperium in Oceanum velint agnoscere.

Privatum hoc ignorare te nolim uxorem meam[6] hodierno die cum ipso diluculo familiam nostram filia[7] auxisse, quam Deus nobis sospitet, imprimis vero puerperam, cui Deo et tuam tuorumque salutem ardentibus votis commendo.

Vale.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, XVIII Novembris 1636.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de Suède A Paris.
In dorso schreef Grotius: 18 Nov. 1636. W. de Groot.
Boven aan de brief schreef hij: Rec. 8 dec.

1 Theodoricus Graswinckel; zie over zijn boek no. 2588 p. 143 n. 2.
2 Over John Selden en zijn *Mare clausum* zie men V, p. 515 en nn. 7, 8 en 9 aldaar.
3 *Inleiding tot de Hollandsche rechts-geleertheyd. Beschreven by Hugo de Groot.* In s'Graven-Hage, By de Weduwe van Hillebrant Iacobsz. van Wou. 1631. Ter Meulen-Diermanse, no. 757. De vertaling van Pieter is niet tot uitgave gekomen.
4 De admiraal Filips van Dorp.
5 Resp. Karel I en Lodewijk XIII.
6 Alida Graswinckel.
7 Françoise (†1701).

2845. 1636 november 18. Van Rijngraaf Otto[8].

Unsern günstfreundlichen gruss in wohlgeneigtem Willen zuvor,
Edler, Vester, besonderss lieber Herr unnd freundt,

8 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 18. Orig. Eigenh. ondertek. Beantw. d. no. 2864. Voor de schrijver zie V, p. 405 n. 3.

Wir haben dieser tagenn unter dato Tille Chasteau den 2e dies gegen demselben bey abreysen Herrn Obristen Ohms[1] naher Troye in einem schreiben unnss kürtzlich auf unsern Agenten[2], welcher von ged. Herrn Obristen alle bewandnuss der bissherigen fürgänge dieser orthen vernehmen, unnd zue seiner Rückkunft naher Paris dem Herrn Ambassadeurn referiren würde, bezogen, unnd seindt der hofnung, er werde unsers Geschäftes halber nunmehr wiederumb zurück gelanget sein.

Sie werden denn innliegende schreiben damalen zurück geplieben, alss haben wir dem Herrn Ambassadeurn abermahlen damit bemühen müssen, günstfrl. pittende, er wolle selbiger bey erster gelegenheit ohnschwerth übersenden, unndt da wegen, der fürtreflichen Victorij noch mehrere particularia einlangen solten, unnss davon part geben, alss wir verhoften, von dieser seiten dem eigentlichen grund - weilen die bissherige relationes, wie unnss H. Res. Mockel[3] dieser tagen berichtet, allen von feindss Orthen selbst überschrieben worden sein sollen - mit nechstem zuhaben unnd alss dann nicht unterlassen wollen, dem Herrn Ambassadeurn solches zu communiciren.

Alss wir diesen Nachmittag bey Herrn Hertzog Bernhards[4] Fl. Gn. gewesen; hat eben ein abgeordneter Courier die gute Zeitung wegen glü klicher aant. eroberung Vestung Corville überpracht; ist nit zu zweiflen, es werde den gegentheil sich allenthalben gnugsam conpehesiret befinden, unndt dessen bluthgierige Consilia durch Göttlicher verleijhung zu seinem eigenen ohnheil ausschlagen. Inmassen dem feind auss hiesigen landen seine Retraicte nicht nach unnss gelungen, unnd sich deren so wenig, alss welche er voren Jahr gegen dem Elsass thun muste, zurühmen haben, auch nicht wohl den halben theil seiner Armée zurückpringen wirdt.

Gott gebe, dass die Rettung des Vatterlandss unnd des gemeinen Nutzens allerseits mitt einmutigem dapferm eyfer embrassiret unnd fortgesetzet werden möge, dem Herrn Ambassadeurn recommendiren wir unser sach bester massen, unnd verpleiben nechst Göttlicher emphelung desselben dienstwilliger

Otto, wildt unndt Reinngraff.

Datum Langres, den 8/18 Nov: 1636.

P.S. Eben bey schliessung dieses kompt eine partie von des Herrn Cardinals[5] Carabineren zurück, welche 2 kutschen von feind, darinnen der General Major Lamboy[6] unnd ein junger Graf[7] gewesen, rencontrirt. Mitt grosser mühe hat sich Lamboy salviret, in dem er noch auf ein pferd kommen; der Graf aber neben den 2 kutschen ist gefangen unnd anhero gepracht worden.

1 Johann Bernard von Oehm (Ehm). Na de dood van hertog Bernhard van Saksen-Weimar (†1639) werd hij een der vier directeuren van het leger van Weimar. Later ging hij over in Franse dienst.
2 Friedrich Betz.
3 Friedrich Richard Mockhel, Zweeds hofraad en resident in Benfeld.
4 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 De Richelieu.
6 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
7 De zoon van de graaf van Salenauve uit de Franche-Comté (zie voor de toedracht Michaud-Poujoulat, *Nouv. Coll. Mém. pour servir à l'hist. de France*. Deuxième Série IX, p. 85). Nadere gegevens over de graaf heb ik niet gevonden.

2846. 1636 november 18. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijnheer,

Hoewel ick op Saterdagh[2] breed genoech aen uE. heb geschreven, soo en can ick niet naelaeten dit briefken te laeten volgen. Ick twijffel, off ick in de voorgaende door haest vergeten heb te adviseren, dat suster Bloncken[3] hyer wel gesondt is gearriveert. Wij sijn voorts wel te passe.

Den cardinael de Richelieu wil de nieuwe compaignie voor het eerste logeren te Harfleur - niet te Honfleur -, een open (?) plaetse niet verre van Havre de Grâce.

Nopende de conspiratie, waerbij uE. yet seeckers heeft willen weten: 't is seecker, dat men den coning[4] de impressie gegeven heeft, alsoff men yet voor hadde gehadt tegen zijne persoon tenminsten om hem in een clooster te steecken. Maer veele wijse personen oordeelen, dat wel eenige lichte propoosten mogen gesproocken zijn bij den een ofte d'andere tegen den coning; meede, dat het desseing is geweest om den cardinael[5] te verseeckeren ende te stellen buyten regering, ende meteene om alle de gouverneurs te conserveren bij haere authoriteyt, dye sij nu hebben, tot inbindinge van dewelcken den cardinael schijnt te trachten. Daer zijn eenige persoonen uyt verscheyde parlementen te hooff ontboden. Men meent, dat het onder ander is om deselven in 't secreet reden te geven, door de (?) apprehensie van de heer van Vendosme[6] ende door haer seggen een goede opinie te stroyen door de gemeente van hetgunt gedaen is.

Sommige meenen, dat de handelinge van Rembouillet[7] in Spaignie niet sonderling sal te beduyden hebben, maer dye van de religie generaelijck hebben andere opinie.

Ick sal verlangen te verstaen, hoe het gaen sal met het exercitie van de remonstranten, soo tot Rotterdam als ellewaert, nae 's princes[8] wedercomste, ende wat daer voort omme sal gaen.

Den coning blijft te S.^{t} Germain ende is hyer voorts niet anders, dat schrijvens meritert. Sal daerom met mijne, mijnes huysvrouws ende susters recommandatie eyndigen.

UE. dienstwillige
H. de Groot.

Den XVIII November XVI^{c}XXXVI.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer Reigersberg, raedt in den Hoogen Raidt in Hollant tot 's-Gravenhage.

Met andere hand: Por ... de Paris.

In dorso schreef Van Reigersberch: Den 18 Nov. 1636.

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 i. Eigenh. oorspr.
2 No. 2841 dd. 15 november.
3 Suzanna van Reigersberch, sinds 1622 weduwe van dr. Anthonie Bloncke.
4 Lodewijk XIII van Frankrijk.
5 De Richelieu.
6 Vermoedelijk François de Vendôme, hertog van Beaufort; zie IV, p. 376 n. 2.
7 Waarschijnlijk de oud-extra-ordinarius gezant van Frankrijk in Madrid Charles d'Angennes, markies van Rambouillet; zie III, p. 82 n. 4.
8 Frederik Hendrik.

2847. 1636 november 18. Van N. van Reigersberch[1].

Mon frère,

Brieven van den XV deser heb ick over Zeelant gesonden. Desen gaet het ordinaris pat ende is den wint iegenwoordych oost.

Den keyser[2], om de dispute van preseance van den cardinael de Lion[3] te ontgaen, sal op de Ceulsche handelynge boven de vier gedeputeerde senden een cardinael, wiens naem is, nisi memoria fallit, Plasman[4]. Den heer Aitsma[5] hout seecker, dat voor kerssemisse al een Roomsch Conynck sal sijn gemaeckt[6].

Van Regensburch schrijft men, dat men heeft geresolveert den Nederpals onder eenyge conditiën te restitueren; maer daer sal sooveel difficulteyt apparent op werden gevonden als in de saecke selffs. Den keysersen agent residerende in Engelant[7] seyt, de precipitantie van den grave van Arondel[8] oorsaecke is, dat hij geen meer contentement heeft ontfangen. Den keyser doet door eenen Truxis[9] seven nieuwe regimenten lichten, die aengenomen heeft deselve in corten tijt op de been te brengen. Boven het aengecommen volck in Pomeren werden noch vier regimenten wt Sweden verwacht. Den grave van Arondel staet op sijn wedercomste, heeft hier doen vernemen, off de peste te Campen grasseert, dat opinie geeft, off hij Hollant om Den Hage sal mijden.

Boven het heerlijck stuck goets den heer Spierynck[10] vereert is hij genobiliteert ende op sijn vertreck een bague gegeven, wel ses off sevenentwintych hondert rijxdaelders waerdych.

Engelant schijnt van sijn pretens recht van de zee niet te willen wijcken ende hier is geen apparentie, dat men het can laten glisseren, doch sal den winter occasie tot verder dispute daerover benemen.

Felix[11] sal met Manlii[12] successeur[13] geen dispute hebben, sooveel heeft Iovinianus[14] van sijn vrienden wel vernomen.

Ick sal uEd. andermael recommanderen, dat sijnen outsten[15] sijn tijt niet

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 9 f. Eigenh. oorspr. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 306.
2 Ferdinand II.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon; hij was de oudste broer van de eerste minister.
4 Petrus, kardinaal Pázmány, kardinaal-aartsbisschop van Gran in Hongarije (1616-1637; geb. 1570).
5 Foppe van Aitzema.
6 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
7 Clement Radolti; zie over hem no. 2629, p. 199 n. 13.
8 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
9 Johann Anshelm Truchsess, graaf van Waitzenhausen, generaal in dienst van de keizer.
10 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
11 Pseudoniem van Grotius.
12 Schuilnaam voor Adriaen Reyniersz. Pauw tot kort voordien extra-ordinarius gezant in Parijs.
13 De op 7 juni 1636 benoemde Staatse gezant bij het Franse hof, Willem van Liere, heer van Oosterwijk, voordien gezant te Venetië.
14 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
15 Cornelis, door zijn vader naar Duitsland gezonden om o.m. de Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna te ontmoeten.

qualijck en bestede; het is te frayen verstant om in leecheyt te consumeren, vastichheyt ende naersticheyt ontbreeckt er aen.

Wat Crayenburch[1] dienstych is, dencke ick dickwils, maer sijn ooch te slaen op de twee plaetsen, die alreede met ionge luyden sijn voorsien ende de plein sault qualijck souden werden geëmpoteert, is met te veel onseeckerheyt gewacht. Sonder op militaire employen te dencken kan ick niet sien, dat die professie met eere vrucht kan geven.

Om Pieter[2] tot de prattijcke te helpen formeeren sal ick niet versuymen de hant aen te houden; met het nieuwe iaer verwachten wij hem hier.

De propositie van openynge, die Herwert[3] soude doen, was maer om tijt te winnen, maer is daer niet op gevolcht.

De Duitsen, die voor desen den keyser geen vijff Turckstuyver hebben willen toestaen, consenteren der nu hondert, soo hooch is sijne macht door wapenen geclommen. Harmesteijn pericliteert seer, faulte van provisie.

Ick sal het cijfer ende nauwe correspondentie verwachten.

Het pretext noch oorsaecke van S.[t] Simons[4] disgracie weet men hier niet.

UEd. seer dienstwillygen broeder
N. v. Reigersberch.

Desen 18 Nov. 1636.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coninginne ende Croon van Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck.

In dorso schreef Grotius: 18 Nov. 1636. N. Reig.

En boven aan de brief: (Rec. 15) Dec.

In margine: Redres Gallil. (?).

2848. 1636 november 20. Aan A. Oxenstierna[5].

Excellentissime Domine,

Exiere Corbiae die 14 mensis hujus, ut hic numeramus dies, tres equitum vexillationes, pedites ceteri, simul ad mille ducentos bene valentes: morbidi aut saucii sexcenti, sed horum quoque pars altera semiaegra belloque non inhabiles. Sic quae intra septimum diem nuper Gallis perierat, intra septimam, quam oppugnari circumjecta munimenta coeperunt, diem recepta est, cum intactum staret non modo vallum oppidi fossaque, sed et praetextus fossae agger, quem contrescarpam mos militaris vocat. Nihil compertum eis defuisse praeter medicamina.

1 Grotius' jongste zoon Diederik was zojuist, na een verblijf om studieredenen in het vaderland, bij zijn ouders in Parijs teruggekeerd.
2 De tweede zoon Pieter vertoefde nog in patria.
3 Henrich van Herwaerden; zie no. 2759, p. 391 en n. 3 aldaar.
4 Claude de Rouvroi, hertog van St. Simon.
5 Gedrukt *Epist.*, p. 279; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 265.

Causa tam subitae deditionis non apparet: brevi apparituram qui exierunt dixere, cumque is, qui praefecti mortui[6] vices implebat Belga[7] ad Hispanos redierit, evanescit suspicio pecunia corruptum, nec aliud conjectantibus relinquitur quam credere in arcano aliquid cum Hispano cardinali[8] convenisse.

6 Champagne.
7 De Belg George de Brimeu.
8 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.

Angli legati[1], qui saepe jam cum regiis ministris colloquuntur, ita disserunt, quasi cum Hispano[2] velint salvam sibi pacem et commercia, rem sibi non nisi cum imperatore[3] et adhaerente ei Germania. Eodemne tracturi sint Galliam, ut omisso Hispano illuc incumbat, et apertene bellum facturi sint Angli an, ut apud Batavos, Scotos, Gallos olim solebant, causam alienam sua pecunia ac milite adjuturi, non eadem omnium est existimatio.

Gaudeo ex Furlisho comite[4] discere colligi permissu regis Britanniae[5] in Britannia militem in usus Suediae.

Landgravium[6] is, qui ab eo missus huc venit[7], nuntiat acceptis CC M imperialium novum cum Gallia foedus, quando prius servatum non fuerat, inivisse. Sic et Batavos Galli novis obstrixere pactis, pro irruptione in Belgicam, quae priori foedere promissa erat, sesquimillionem francicorum illis polliciti, quod illam de bello in Germaniam vertendo suspicionem firmat. Re ex oppidanis militibusque, qui transfugerant, inquisita, magis quam ante patuit Sancurii[8], qui Corbiam nuper dedidit, socordia, ita factum, ut affinium gratia impedire nequiverit, quo minus in absentem eadem, quae in Castelleti Capellaeque praefectos[9] poena decerneretur, addita etiam XVIII M francicorum mercede in caput ejus.

Haec domestica calamitas fecit, ut Davausius[10] se a legatione Coloniensi excuset. Pater Iosephus[11] ita quibusdam locutus est, quasi ipse eo iturus esset.

Gallasius[12] ubi sit, non certo scimus. Numeratus est ejus exercitus praeter oppida Burgundiae ducatus transiens ad XXXVII bene valentium millia. Rumores editi ipsum die hujus mensis II fuisse ajunt ad Vigennam in comitatus Burgundiae confinio. Alii transrhenana repetiturum ajunt, alii in Helvetiorum finibus hibernaturum.

Circa Bajonam dux Valetta[13] et Gramontius[14] XVI M habent militum subitariorum, sed Vasconicae gentis in illis partibus, qui romanae sunt religionis occulta pro Hispano vota habent, quae per occasiones se aperiunt. Pecuniae, quae fuerant, defecere nec mirum inter tot vera impendia et rapiendi tantam licentiam: novam reperiendi difficultas summa est. Sunt qui in litium summas mutuique nomine tributa nova animo conceperint, sed vix audent rectores irritare plebis patientiam resurgente cum maxime per Aquitaniam seditione eorum, quos Escrocantes vocant.

1 De ordinarius ambassadeur John Scudamore en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
2 Philips IV van Spanje.
3 Ferdinand II.
4 Arvid Forbes, Schots bevelhebber in Zweedse dienst.
5 Karel I.
6 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
7 Jean Louis Sengel. Op 21 oktober was te Wesel een verdrag gesloten tussen Lodewijk XIII en landgraaf Wilhelm.
8 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 n. 6.
9 Respectievelijk Etienne de Rouvroi, baron de St. Simon, heer van St. Léger, en René du Bec-Crespin, markies van Vardes.
10 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
11 François Leclerc du Tremblay, de bekende gunsteling van De Richelieu; zie V, p. 16 n. 6.
12 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
13 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette.
14 Antoine, hertog van Gramont.

Dicebat mihi his diebus Berlisius[1] affinem suum Bulionium[2] praecepisse, ut Suedis pars debiti numeraretur, at Heufdius[3] ne chartas quidem, quibus, ut eo perveniatur, opus est, datas sibi ait, quanquam multum instanti. Neque ego desii ostendere illam per exiguas particulas diversam solutionem ad res agendas nobis esse inutilem.

Hanoviam indutiis trimestribus tutam esse intelligo.

Fama spargitur, sed parum certa, captas a Gallis naves onerarias quatuor, quae victui belloque necessaria ferebant in illas insulas, quas in Ligustico mari iuris Gallici Hispani nunc armis tenent.

Corbia non amplius quam sex machinis fuit verberata.

Ex Italia nihil habemus, nisi a Mantuano duce[4] missum fidum hominem[5] in Hispaniam. Multa consilia inter Hispanum et Etruscum[6] sociari: optare pontificem[7], ut et Parma et, cujus periculum magis urget, Placentia sibi custodienda ad tempus pacis tradantur. Interim et in Parmensi agro castrum Farnesium, Betolam aliaque cepere Hispani. Ex Hispania duo milliones ducatorum rebus Italicis destinari dicuntur, partiendi in centena millia in mensem. Mediolanum CCCC M ducatorum mittebantur.

Cardinali Riceliaco res prospere succedunt. Coloniensem conventum et omnia de pace colloquia morari speciose potest apud regem[8] felicibus Galliae sociorumque rebus apud pontificem semper aliquid interjectando, quod Hispanus nolit. Videt scilicet nullam spem pacis a pontifice ostentari, nisi reditui concesso regis matri[9], quam rem merito sibi exitiabilem judicat, deinde firmato matrimonio Lotharingico[10]. Iam vero et Pigneroli et Lotharingiae restitutio, magnam ipsi gloriam detractura, vix poterit[11] evitari. Itaque nihil aliud ei restat, nisi ut vitandae invidiae pacis studium praeferat, reipsa bellum, quantum potest, trahat.

Praeter cetera commoda, hoc magnum est, quod Galli externo metu avertuntur ab internarum rerum cura. Quod tamen ut diuturnum sit, vereor, quia frater regius improvisus venit in hanc urbem sermonibusque sociatis cum Suessionensi[12], qui laesam a cardinali Riceliaco dignitatem suam non dissimulat, heri sub noctem discessit eodemque tempore alio itinere comes Suessionensis, coituri, ut fama est, in Aquitania, ubi de seditionis incendio, ut modo dixi, cineres reviviscunt. Espernoniusque[13] et Sanctisimonius[14] nuper regis dejectus gratia, praefecturas et clien-

1 Nicolas Faure, sieur de Berlize.
2 Claude de Bullion.
3 De Parijse bankier Johan H(o)eufft, die zowel voor Zweden als voor Frankrijk in financiële aangelegenheden bemiddeling verleende.
4 Carlo Gonzaga, hertog van Mantua.
5 Niet geïdentificeerd.
6 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
7 Urbanus VIII.
8 Lodewijk XIII van Frankrijk.
9 Maria de Medici; zij hield verblijf in de Zuidelijke Nederlanden.
10 Het betreft het huwelijk van Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van de Franse koning, met Margaretha van Lotharingen, dat men trachtte ongeldig te doen verklaren; vgl. *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
11 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘poterunt’.
12 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
13 Jean Louis de Nogaret de la Valette, hertog van Epernon.
14 Claude de Rouvroi, hertog van Saint-Simon.

telas habent. Metuendum sane, ne, si ad civilia arma venitur, tempus Hispano detur penetrandi in eas partes, quae hactenus ei regis vigil cura praeclusit.

Franciscus Melo[1] et Mediolani cancellarius[2] jam iter Coloniam ingressi sunt. Ibunt et eo legati Helvetiorum, Rhaetorum quoque et Vallitelinatium[3] sub pontificis legato[4] controversias suas disceptaturi.

Ratisbonae jam omnia parata dicuntur ad regis romani[5] electionem. Legato Angliae[6] digresso manet ibi, qui minori sub nomine res Anglorum procuret[7] aut quae geruntur spectet.

Angli legati[8] hesterno cum ministris regiis colloquio nihil aliud quam responsum perscriptum exhibuere ad delineationem foederis, quam Galli in Angliam transmiserunt[9].

Creditur rex, qui nunc Versaliae est, huc venturus, ne populus hic satis inquies auditis principum offensis attollat cornua.

Semper quidem Deum oro, sed hoc maxime tam necessario tempore, Excellentissime Domine, ut christiano orbi, Suediae regno reginaeque[10] ac Tuae Sublimitati det salutaria.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[11]>.

Lutetiae, 10/20 Novembris 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2849. 1636 november 21. Aan L. Camerarius[12].

Illustrissime Domine,

1 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
2 Don Antonio Ronquillo.
3 Het gezantschap - dat Keulen nooit bereikt heeft - stond onder leiding van Georg Jenatsch; zie over hem VI, p. 76 n. 11.
4 Martio, kardinaal Ginetti.
5 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
6 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie over hem V, p. 318 n. 12.
7 John Taylor, die na Arundels vertrek als agent in Regensburg achterbleef.
8 Zie p. 519 n. 1.
9 De uitgave der *Epist.* heeft de lezing 'transmiserant'.
10 Christina van Zweden.
11 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
12 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 97; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 57. Gedrukt *Epist.*, p. 280. De copie te Den Haag vertoont een aantal slordigheden. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was Zweeds gezant in Den Haag.

Liberali scriptioni tuae multas gratias debeo. Illas XXVI datas Octobris, die mensis hujus XVII, biduo serius alteras, II Novembris scriptas, per landgravii[13] consiliarium[14] accepi. Quas miseras Coloniensis consiliarii[15] interceptas, illico in

13 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.

14 Jean Louis Sengel.

15 *Extract van een seecker gheintercipieerde Brief, geschr. wt Ceulen den 3 Sept. N. St. 1636 de welcke een Raets-Heer vanden Cheurvorst van Ceulen aen een Raets-Heer van den Biss. van Wurtsburgh heeft gheschr., handelende van seer gewichtige saecken tot groot bedroch ende omleydinghe van s. Kon. Maj. van Engelandt* ... s'Grav., Lud. Breeckevelt ... 1636 in F. Muller,

Gallicum versas misi comiti Lycestrio[1]. Is postero statim die misit, ut cum regiis ministris colloquium repeteretur, vir strenuus, et in rem communem optime affectus.

Agitur ea[2] res inter[3] Gallos et Anglos de federe[4] satis accurato silentio Gallis confectum negotium jactantibus, idem negantibus Anglis, sed ut spem bonam apparere affirment.

Zawatskius[5] et per admissionales regios[6] et per legatos Angliae[7] et per Gallos, qui ipsum adibant, significatum mihi voluit se mei videndi cupidum mandatis impediri. Ego ita respondi, ut viderem illum necne, id neque Suedicae rei neque mea referre ostenderim. Sumsit secum imagines et Condaeae virginis[8] et Mantuanae[9]. Succurrit illud Claudiani[10]:

> Lena per innumeros iret pictura penates[11].

Caeterum Galli suasores se Palatini potius conjugii[12] fuisse credi volunt.

Corbiam tam cito in Gallorum venisse potestatem mirantur exteri Gallique ipsi. Verberata tantum circumjecta munimenta fuere nec amplius quam sex machinis integro vallo, fossa et aggere, qui fossae praetextus contrascarpa dicitur. Exiere valentes milites pedes equesque super mille ducentos. Sexcentorum aegrorum pars semisana neque bello inidonea. Ad victum bellumque necessariorum nihil defuisse constat. Sola medicaminum penuria adfertur, haud satis justa causa, ob quam intra septimum diem egregie munitum oppidum dederetur. Vigilum praefectus Belga[13], qui mortui praefecti[14] oppido locum implebat, ad Hispanos se referens suspicionem pecuniae acceptae diluere videtur. Ipsi qui exibant dixere causam, cur exirent, brevi apparituram. Id quid sit, diversa diversorum est conjectatio.

Galassius[15] non sine incommodo ac periculo die XI mensis hujus ad fines comitatus Burgundiae pervenit illis in locis acturus hyemem an Germaniam repetiturus incertum.

Circa Bajonam sedecim ferme Vasconum millia collegit dux Valetta[16]. Non

1 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
2 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
3 De copie te Uppsala heeft ten onrechte ‘in’.
4 De woorden ‘inter ... federe’ ontbreken in de copie te Den Haag.
5 De Poolse gezant Johan Zawadski.
6 Als zodanig treden op Nicolas de Berlize, Anne, graaf van Brulon, en René Giraut.
7 Behalve de boven, n. 1, genoemde Robert Sidney nog de ordinarius ambassadeur John Scudamore.
8 Anne Geneviève, dochter van Henri de Bourbon, prins van Condé; zie V, p. 321 n. 2.
9 Maria Louisa Gonzaga (geb. 1612); in 1646 huwde zij de Poolse koning Wladislas; zie III p. 206 n. 6.
10 Claudius Claudianus, latijns dichter; zie V, p. 35 n. 4.
11 Claudianus, *Epith. de nupt. Hon.* 25.
12 Nl. van een huwelijk van de Poolse koning met Elisabeth, dochter van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning, en Elisabeth Stuart, dochter van Jacobus I van Engeland.
13 George de Brimeu.
14 Champagne.
15 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
16 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette.

affirmaverim verum esse, quod fama fert, captas a Gallicis navibus naves onerarias quatuor, quae belli paratum et alimenta valde desiderata ad Honorati Margaritaeque insulas ferebant.

Pontifex[1] Parmam et Placentiam vellet sibi tradi ad tempus pacis oppidulis quibusdam Parmensis agri jam ab Hispano irruptis.

Magnam hic exspectationem excitat res illa Transilvanica: nec minorem sperati nostrorum post tam illustrem victoriam successus: et jam aliquos fama nobis affingit. Avide etiam quaeritur, veneritne jam in Pomeraniam magnus cancellarius[2]; et missurane sit Suedia ad conventum Coloniensem, qui circa initium quadragesimae futurus hic dicitur. Velle se etiam cum Suedia agere, ubi cum Gallis convenerint, prae se ferunt Angli. Pax honesta nisi fida omnium conjunctione obtineri non potest: quo magis optem, adferri aliquid a D. Ioachimo[3], quod maritimam contentionem leniat.

De Brasilia non possum non optima sperare ex virtute comitis Mauritii[4].

Res landgravii meliores speramus, ubi se cum eo Leslaeus[5] junxerit.

Postquam haec scripseram, intellexi conventu hesterno Anglos nihil aliud quam responsum perscriptum dedisse ad formulam federis, quae ex Gallia in Angliam transmissa fuerat.

Franciscus Melo[6] et Mediolani cancellarius[7] iter Coloniam ingressi sunt. Mittent eo et Helvetii et Rhaeti et Vallitelinates[8]. Omnium electorum[9] exhibitas Ratisbonae literas audimus potestatem romani regis[10] eligendi continentes. Manet ibidem qui res Angliae procuret sine legati nomine[11].

Motus novi a proceribus praesentia gravatis metuuntur in Gallia.

Librum Rohanii ducis[12], ut primum potero, mittam. Mitto interim quae de cladibus a Galassio acceptis hac in urbe in majus, ut fieri solet, vulgantur.

Deo, Illustrissime Domine, te tuosque commendo.

Illustrissimae Dominationi Tuae constanti cultu observantiaque devinctus
H. Grotius.

Lutetiae, XI/XXI Novemb. MDCXXXVI.

1 Urbanus VIII.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius Staats ambassadeur in Londen.
4 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen.
5 Alexander Leslie; zie over hem V, p. 420 n. 2.
6 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
7 Don Antonio Ronquillo.
8 Het gezantschap - dat Keulen nooit bereikt heeft - stond onder leiding van Georg Jenatsch; zie over hem VI, p. 76 n. 11.
9 Zie voor hun namen VI, p. 381 n. 13.
10 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
11 John Taylor, die na Arundels vertrek als agent in Regensburg achterbleef.
12 Henri, hertog van Rohan; zijn boek was getiteld: *Le Parfaict Capitaine. Avtrement L'Abregé des Gverres de Gavle des Commentaires de Cesar. Avec qvelqves remarqves sur icelles, suiuy d'vn Recueil de l'Ordre de guerre des Anciens, ensemble d'vn Traitté particulier de la Guerre.* A Paris, Chez Iean Hovzé au Palais, en la Gallerie des Prisonniers, à la Renommé. M.DC.XXXVI.

Iam nunc audimus ivisse in Germaniam Galassium: relicto apud comitatum Burgundiae comite Martino[1].

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Hagae Comitis A.^{o} 1636 10/20 Xbris.

2850. 1636 november 21. Aan N. van Reigersberch[2].

Mijn Heer,

Nae lang verwachten sijn uE. brieven van den 21 Oct. ende 2 Nov.[3] ons ter selven tijdt, te weten den 17 Nov., gewerden.

Ick recommandere uE. op 't hoogste, dat de saecke van Rotterdam[4] werde afgemaect, gecompromitteert ofte in justitie getrocken sonder uitstel om veele redenen, ende dat ick magh becomen alles, dat in het coffer is tot mijnheer Basius[5].

God sij gelooft, dat moeder[6] beter is; willen oock sulcx hoopen van Jacob Reigersberg[7]. 't Huwelijck van Mijnheer Beaumont[8] met de weduwe van Neef T ...[9] hoop ick de vrundschap te naerder sal knoopen.

Dit is goed, dat het schip van Surat[10] geen nieuwe questie en maeckt. Van den haering waer hooch te wenschen, dat mede waer geaccommodeert, waertoe ick, hoewel sonder danck, niet en laet mede te arbeiden.

't Schijnt uE. meende ons broeder den reeckenmeester[11] mede soude schrijven, maer hebben van hem niet ontfangen. Wat in Yats[12] gerequireert werdt, wilde ick wel weten. Ick bid uE. oock mij te laeten weten, wie gesimonideert[13] sijn van Vindex[14], wie haer hebben daervan onthouden. De Latouwen[15] seggen met de Leliën[16] gehandelt te hebben. De leliën ontkennen het ende nement qualijck.

1 Naar ik vermoed graaf Saint-Martin; zie *Itinerarium Thomae Carve*, Mogvntiae MDCXL, p. 185.
2 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 j. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op o.m. nos. 2791, 2792 en 2825; wellicht tesamen met nos. 2839, 2857 en 2869 beantw. d. no. 2898.
3 No. 2825; de brief van 21 oktober is verloren gegaan.
4 Dit betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
5 Rekenmeester mr. Johan Base.
6 Aeltgen Borre van Overschie.
7 Een zoon uit het tweede huwelijk van Maria's oudste broer Johan, bij leven rentmeester-generaal van Zeeland Bewester-Schelde.
8 Grotius' opvolger als pensionaris van Rotterdam, Simon van Beaumont.
9 Van Beaumont was op 16 oktober 1636 getrouwd met Catharina Brandt, weduwe van Jan Tuning. De naam is in het handschrift onleesbaar.
10 Vgl. hierover no. 2759 én no. 2697, p. 304 en n. 6 aldaar.
11 David van Reigersberch; hij was sedert 1625 lid van de rekenkamer van Zeeland.
12 In de tekst in cijfer: 2.27.77.76.
13 Simonides is een codewoord voor geld; vgl. ter zake no. 2825, p. 486.
14 Codenaam voor Frankrijk.
15 Latou is een codenaam voor Frankrijk.
16 Lelie is een codenaam voor Engeland.

't Uitgaen van 900 man te voet, vier compagnie te paerd uit de Corbie, een plaets wel gefortif iceert sijnde, de contrescarpe sterck ende ongeraect, niet geattaqueert dan aen de buitenwercken, ende dat alleen met ses stucken geschut, sonder gebreck van iet nootsaeckelijck, geeft discoursen, te meer, alsoo die daer uitgegaen sijn, geseit hebben, dat men de oorsaeck haest sal sien. Soo den sargeant-maioor[1], die het commandement hadde aen dese sijde, niet en blijft, sal een teecken sijn, dat het met gelt niet en is geschiet ende oversulcx de suspicie loopen op eenige secrete handeling met den cardinael-infant[2].

Staet te letten, off Cimon[3] Sophi[4] ende den landgraef[5] niet en behooren te letten op haere saecken, ende handelen[6], soodat voor de Latouwen plaets open blijft om daernae iet generaels te maecken. Want het beleit van de saecken, dat men geeft aen den man van de[7] Rijs[8], can de (?) drie niet als schadelijk sijn.

Wat cours Alexander[9] sal nemen, staet seer te letten. In Schotlant geschieden lichtingen voor Xenocrates[10]. Wilt mij laeten weten, off daer eenige soonen sijn van joncker Jan van Egmont, in sijn leven bailiu van Voorn, ofte ander wettelijck mansoir van dien naam.

Eenige souden wel meenen dat Latou[11] siolsoude uittrecken uit Pindarus[12] met Tulipa[13] ende haer alleen tegen Hannibal[14] stellen. De verandering, die Vindex doet in het tractaet met Cimon[15], schijnt daerop te loopen.

Ick verstae den sargiant-maioor van Corbie is gegaen nae Vlaenderen. Den heer landgraef, soo ick uit sijn raedsheer[16], die uit Hollant comt, verstae, ontfangt 200^{m} rijcxd. op een nieuw tractaet, het eerste niet sijnde gehouden.

Waer Galas[17] nu is, weten niet wel; de Gazette laet hem den 12 deser à Corsien le haut. Die uit het leger van den coning[18] seggen, dat in 't marcheren ontrent 27^{m} van den vijanden getelt sijn.

Den hertogh van Valette[19] heeft 16^{m} man bijeen ontrent Baijonne.

1 De Belg George de Brimeu; de capitulatievoorwaarden werden afgedrukt in de *Gazette de France* 1636, p. 746.
2 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
3 Codenaam voor Staten-Generaal.
4 Codenaam voor Zweden.
5 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel; de beide woorden staan in de tekst in cijfercode: 232. 60.70.78.44.97.98.13.
6 Het woord staat in cijfer: 14.70.62.44.72.45.33.46.
7 De woorden ‘den man van de’ staan in cijfercode: 323. 929. 213. 189.
8 Schuilnaam voor de paus, Urbanus VIII. Met ‘den man van de Rijs’ zal bedoeld zijn Martio, kardinaal Ginetti, pauselijk afgevaardigde ter Keulse conferentie. De woorden ‘de drie’ staan in cijfer: 116. 90.110.
9 Codenaam voor Engeland.
10 Schuilnaam voor Axel Oxenstierna.
11 De woorden ‘dat Latou’ staan in cijfer: 289. 60.70.77.700.
12 Codewoord voor oorlog.
13 Codenaam voor Spanje; de woorden ‘met Tulipa’ staan in cijfercode: 61.33.38. 77.69.60.55.36.27.
14 Schuilnaam voor de keizer, Ferdinand II.
15 Gesloten op 15 april 1634.
16 Jean Louis Sengel.
17 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van de keizer.
18 Lodewijk XIII van Frankrijk.
19 Bernard de Nogaret d'Epernon de La Valette.

De Engelsche ambassadeurs[1] hebben noch vandage met 's coninx ministres geconfereert. Saucour[2], niettegenstaende alle faveur, is getracteert als andere defaillanten ende 18^{m} gl. op sijn lijf gestelt. Men meent mons.^{r} d'Avaux[3], alsoo Saucour zijn swager is, dese occasie sal nemen om hem van de ambassade nae Colen te excuseren. Den graef van Porlish[4] doet in Schotlant lichtinge voor Sweden.

De luiden alhier meenen, dat de geallieerden behooren haere interesten in des conincx handen te stellen, maer ick segh rechtuit, dat sulcx is tegen de reputatie ende oversulcx buiten apparentie. Off Sweden op de bijeencomste te Colen behoort te senden, is bedenckelijck.

Dusverre geschreven hebbende, ontfang ick praepostero ordine de uwen van den elfde[5] ende 13 Octobris[6]. Ick mercke daeruit met leedwesen, dat de saecken van Brasyl noch seer los staen ende dat mijn heer den landgraef wel groote hulpe van doen heeft. Hij heeft van Vrancrijck ontfangen 200^{m} rijcxdalers, gelijck mij sijnen raedsheer seit, die hier gecomen is, verhaelt.

Men practizeert hier op nieuwe middelen, maer men dorft de patiëntie van het volck niet wel tenteren, alsoo in Guyenne de tumults van de escrocquans sich weder verheft.

't Is mij lief uE. mij instrueert tot justificatie van Neef[7]. Ick bid uE. te letten op eenige voorslagen, die ick gedaen heb Craienburg aengaende.

Twijffelt niet, off Eusebius[8] sal alle handeling van Stesichorus[9] doen duiren, wetende dat sijne seeckerheit bij Pindarus bestaet. Want daer sijn te veel arbeiders te proponeren, die hem tegengaen, eer men can uit Pindarus geraecken.

Te Regensborg sijn van alle de churfursten[10] credentiebrieven overgelevert, om tot verkiesing van een Roomsch Coning te procederen, 't welck men meent eerstdaegs sal geschieden. Daer blijft een agent van Engelant[11]. Don Francisco de Melo[12] ende den cancelier van Milan[13] sijnde van de commissarissen tot de paix sijn op de wegh nae Colen.

Men geeft hier uit, dat Galas sesduisent man verloren heeft. 't En is geen tweeduisent op veel nae.

In de conferentie van gisteren, soo ick nu seeckerlijck verstae, hebben d'Engelsche ambassadeurs niet anders gedaen dan een schriftelijck antwoord ingegeven op een proiect van tractaet uit Vrancrijck in Engelant gesonden.

1 De ordinarius ambassadeur van Engeland in Parijs, burggraaf John Scudamore, en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
2 Maximilien de Belleforière, seigneur de Soyecourt; zie no. 2715, p. 330 en n. 6 aldaar.
3 Claude de Mesmes, graaf van Avaux; zijn zuster Judith was gehuwd met De Soyecourt.
4 Arvid Forbes, Schots bevelhebber in Zweedse dienst.
5 No. 2791.
6 No. 2792.
7 Zie betreffende deze schuilnaam voor Frederik Hendrik J. Fox, *Hugo de Groot en de Gravin van Hohenlohe-Langenburg* in *Nederl. Archievenbl.* 1962 - 1^{o} afl., p. 40. Craienburg is Grotius' jongste zoon Diederik.
8 Schuilnaam voor De Richelieu.
9 Codewoord voor vrede.
10 Zie voor hun namen VI, p. 381 n. 13. Op 30 december werd Ferdinand, zoon van Ferdinand II, gekroond.
11 John Taylor.
12 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
13 Don Antonio Ronquillo.

Wij sullen hier moeite in Vrancrijck hebben. 's Conincx broeder[1] is hier schielijck gecomen, heeft gesproocken met den graef van Soisson[2]; sijn gisterenavont beide vertrocken: men weet niet, waerheen. Men meent nae Guyenne, alwaer den hertogh van Espernon[3], mede gemiscontenteert sijnde, volck heeft ende Blaye in handen is van S.[t] Simon[4], die onlancx is gedisgratieert. Haer desseings gaen tegen den cardinael[5]. Maer Vrancrijck aen drie zijde van de vijanden geattaqueert sijnde, soude dese moeiten wel connen ontberen. 't Staet de vrese, dat dit retardement sal brengen in de gemeene saecke. Onder andere clachten, die den graef van Soissons heeft tegen den cardinael is dese, dat den cardinael sijn compagnie des guardes voor die van den graef heeft willen doen marcheren, waertegen den graef hem opentlijck heeft gestelt.

UE. dient niet eenen brief meer te senden voor mij aen Cimons volck. Sij werden mij te laet gegeven ende sijn oversulcx onnut. Omdat Olivier bekent is bij ons gebruict te worden, sult mogen bijwijlen 't opschrift maecken aen Frarin(?) ofte Surendonc[6].

Den 21[7] Nov. 1636.

D'heer van Oosterwijck[8] wort hier dagelijcx verwacht.

Wij verstaen nu, dat Galas nae Duitschlant ende in de Comté eene comte Martino[9] heeft gelaeten.

In margine schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 20 Nov. 1636 wt Paris.

2851. 1636 november 25. Aan Ch. Marini[10].

Monsieur,

Je n'ay pas grand chose à vous dire pour le présent, sinon que i'ay bien addressé vostre pacquet qui m'est venu avecq la vostre du 2 de Novemb.[11].

Le roy[12] et la cour se resiouyt de la prise fort heureuse de Corbie et de ce que Gallas[13] est tellement retiré qu'il ne faict plus de mal qu'aux siens, et envoye on des troupes de cavallerie et d'infanterie pour délivrer le pays autour de Baionne des ennemis qui y sont entrez.

1 Gaston, Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 Jean Louis de Nogaret de La Valette, hertog van Epernon; zie no. 2848, p. 520 n. 13.
4 Claude de Rouvroi, hertog van Saint-Simon; zie no. 2848, p. 520 n. 14.
5 De Richelieu.
6 Correspondentie-adressen.
7 Er staat 20 verbeterd in 21.
8 Willem van Liere, heer van Oosterwijk, Staats gezant te Parijs, voordien te Venetië.
9 Naar ik vermoed graaf Saint-Martin; zie no. 2849, p. 524 n. 1.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 98. Antw. op no. 2824. Betreffende geadresseerde zie V, p. 436 n. 4.
11 No. 2824.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.
13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.

La retraite inopinée de monsieur le frère du roy[14] et de monsieur le comte[15] de Paris sans avoir veu le roy qui estoit à Versail donne du secour (?). Les plus pru-

14 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
15 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

dents croyent que cecy n'est point arrivé par aucun desseing, mais par l'appréhension qu'ils avoyent de quelque mauvais traitement, Monsieur estant à Blois a escrit au roy et pour monsieur le comte qui est allé à Châlons et de là, comme on croit, à Sedan. Madame sa mère[1] se rend caution qu'il n'attentera rien contre le service du roy.

Le cardinal Ginetti[2] est à Coulogne. Le cardinal de Lyon[3] comme vous sçavez y va et avec luy ou après luy le père Joseph[4] et monsieur de Feuquières[5].

Des affaires de Transilvanie on discourt diversement. Les ambassadeurs d'Angleterre[6] travaillent tousiours au traitté.

Je vous souhaite toute sorte de prospérité et à touts les vostres et demeure, monsieur,

vostre serviteur très humble.

Le 25 Nov. 1636. A Paris.

2852. 1636 november 25. Van Ch. Marini[7].

Monsieur mon très honoré amy,

Vous ayant escrit par mes précédentes de tout ce qui est digne de vostre cognoissance celle-cy ne sera que pour accompagner l'enclose laquelle après l'avoir leue il vous plaira faire tenir à Son Ex.ce[8] par promte addresse.

Madame de Rhuan[9] est icy, mais elle s'en retournera bientost en France voyant desià son mary[10]) remis.

Dieu veulle qu'on envoye quelque bonne résolution pour appaiser les Grisons afin que par désespoir n'abandonnent point la France si comme ils menacent de faire si on ne ratifie la première capitulation.

Ie vous prie encor une fois de vouloir solliciter pour le baron Hofkirch[11] afin qu'en ayant une favorable responce il puisse avoir son employ dans nos armées, estant cavalier de gran expériance aux affaires de la guerre.

S'il vous plaît vous pouvez continuer à donner vos lettres aux gens de monsieur le duc puisqu'il passera l'hyver dans la Voltoline où nous sommes tout à fait ruinez, n'ayant tiré la valeur de dix ... de nos rentes.

Ie demeure, monsieur,

1 Anne de Montafié.
2 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
4 François Leclerc du Tremblay, capucijn; hij was de bekende gunsteling van De Richelieu.
5 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
6 De ordinarius John Scudamore en de extra-ordinarius Robert Sidney, graaf van Leicester.
7 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Beantw. d. no. 2889. Betreffende Marini zie V, p. 436 n. 4.
8 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
9 Marguerite de Béthune, hertogin van Rohan.
10 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
11 Georg Lorentz, baron van Hofkirchen.

Vostre redevable
Marini.

Ex loco noto, 15/25 9bris 1636.

Adres: A M.r Grotius.

Onder aan de brief: M.r Grotius.

In dorso schreef Grotius: 15/25 Nov. 1636 Marin.

en: A Monsieur Monsieur Marin résident pour la Couronne de Suède à présent à Chiavenne.

Boven aan de brief: Rec. 10 dec.

2853. 1636 november 26. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Ita justa mihi videtur causa D. Eliae Diodati[2], ut, etiamsi amicus meus non esset ab annis plus viginti, tamen suffragari ei auderem apud aequitatis omnis servantissimam Sublimitatem Tuam. Nunc ad causae bonitatem accedit viri virtus et eruditio, quibus laudibus jampridem virorum summatum gratiam meruit.

Audio Rasschii[3] bonis injectam manum regiam. Itaque in proclivi esse negotium, cum ex eorum bonorum obventionibus aequum sit exsolvi nomen, quod fecit. Id vero etiam ad Suedici regni honorem pertinet, cum qui ei crediderunt ejus regni commoda juvare in animo habuerint.

Quod ergo commendavi antehac Tuae Sublimitati, commendo nunc etiam, ut aliqua inveniatur ratio, qua rem suam servet vir publici boni perpetuo studiosissimus.

Nihil his adjungam aliud praeter vota, Excellentissime atque Illustrissime Domine, pro salute Tuae Sublimitatis rebusque prosperis.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus

H. Grotius[4].

Lutetiae, 16/26 Novembris 1636.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2854. 1636 november 26. Van N. van Reigersberch[5].

1 Gedrukt *Epist.*, p. 280; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 267.
2 Elias Diodati uit Genève.
3 Christoph Ludwig Rasch; zie over hem V no. 1984, p. 327 n. 8.
4 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
5 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenburgh, *Leven* II, p. 87.

De heer van Zuilichem[6], geheimschrijver des princen van Oranje[7] is bij mij geweest zeggende daartoe te zijn gelast. Dat zijn Excellentie op mij begeerde, dat ik uEd. zouw afvragen, of gij wel zooveel moeite voor den prins zoud willen nemen en

6 De dichter Constantijn Huygens, heer van Zuilichem.
7 Frederik Hendrik.

examineren eenige testamenten van prins Philips[1] en prins Maurits[2], en op een quaeritur daaruit geproponeert op de questi; - - -

juncti putabantur frater regius[1] et comes Suessionensis[2], in diversa discessere, ille Blesas secessum[3] suum, hic Sedanum, scriptisque ad regem[4] literis testantur se non rerum novarum studio, sed justo mali metu abiisse. Datur opera nunc, ut frater regius, cui minor metuendi causa, in aulam veniat; comes in Helvetiorum fines, ubi novum castellum duci Longavillano[5], ipsius affini, paret, abeat. Sic speratur haec procella sine malo publico abitura.

Baiona obsessa non est, sed Socovam inde non longe diligenter munit Hispanus.

Placentia in periculo est et res ejus ducis[6]. Sabaudi[7] frater cardinalis[8] palam Romae Austriacis se dat partibus suscepto Germanicarum rerum patrocinio: unde de Sabaudi consiliis facilis conjectatio est.

Rex, cum ei nuper res prosperas gratularer[9], magnis laudibus marescallum Chastilionaeum[10] ob receptam maxime Corbiam praedicavit.

Anglicum negotium in hunc diem imperfectum haeret.

Deus in tanto hoc rerum salo, Illustrissime Domine, publicas res domusque tuae proprias secundet.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni cultu observantiaque devinctissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XVII/XXVII Novembris MDCXXXVI.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala: Redd. Hagae Com. A.^{o} 1636 10/20 Nov. (!)

2856. 1636 november 28. Aan A. Oxenstierna[11].

Excellentissime Domine,

Mitto orationem, qua regem[12] a bello reducem salutavi 12/22 mensis hujus, brevem, quod amant reges, Franci praesertim.

1 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 De copie te Uppsala heeft ‘discessum’.
4 Lodewijk XIII.
5 Henri d'Orléans, hertog van Longueville.
6 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
7 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
8 Maurizio (1593-1657), kardinaal, zoon van Carl' Emanuele, hertog van Savoye.
9 Vgl. no. 2856, aanhef.
10 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
11 Gedrukt *Epist.*, p. 281; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 268.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.

Respondit rex benigne gaudio sibi semper fore res Suedorum laetas; ab ipsis hoc anno initium bene gerendae rei factum; Gallos exemplum secutos, magnos Hispani[13] fuisse conatus - de imperatore[14] tacebat -; bene evenisse, quod

13 Philips IV van Spanje.
14 Ferdinand II.

Picardia Burgundiaque liberatae essent periculo. Pro Corbia recepta multum deberi cardinali Riceliaco; deinde marescallo Castilionaeo[1]; addebat quaedam ad accusationem Germanorum, qui a foederibus discesserant.

Constat Corbiam deditam Italis contradicentibus, qui in praesidio erant, Hispanis, quae gens alioqui in tutandis oppidis minime ignava est, volentibus, ea de causa eum[2], qui praefecti[3] locum implebat apud Atrebates in vincula datum[4] sunt qui dicant. Id nisi sit, latuit sub negotio arcana cum cardinali Hispano[5] pactio, quam credibilem faciunt nuntii pontificii[6] ad festinandum conventum Coloniensem labores.

Est ibi Guenettius[7]: in itinere sunt Alcala[8], Melo[9], cancellarius Mediolani[10] et pro Gallis cardinalis Lugdunensis[11], cujus se rationem ut legati Gallici, non ut cardinalis habituros testantur Hispani.

Dixit mihi legatus Venetus[12], cum nuntius pontificius suscipere in se nollet operam obtinendi liberi commeatus pro Suedicis legatis[13] ab imperatore, se per eum, qui res ibi Venetas agit[14], id negotium agere.

Acturum tantundem S. Chaumontium[15] apud Sublimitatem Tuam aut eos, qui Suedicis rebus praepositi sunt[16], pro legatis Saxonis[17] aliorumque.

Dixi ego incompertum adhuc mihi, quid factura esset Suedia, tum eorum memor, quae pridem ex Sublimitatis Tuae literis cognoveram[18], tum ex auctoritate ea, quam ibi habiturus est pontificis legatus, e praesentia Poloni[19], ex omnium pontificiorum in nos odio multa augurans nobis aut noxia aut inhonora.

Libenter intelligo optare et Batavos, ut alibi sua res agatur, cum omnibus ad pacem, si ita successerit, praeparatis possit addi lex, ne conventa ante valeant, quam et cum Gallis convenerit. Sed hanc ego curam Tuae Sublimitatis summae prudentiae relinquo.

Angli nihildum confecere: spem conficiendi foederis neque tam propinquam

1 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
2 George de Brimeu.
3 Champagne.
4 De woorden ‘in vincula datum’ ontbreken in de uitgave der *Epist.*
5 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
6 Giorgio Bolognetti en Giulio Mazzarini, respectievelijk ordinarius en extra-ordinarius nuntius van Urbanus VIII te Parijs.
7 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus ter vredesconferentie afgevaardigd.
8 Fernando de Ribera, graaf van Alcalá; zie no. 2545, p. 75 n. 9.
9 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna; zie VI no. 2260, p. 197 n. 1.
10 Don Antonio Ronquillo.
11 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
12 Alvise Contarini di Nicolo.
13 In mei 1636 werd de naam van Jacob, graaf de la Gardie genoemd als hoofd van een eventuele Zweedse afvaardiging ter vredesconferentie in Keulen.
14 Giovanni-Battista Ballarino.
15 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van de Franse koning bij Oxenstierna.
16 Zie voor hun namen no. 2533, p. 58 n. 12.
17 Johann Georg, keurvorst van Saksen; zie voor de namen van zijn gezanten no. 2789, p. 430 n. 3.
18 Zie bijvoorbeeld Oxenstierna's schrijven aan Grotius dd. 4 juli 1636 (no. 2658).
19 Wladislas VII (IV) van Polen.

volunt quam praedicant Galli neque remotam nimis. Interim cardinalis[1] fama velut confectae rei fruitur utili ipsi ad multa intra extraque regnum.

Discessus duorum principum[2] a Lutetia rege insalutato, qui in propinquo erat, nihil dum mali parturire videtur. Comes Suessionensis Sedano, quo profectus est, scripsit se nec quicquam cogitantem, quod regi displicere posset nec male de Gallia meritum abiisse libertatis retinendae causa, cui malum strui multis indiciis comperisset.

Creditur cardinalis ultro submisisse homines, qui ei metum carceris facerent, ut sic ipsum sicut olim reginam matrem[3] Gallia extruderet, minus e longinquo nociturum.

Susurrabant quidam cum duce Bulionio[4], Sedani principe, ejusque avunculo principe Arausionensi[5], aliquid in cardinalem Riceliacum, de quo conquerendi causas illorum uterque habeat, moliri comitem. Eam suspicionem ut avertat, dicitur comes obtulisse regi paratum se, si is velit, abire in Helvetiorum fines, ubi Novum Castellum affinis ipsius Longavillanus[6] tenet.

Frater regius Blesis scripsit factum se alieni metus participem, daturque opera, ut in aulam pertrahatur, quo minus spei in eo habeant, quibus praesentia displicent.

Socova in Vasconiae ora tribus castellis ab Hispano munitur, ad exscensus faciendos naviumque receptum aptissimus locus.

Bressiam incendiis populationibusque incursat Gallasianus[7] miles. Cardinalis Valetta[8] et dux Bernhardus[9] Burgundiae ducatum tueri posse satis habent.

Placentia adhucne defendatur an jam in Hispanorum sit manu, dubitatur, planeque conclamatae judicantur res principis illius[10]. Perdidit illum et res ibi Sabaudus[11] Gallicas spe ipsi ab Hispano facta, ut per pacem Pignerolum recuperet; jamque palam frater ejus cardinalis[12] Romae Austriacis partibus se applicat suscepto Germaniae patrocinio. Itali omnes, et[13] in his Veneti, pacem ardenter optant.

In Valle Telina nihil agitur. Perstat rex in illis, quae praescripsit antehac multorum Rhaetorum animis ad Austriacas amicitias respecturis, nimirum quod futura pericula subire malint quam jamnunc certam servitutem.

Literae Constantinopoli datae 12 Sept. novi Cal. ajunt visiro[14], qui in Persas bellum gerit, res prope omnes deesse necessarias, ex mille quadringentis,

1 De Richelieu.
2 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van de Franse koning, en Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 Maria de Medici; zij hield verblijf in de Zuidelijke Nederlanden.
4 Frédéric Maurice de La Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon.
5 Frederik Hendrik; voor de verwantschap tussen de prins en de hertog van Bouillon zie V, p. 181 n. 14.
6 Henri d'Orléans, hertog van Longueville.
7 Van Matthias, graaf Gallas; hij was generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
10 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
11 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
12 Maurizio; zie no. 2855, p. 531 n. 8.
13 De uitgave der *Epist.* heeft foutief ‘ut’.
14 Beïram Pasja († 1638).

qui transierunt, Ianizaris Persam[1] additis aliis, conscribere militiam ejus nominis, aliamque Spahiorum vocabulo, ad Turcicum instar; ac dare gregario militi asperos in diem duodenos.

Dici et ab iis, qui Babylonae praesidium habent, fugatum Achmetem bassam[2]. De sultani[3] in Asiam itinere nullos etiamnunc sermones esse; sed naves mitti, quae alimenta militi ferant. Abiisse ab ea aula Poloni legatum[4], de Moldavia irritus labor. Dictum ei Tartarorum populationibus finem facturum Turcam, si ipsi Cosaccos compescerent. Spem ei aliquam factam abducendi Cantanutii[5]. Ceterum servorum nulli libertatem impetrasse nec immunitatem iis, quae asportabat demtis, quae ipsius usibus erant, necessaria. Tartarorum chanum Precopensem[6] id agere, ut se in gratiam sultani restituat pollicitus nihil sibi commune cum Cosaccis fore. Dissimulari a Turca offensas et, si fidem praestet, spem ei fieri amovendae classis, quae in ipsum immissa fuerat.

Fratrem Bethlehemi Gaboris[7] Stephanum[8] donis ambire sultani bassarumque amicitiam. Iamque effecisse, ut sangiacis, qui in proximo sunt, praeciperetur, suis ut copiis auxilio essent, quo procerum Transilvaniae consensu dejecto Ragosckio[9], in eum principatum inducatur. Ragosckii, qui in aula fuerant, legatos[10] nihil eorum, quae voluerant, obtinuisse.

Ex Italia praeter quae dixi discimus Genuates satis se medios gerere.

Esse ad Vada Hispanicas naves longas itemque Etruscas; alias naves XIII per Neapolitanum regnum, per Hispaniam novem armari, ut Gallis opponantur, quorum in insulas conatum haud valde metui. Crequiacum[11] nihil posse exhaustis copiis.

Cardinalem Riceliacum, si qua res anxium habet, haec est, quod neque pacem vult serio, quanquam invidiae declinandae aliud prae se fert, neque ad alendum bellum pecunias reperit sine odio ac periculo.

Pendet adhuc consultatio, an imminuta parlamenti Parisiensis omnium augustissimi jurisdictione, duo erecturi sint nova, Lugduni alterum, alterum Pictavii, ut ex eorum dignitatibus ingentes summas faciant. Proponuntur et alia non minus difficilia: quorum metu magnum apud omnes Ordines est pacis desiderium.

Heufdius[12] de pecunia debita adhuc trahitur dicitque maximam partem perire interusuriis. Nihil ita collectim datur, ut usui esse possit.

Comes Egmundus[13] natus domo ut perillustri regumque affinitatibus saepe

1 Sefi (Sam Mirza).
2 Kutschuk Ahmed pasja, commandant van het Turkse leger en gouverneur van de provincie Damascene.
3 Murád (Amurath IV).
4 Vermoedelijk Jerzy Kruszyński.
5 Dit moet een foutieve lezing ev. een schrijffout zijn voor Cantamirius. Het betreft nl. Kantemir; vgl. no. 2611, p. 175 n. 9.
6 Ghiraï-Inayet; vgl. nos. 2744 en 2745 met desbetreffende aantekeningen.
7 Gabor Bethlen von Iktar; zie over hem IV, p. 141 n. 4.
8 Over Stephanus (Istovan) zie V, p. 205 n. 8.
9 Georg Rákóczi.
10 Deze gezanten heb ik niet kunnen identificeren.
11 Charles Créquy de Blanchefort de Canaples.
12 De Parijse bankier Johan H(o)eufft, die financiële zaken regelde zowel ten behoeve van Zweden als van Frankrijk.
13 Lodewijk, graaf van Egmond; zie V, p. 64 n. 6.

innexa, ita infelici, cujus avus[1] pro partis ad S. Quintinum et ad Gravelingam victoriis praemium ab Hispanis habuit cervices praecisas, cum Hispanis se suspectum videret, ut fere sunt proceres omnes Belgae, in Gallia securiorem habitationem sumsit, mansitque etiam post exortum hoc bellum. Bona habet in Belgica sub Hispano: ea ut ipsi maneant idque caveatur pace, si qua futura est, optat inque id ambit regis gratias, etiam reginae nostrae[2], ad quam ea de re scribit, nec minus ad Sublimitatem Tuam ejusque filium[3].

Die 21 Novembris novi Cal. cardinalis Valetta ad Marsiliacum erat prope Lingonum oppidum, Lotharingium[4] versus ducere cogitans militem ad terras minus exhaustas.

Gallasiani exercitus pars major ad Ararim haerebat Lamboio[5], qui ipse nuper vix elapsus est Gallos equites cursores, cum decem cohortibus, quas regimenta vocant, Rhenum transiit. Ardet eum insequi dux Bernhardus Vinariensis eaque de causa in aulam hanc venturus accipiendis mandatis creditur.

Postremae ab Italia literae nuntiant Placentiam centum quinquaginta equitibus, musquettariis trecentis non amplius defendi. Hispanos in via, quae Parmam ducit, castellum fecisse et loca in montibus intersitis occupasse. Cerbellonis[6] cohortes ad minorem numerum reduci, quo pauciores sint ductores minusque impendii. Ex Hispana classe, quae ad Vada est, peditem in terram exponi ob curam valetudinis. Frumenti exportationem vetitam in agro Mediolanensi, aliaque edici, quae victum faciant parabilem.

Duos milliones et dimidium a civitate Neapolitana sperat regni ejus rector[7], et cum Florentinis mercatoribus agitur, ut pecuniae aliquae Mediolanum transmittantur.

Dimissi sunt, qui in usum classis detenti erant, nautae, pars maxima Belgae, minore per hiemem a Gallis metu et ab Hispania atque aliunde accitis, qui naves impleant.

Praeter haec nihil nunc habeo, nisi perpetuum illud, Deum ut precer, Excellentissime Domine, pro reginae rerumque Suedicarum ac Tuae Sublimitatis salute.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[8].

18/28 Nov. 1636.

Quidam Gallos et Anglos cum Austriacis jam putant convenisse, sed tegi conditiones, ut honos confecti negotii pontifici servetur. Arondelius[9] dicitur adhuc haerere Ratisbonae. Et quando nos sua celant etiam Angli, metuo, ne quid Polonici subsit.

1 Lamoraal, graaf van Egmond, prins van Gavre (geb. 1522 en in 1568 te Brussel onthoofd). Hij had zich als bevelhebber van de lichte ruiterij grote roem verworven in de slag bij St. Quentin op 10 augustus 1557 en in de slag bij Grevelingen op 13 juli 1558.
2 Christina van Zweden.
3 Johan; zie over hem V, p. 313 n. 2 aldaar.
4 Karel IV, hertog van Lotharingen.
5 Wilhelm, baron van Lamboy; zie no. 2665, p. 250 n. 15.
6 Johann, graaf van Cerbellon (Giovanni, graaf Serbelloni).
7 Manuel de Guzmán, graaf van Monterey.
8 Onderschrift en naam ontbreken in de uitgave der *Epist.*
9 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2857. 1636 november 28. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijnheer,

Ick sende uE. de propositie bij mij aen de coning[2] gedaen den XXII deser, biddende uE. daervan nyemant copye te geven.

't Schijnt, dat de graeff van Soissons[3] nyet anders voor en heeft gehadt als de gevanckenisse - daervan hem apprehensie was gegeven, soo eenige meenen, door artificie van den cardinael[4], om hem uyt Vrancrijck te helpen - te ontgaen. Alsoo hij te Sedan eerst is gegaen, vyelen discoursen, off Calaber[5] ende sinn neef[6] wel daerin soude mogen sijn gemengt. Maer sijn moeder[7] heeft den coning verseeckert, dat hij niet voor en heeft tegen sijn dienst: ende men seit den graef door brieven presenteert te gaen nae Neufchastel bij Switserlant, toecomende den hertogh van Longueville[8], sijne swager.

's Conincx broeder[9] schrijft uit Blois, dat andere vrees hebbende hem mede vrees hebben gegeven. Men arbeit om hem te hoof te crijgen.

Eenige seggen, den sargiant-maioor, die Corbie had overgegeven[10], te Atrecht is gevangen. 't Is seecker, dat alle d'Italianen tegen het overgeven sijn geweest, ende voorwaer daer en was geen reden toe ende weinigh dagen souden de Fransoisen gedwongen hebben te vertrecken. Den coning, mij antwoordende, naedat hij geseit had blijde te sijn in de prosperiteit van de Sweden, die dit jaer voorgegaen hadden met wel te doen, seide, dat den heer cardinael ende den marescal de Chastillon[11] over het wederbecomen van Corbie seer waeren te dancken.

Men vreest hier Xenocrates[12] niet goed sal vinden te senden na Kolen[13], hoewel den ambassadeur van Venegië[14] uyt hemselve arbeit om te Regenspurg paspoort voor Caius' luiden[15] te becomen. 't Waer best Cimon[16] sich met Sophi[17] vougde. Men can nae voorgaende preparaten de saeck wel brengen tot

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 k. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Wellicht tesamen met nos. 2839, 2850 en 2869 beantw. d. no. 2898.
2 Lodewijk XIII van Frankrijk.
3 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
4 De Richelieu.
5 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
6 Frédéric Maurice de la Tour d'Auvergne, hertog van Bouillon; zie voor de familieverhouding met de prins V, p. 181 n. 14. De woorden ‘sinn neef’ staan in de tekst in cijfer: 67.55.217.62. 24.104.54.
7 Anne de Montafié.
8 Henri d'Orléans, hertog van Longueville.
9 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
10 De Belg George de Brimeu.
11 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
12 Schuilnaam voor Axel Oxenstierna.
13 De woorden ‘na Kolen’ staan in cijfer: 31.27. 58.73.60.52.78.
14 Alvise Contarini di Nicolo.
15 Caius is een schuilnaam voor Zweden; tot een feitelijke benoeming van Zweedse afgezanten ter vredesconferentie te Keulen is het nooit gekomen.
16 Codenaam voor Staten-Generaal.
17 Codenaam voor Zweden.

iet gemeens. Maer daer Reys' volck[1] het beleit hebben, is voor de Viole[2] niet goeds te wachten.

Uit Turquie verstaen wij, dat het leger van den Turc[3] in Asië verloopt; dat eenige Janitzaren Persiaensche dienst aennemen, ende eenige Turcken bij het garnisoen van Babyloniën sijn geslagen; dat men niet en spreect van des Sultaens vertreck nae Asiën; dat Stephani[4], broeder van Bethlehen Gabor[5], met groote presenten vercregen heeft last aen de naeburige Turcsche bevelhebbers om de afsetting van Ragosky[6] ende sijne surrogatie bij de stenden te vorderen.

Engelant heeft noch niet gehandelt. Wat daervan vallen sal, is onseecker. De advysen seggen den graef van Arondel[7] noch te Regenspurg is. Alcale[8], Melo[9], den cancelier van Milan[10], gaen nae Colen toe. De heer Camerarius[11] is van mijne opinie, dat van die handeling niet goeds en is te wachten.

Voor de Fransoisen is weinigh hoop de eilanden[12] te becomen. Crequy[13] heeft geen volck. Plaisance is in peryckel, soo noch niet en is verloren, ende den hertogh van Parma[14] genoech geruïneert.

Den broeder van Savoye, cardinael[15], is opentlijck nu voor het huis van Oostenrijck, hebbende op haer versoeck de protectie van Duitschlant aengenomen. Den hertogh van Savoye[16] hoopt door hulp van dat huis Pignerol weder te becomen, 't welck hem seer om 't hart leit ende in alle dit oorlogh dobbel heeft doen gaen.

De Grisons door de harde conditiën, die den coning stelt over het stuck van de Valteline, sijn onlustigh ende veele meenen beter conditiën van de Oostenrijcksche te connen verwerven. Die van de religie uit de Valteline te bannen, 't gebiet van 't lant der Grisons door forten in te houden, behaegt veelen niet.

Eusebius[17] treckt Pindarus[18] soo lang hij can, maer gebreck van Simonides[19], ende de generale affectie van Latou[20] valt hem daerin tegen. Men doet vremde voorslagen om gelt te vinden, onder anderen van twee parlementen van nieus op te rechten tot Poictiers ende Lion met aftreck van het parlement van Parijs, om van die officiën gelt te maecken.

1 Rys is een schuilnaam voor de paus, Urbanus VIII.
2 Codenaam voor de evangelischen.
't Gelt sal hyer voortaen quaelijck te vinden zijn ende de paix nyet wel connende getroffen werden sonder te spreecken van de veele poincten den cardi-

1 Guillaume Bautru, graaf van Serrant.
2 Anne de Montafié.
3 Marie Madeleine de Vignerot, dame de Combalet, nicht van De Richelieu.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Men trachtte het huwelijk van Gaston met Margareta van Lotharingen ongeldig te doen verklaren; zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
6 Urbanus VIII.
7 George de Brimeu.
8 Ste. Marguerite en St. Honorat.
9 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
10 Johann Christoph Taupadell, officier in het leger van hertog Bernhard van Saksen-Weimar.

nael hinderlijck, als de restitutie van de coninginne-moeder[1], te' *(sic)* huwelijck van Lorraine[2] etc., schijnt dat het op een stilstant sal moeten aencomen.

De nuntius[3] heeft de cours van de brieven over Brabant becomen, maer, soo eenige seggen, voor hem alleen.

De twee broeders[4] van mijnheer den landgraeff[5] zijn mij dese dagen wesen besoecken.

Arondel[6] blijft te Regensburch, naedat nu een Roomsch coning[7] is gemaeckt.

Den graeff van Licester[8] - dewelcke men seyt hyer nyet lang en sal blijven - seyt nyet te weten, waerop de saecken loopen. Mij dunckt, dat d'Engelschen haer nu minder, als zij geseyt hebben, sullen contenteren.

Ick heb gezyen de propositie van den Poolschen ambassadeur[9] te Regensburgh zeer schots tegen Sweden. Eenige seggen hij des keysers dochter[10] vrijt ende Silesië tot een huwelijckgifte. Ick en meene het niet.

Veele personen werden hyer in de Bastille geset[11]. Des conincx afkericheyt van den graeff van Soissons heeft gebleecken, doordyn den coning in het leger veel commandementen heeft gesonden sonder hem dye te communiceren, naedat hij op zijn hoocheyt staende des cardinaels guarde voor de zijne niet en hadde willen laeten marcheren, 't welck den prins van Condé[12] toelaet, ende, als den graeff uyt het leger bij den coning quam hoopende te mogen gaen nae sijn gouvernement, wierd hem sulcx geweygert, ende den coning lyet nyet hooch te verheffen de dyensten van den prins van Condé sonder van des graeffs dyensten yet te spreecken.

Wye nae Colen gaet, is noch onseecker. 't Schijnt de paus niet garen en syet, dat anderen oock cardinalen senden, want op het exempel van den cardinael de Lyon[13] schijnt, dat den keyser[14] Pasman[15] ende den coning van Spaignie[16] Borgia[17], dye quaelijck met de paus is, wilde senden.

Van mons.[r] d'Avaux[18] nevens Feuquière[19] te senden werdt hyer wederom

1 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
2 Vgl. p. 554 n. 5.
3 Giorgio Bolognetti.
4 Christian en Ernst; zie no. 2864, p. 547 n. 6.
5 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
6 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie over hem V, p. 318 n. 12.
7 Eerst op 30 december werd Ferdinand, zoon van Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
8 De extra-ordinarius Engelse gezant in Parijs, Robert Sidney, graaf van Leicester.
9 Jerzy Ossolinsky.
10 Cecilia Renata, dochter van Ferdinand II, huwde in 1637 met de Poolse koning Wladislas VII (IV).
11 Vgl. no. 2868, p. 552 n. 2.
12 Henri de Bourbon, prins van Condé.
13 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
14 Ferdinand II.
15 Petrus, kardinaal Pázmány, kardinaal-aartsbisschop van Gran in Hongarije; zie no. 2872, p. 559 n. 2.
16 Philips IV.
17 Gaspard, kardinaal Borja y Velasco.
18 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
19 Manasse de Pas, markies van Feuquières.

gesproocken. Ick denck pater Joseph[1], van welcke te senden over eenige dagen gesproocken was, lyever heeft hyer blijft.

Veele personen suspect van communicatie met de twee gemiscontenteerde princen raecken in de Bastille.

Wij verstaen hyer, dat Aysma[2] is graeff gemaeckt bij den keyser ende de neutraliteyt tusschen 't rijck ende de heeren Staten vast staet, zijnde daerin zeer geassisteert bij den bisschop van Colen[3].

's Vijants volck, dat aen d'andere zijde van de Somme is, doet nyet. De soldaten tot op twee mijlen bij Parijs leven op den boer. Den coning heeft eenige ordre gestelt, wat men elck soldaet soude geven, maer de boeren moeten wel meer geven, ende daerenboven trecken de nieuwe landoverhyden, dye men etens vordert - rectius reprouvez -, groote sommen van de arme luyden, om haer vrij te houden van de soldaten, daer zij nyet minder en doen als dat.

De predicanten van Charenton hebben onlancx de graeff van Suse[4], dye gouverneur zijnde van Mompelgard aldaer is overleden, schriftelijck geraeden met de lutherschen aldaer - alsoo hem de tael bekent was - te communiceren, gelijck hij heeft gedaen.

Den heer van Oosterwijck[5] is noch hyer niet.

Tot Parijs, den V December XVI^{C}XXXVI.

Wanneer yet sonderlingh te adviseren is, soude uE. dyenen een duplicata te senden over Engelant door hulp van eenige coopluyden.

In margine schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 5 Decemb. 1636 wt Paris.

2870. 1636 december 9. Van Willem de Groot[6].

Frater optime,

Cognatum Losecatium[7] jam ad vos venisse spero; usus est enim vento admodum favente, cui has litteras tradas velim et me de adventu ejus quamprimum facias certionem.

Nunc nihil fere apud nos occurrit scriptu dignum, nisi quod D.^{s} Beverwartius[8] Leccae dominus inter nobiles Hollandiae, qui ad comitia vocari solent, adscitus est, magno usui futurus principi[9], a quo dependet.

1 François Leclerc du Tremblay, de capucijner monnik, bekend als gunsteling van De Richelieu.
2 Foppe van Aitzema; vgl. no. 2868, p. 552 en n. 10 aldaar.
3 Ferdinand van Beieren, aartsbisschop-keurvorst van Keulen.
4 Louis de Champagne, graaf van La Suse, gouverneur van Montbéliard; hij overleed in 1636 kort na zijn benoeming tot luitenant-generaal.
5 De nieuw benoemde Staatse gezant in Parijs, Willem van Liere, heer van Oosterwijk.
6 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Tesamen met nos. 2862 en 2897? beantw. dd. 15 januari 1637 (dl. VIII).
7 Diderik, zoon van Frederik van Losecaat en Adriana de Groot.
8 Lodewijk van Nassau, heer van Beverweerd, natuurlijke zoon van prins Maurits bij Margaretha van Mechelen; zijn broer, Willem van Nassau, heer van der Leck, eveneens een onechte zoon van Maurits en Margaretha van Mechelen, was in 1627 overleden.
9 Frederik Hendrik.

Est et nunc Hagae Lancelottus Brederodius[1], qui multa pecunia in extructionem molendinorum, quibus terrae siccantur, frustra consumta nunc petit ereptum sibi senatoris locum restitui, et non paucos reperit sibi faventes.

De Utenbogardo[2] altum ubique silentium, ita ut illi jam secure in utramque aurem dormire liceat.

Nudiustertius venere huc nuntii de egregia victoria, quam de Hatsveldio[3] et Gotsio[4] in Hassia prope Casselum reportavit vester Banerius[5] fugato hostili equitatu et peditatu ad internecionem caeso, captis etiam impedimentis et tormentis bellicis; sed haec tu et certius et melius ex Ill.^{mo} D.^{no} legato[6] et aliunde intelliges.

Nihil igitur addam praeterquam parentes[7], puerperam[8], infantem[9], me reliquosque amicos bene valere vobisque Deum propitium et omnia felicia precari.

Vale.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Hagae, IX Decembris 1636.

Adres: A Monsieur, Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Trèschrestien A Paris.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 15 Ian.

In dorso: 9 dec. 1637 *(sic)* W. de Groot.

2871. 1636 december 9. Aan Ch. Marini[10].

Monsieur,

La vostre du 7/17 de Novemb.[11] m'a esté donnée le sixiesme mois de Décemb. selon le nouveau style. Nous serons bien aises d'entendre que les Grisons s'accommodent avecq leur anciens alliez et s'il les remuements de Transilvanie continuent, ils pourront servir pour modérer la ioye qui est à Ratisbonne à cause de l'élection d'un roy des Romains[12].

1 Jhr. Lancelot van Brederode werd op 16 juni 1599 op 15-jarige leeftijd als Lancelotus a Brederode Hagiensis te Leiden als student in de letteren ingeschreven. Hij was raadsheer van 24 mei 1613 tot 24 februari 1620.
2 De bejaarde remonstrantse predikant Johannes Wtenbogaert.
3 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
4 Johann, graaf van Götz, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
5 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
6 Bedoeld zal zijn de Zweedse gezant in Den Haag, Ludwig Camerarius.
7 Jan de Groot en Aeltgen van Overschie.
8 Willems vrouw Alida Graswinckel.
9 Françoise, geboren op 18 november.
10 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 101. Antw. op no. 2842; tesamen met nos. 2863, 2889 en 2900 beantw. dd. 12 januari 1637 (dl. VIII). Betreffende geadresseerde zie men V, p. 436 n. 4.
11 No. 2842.
12 Op 30 december werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.

Monsieur le grand chancelier[13] ne part point cet yver de la Suède dont il m'a

13 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

escrit le 8/18 d'Octob.[1] qu'on y faisoit une convocation de tous les sénateurs du royaume pour délibérer sur les affaires présent. J'appren aussi par une lettre de monsieur Steno Bielke[2], ambassadeur de la reine de Suède en Poméranie du 12/22 Octob. que la victoire de Witstock a esté plus grande qu'on a dit, puisque les drappeaux et estendarts pris viennent au nombre de cent et soixante, que le marescal Wrangel[3] a pris Swets, une place très forte, et que nos gens sortis de vieux Stetin ont défait un escadron de cavalerie ennemie, commandé par Burgstorffen[4] à Pirits, pris le maior[4] et plusieurs officiers.

Je voudrois voir le traitté entre la France et l'Angleterre plus advancé que ie ne le voy, craignant que l'Angleterre ne se laisse contenter à Ratisbonne de bien moins qu'elle n'a faict semblant.

De ce costé icy nous n'entendons rien de l'ennemi depuis la reprise de Corbie. On ne parle que de l'envoy des toutes parts à Coulogne. Je ne croy pas que ceux qui y sont nécessaires s'y trouvent avant le caresme.

Et demeure, monsieur,

vostre serviteur très humble.

De Paris, le 9 de décemb. 1636 n. styl.

2872. 1636 december 9. Aan de Graaf van Nassau-Saarbrücken[5].

Monsieur,

Comme de bon coeur ie désirerois de vous pouvoir rendre des services plus grands et plus importants, ainsi n'ayant pas d'aultre subiect i'ay esté bien aise de vous servir en donnant l'addresse à vostre lettre à monsieur le grand chancelier[6] lequel est encore en Suède et viens de recevoir à l'heure une sienne lettre du 18 d'Octob. nouveau style datée à Stockholm[7].

Vous nous obligez tous, monsieur, en tesmoignant la resiouyssance que prenez du bon succès à Witstock lequel vrayement a esté plus grand encore qu'on n'ait dict puisqu'on trouve des drappeaux et des estendarts pris iusqu'à cent soixante et tout le canon.

1 No. 2802.
2 Over Sten Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
3 De Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel.
4 Georg Ehrentreich von Burgsdorf, jongere broer van Konrad von Burgsdorf; vgl. verderop, no. 2899, p. 601 n. 9.
4 Georg Ehrentreich von Burgsdorf, jongere broer van Konrad von Burgsdorf; vgl. verderop, no. 2899, p. 601 n. 9.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 102. Geadresseerde is een der graven van Nassau-Saarbrücken, Wilhelm Ludwig, Johann of Ernst Kasimir; vgl. no. 2568, p. 114 en n. 5 aldaar.
6 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
7 No. 2802.

Depuis le marescal Wrangel[8] a pris la très forte place de Swets et les nostres sortis de vieu Stetin ont ruiné un esquadron de cavallerie ennemie commandée par Burgstorffen[9] à Pirits, pris le maior et plusieurs officiers.

8 Herman Wrangel.
9 Georg Ehrentreich von Burgsdorf, jongere broer van Konrad von Burgsdorf; vgl verderop, no. 2899.

Les affaires de France, Dieu mercy, de ce costé icy, sont en bon estat depuis la reprise de Corbie l'ennemy ne se remuant plus: et on se prépare pour luy donner des affaires au printemps, cependant que les cardinaux du pape[1], de l'empereur[2], des rois de France[3] et d'Espagne[4] disputeront à Coulogne sur les conditions de la paix.

Je vous prie de croire, monsieur, que ie demeure tousiours
vostre très humble et très affectioné serviteur.

A Paris, le 9 Décemb. nouveau styl. 1636.

2873. 1636 december 9. Aan Rijngraaf Otto[5].

Monsieur,

Ayant receu un récit plus particulier de la victoire de Witstock avecq les premières suites et cela de très bonne main, assavoir de monsieur Bilke[6], ambassadeur de la reine de Suède[7] en Poméranie, i'ay creu estre de mon debvoir de vous en faire part afin que non seulement vous vous resiouyssiez d'un advantage si notable que vous est arrivé, mais aussi sur cela fassiez iugement de ce que nous devons espérer pour l'advenir, ce que, selon l'apparance, ne peut estre que très bon pour nous et nos amis, soit qu'on nous force à continuer la guerre, soit que les ennemis se disposent à une paix seure et générale.

Les lettres que i'ay receu de monsieur le grand chancelier du 8 Octob. vieux style[8] et de monsieur Bielke du 12 Octob. de mesme style[9], celle-là de Stockholm, celle-cy de Stetin, me tesmoignent que la Suède se prépare tellement à une guerre vigoureuse où elle cependant ne s'éloigne pas d'une telle paix dans laquelle tous nos amis et alliez puissent trouver un repos équitable.

L'ennemi ne fait rien sur la frontière de la Picardie et la cour icy demeure ferme sans estre aucunement esbranlée par la retraitte de deux ieunes princes[10].

Je prieray le bon Dieu, monsieur, de conduire toutes les affaires au bien publicq et particulièrement de vous donner toutes sorte de félicité.

Vostre très humble et très obéyssant serviteur.

1 Martio, kardinaal Ginetti, afgevaardigde van Urbanus VIII ter vredesconferentie.
2 Petrus, kardinaal Pázmány S.J., aartsbisschop van Gran (Strigonium) in Hongarije, door Ferdinand II als onderhandelaar aangewezen.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, aangewezen als leider van de delegatie van Lodewijk XIII van Frankrijk.
4 Philips IV wilde zijn afvaardiging stellen onder leiding van Gaspard, kardinaal Borja y Velasco.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 100. Voor geadresseerde zie men V, p. 405 n. 3.
6 Over Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
7 Christina.
8 No. 2802.
9 Deze brief is verloren geraakt.
10 Monsieur - Gaston, hertog van 0rléans - naar Blois en de graaf van Soissons - Louis de Bourbon - naar Sedan.

A Paris, le 9 de Décemb. 1636 nouveau style.

2874. 1636 december 11. Van Ch. Marini[1].

Monsieur,

Par l'ordinaire passé[2] ie vous ay escrit en quel estat estoyent nos affaires icy, ores ie le vous puis reconfirmer en tant que les officiers Grisons se sont accordez avec la France pour leur paye, et eux estant contentez pourront tant plus aisément disposer les communautez à l'acceptation des articles de Tiranne qu'ils ont par cy-devant ad .... és. La diète se tiendra ceste sepmaine l'issue de laquelle nous donnera plus d'esclaircissement de tout, laquelle en attendant ie vous reccomande l'enclose au sieur Strasburg[3] ouverte, n'ayant pour le présent chose digne de communiquer à Son Ex.ce monsieur le gran chancelier[4] jusques à ce que nous ayons quelque asseurance, avec quel succez les François secourrent Piacenze réduite desià à l'extrémité.

Dieu vous conserve en bonne prospérité et moy en vostre bonne grâce qui suis passionnément, monsieur,

Vostre redevable
Mariny.

De Chiavenne, ce 1/11 de Xbre 1636.

Adres: M.r Grotius.

Onder aan de brief: M.r Grotius.
In dorso schreef Grotius: 11 dec. 1636 Marini.
Boven aan de brief: 1. (?) Ian. 1637.

2875. 1636 december 11. Van N.C. Fabry de Peiresc[5].

Monsieur,

L'opportunité du passage du monsieur de Oosterwik[6], ambassadeur de Messieurs les Estats, et la vénération particulière qu'il m'a dict porter à vostre éminente vertu, de longe main, m'a faict embrasser l'occasion de me ramentavoir en l'honneur de voz bonnes grâces, et vous renouveller par mesme moyen les voeux de mon trèz humble service, en vous félicitant, comme je faicts de tout mon coeur, l'acquisition

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Betreffende Marini zie men V, p. 436 n. 4.
2 No. 2867.
3 Paul Strasburgk, Zweedse hofraad.
4 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
5 Copie Carpentras, Bibl. Inguimbertine, ms. no. 1873 f.o 608recto, die ik volg. Gedrukt Delisle, *Cabinet des Manuscrits de la Bibl. Nat.* III, p. 367, die het origineel nog heeft gezien. Beantw. dd. 8 april 1637 (dl. VIII).
6 Willem van Liere, heer van Oosterwijk; hij was Staats gezant in Venetië geweest en thans in die functie te Parijs benoemd.

d'une si doulce et aggréable compagnie que la sienne, dont il se promet une grande consolation durant l'employ qu'on luy donne en cour.

Du reste, je croys que vous aurez eu, pour le regard du Procope[7], toute la satisfaction que vous pouviez attendre de la part de ces manuscrits d'Italie, puisque

7 Vgl. no. 2752 aan L. Holste en vooral no. 2734 aan A. Oxenstierna.

M.r Elzevir[1] vous a communiqué les suppléments que M.r Holstenius[2] en avoit tirez, tant du Vatican que de l'Ambrosienne.

J'ay encores escript à Rhodez, pour faire voir s'il y en auroit rien dans la bibliothèque du cardinal d'Armagnac[3], et voudroys bien vous avoir peu servir plus utilement et plus à souhaict que je ne l'ay encore peu à mon trèz grand regret, soit pour cesla ou pour le Porphyre, dont je n'ay encores peu descouvrir aucune chose bien formelle, attendant tousiours un peu plus d'esclaircissement pour ce regart, et de vous pouvoir tesmoigner à meilleures enseignes que je suis tousiours et seray à jamais inviolablement,

Monsieur, vostre très humble et tres obéissant serviteur[4],
De Peiresc.

J'ay recouvré un fort ancien volume manuscript, en langue aethiopienne, des révélations d'Henoch[5], et y a un cappucin[6] de mes amys qui a estudié sept ans en ceste langue, qui m'a promis de travailler à la traduction.

J'avoys fait achepter au Levant un grand volume des Hexaples[7] du psaultier, à six colonnes, en diverses langues ou versions, qui avoit esté prins par les corsaires, et je viens d'avoir nouvelles que ce volume a esté recouvré de leurs mains, et qu'on attendoit commodité de me le faire tenir plus seurement que l'autre foys, dont j'ay esté bien consolé, et ay creu que vous ne seriez pas marry d'en avoir l'advis de la part de vostre serviteur.

A Aix, ce XI décembre 1636.

2876. 1636 december 11. Van N. van Reigersberch[8].

Mijn heer,

Ick verwachte nu retour op alle de mijne, die veele sijn in getale, den lesten van den tweeden deser lopende maent. Naer die van den vijffden Nov. heb ick geen ontfangen.

1 Louis Elsevier; vgl. no. 2752, p. 384 en n. 8 aldaar.
2 Lucas Holste; zie over hem III, p. 193 n. 14.
3 Georges d'Armagnac (1501?-1585), bisschop van Rodez in 1529 en in 1544 kardinaal gecreëerd. Hij diende als Frans gezant te Venetië (1536-1538) en vervolgens te Rome en werd pauselijk legaat in Avignon in 1565.
4 De woorden ‘et seray ... inviolablement’ en de woorden ‘tres humble ... serviteur’ ontbreken in de copie van Carpentras; zij zijn aangevuld naar Delisle; zie p. 560 n. 5.
5 Henoch (Chanoch) is een oud-testamentische figuur, oudvader uit het geslacht van Seth. Het boek der Openbaring van Henoch is het belangrijkste apocriefe geschrift van het Oude Testament, een werk van de Joodse apocalyptiek. Het verhaalt in 105 hoofdstukken de bovenaardse tochten van Henoch en de hem gedane openbaringen over de toekomst van de mensheid in het algemeen en van Israël in het bijzonder.
6 Gilles de Losches, gardiaan van het capucijnenklooster te Bourges.
7 Over dit werk van Origenes van Alexandrië zie men Pauly-Wissowa, *Real-enc.* XVIII[1], kol 1042; de uitgave bij Migne, *P.G.* XV: *Hexaplorum Origenis quae supersunt Multis partibus auctiora quam a Flaminio Nobilio et Joanne Drusio edita fuerint et Manuscriptis et ex Libris editis eruit et Notis illustravit D. Bern. Montfaucon, Monachus Benedictinus e Congregatione S. Mauri*.
8 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 9 i. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 311. Tesamen met no. 2890 beantw. dd. 15 januari 1637 (dl. VIII).

Aelianus[1] is bij Numerianus[2], met Numeriano selffs heb ick geen occasie gehadt te spreecken. Met Caesar[3] staet het noch in de oude pointen.

Tusschen Hannibal[4] ende Cimon[5] wert gearbeyt tot indifferentie; Aristoteles[6] vint quaet sonder sijn weten dat is begonnen.

Die door toedoen van Vindex[7] met Simonides[8] kennisse hebben gemaeckt sullen Aristoteles daervan openynge moeten doen; eenyge van Iovinianus'[9] vrienden sijn daeronder, dat niet wel en comt om voor Iustinus[10] wat te doen; mogelijck dat het sal werden verseth.

Negen oorloochscepen gaen in zee. Den viant heeft door onweder een conyncxschip, drie fregatten verloren.

Dat is al hetgene wij hebben.

Desen XI December 1636.

Ick verlange seer naer een cijfer.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coninginne ende crone van Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck.

In dorso schreef Grotius: 11 Dec. 1636 N. Reig.

En boven aan de brief: Rec. 15 Ian.

2877. 1636 december 12. Aan S. Bielke[11].

Illustrissime Domine,

Multis modis bearunt me literae, quas ab illustrissima dominatione tua 12/22 Octobris[12] scriptas jam triduum est, quod accepi, quippe et prosperam valetudinem illustrissimae dominationis tuae cum gaudio summo inde didici et res nostras ad Witstochium majores etiam fuisse quam fama vulgaverat tum cognoscere per se egregium tum praesertim tanto auctore. Quod vero praeterea[13] illustrissima dominatio tua tanta me benevolentia complectitur gratamque habet, quam regno Suedico pro virili navo operam, in eo[14] est, quod triumphem.

Corbiam tam munitum oppidum septimo quam oppugnari coeptum erat die - is fuit Novembris XIV ex novo Calendario - deditum ipsi, qui in deditionem

1 Schuilnaam voor Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
2 Codenaam voor Amsterdam.
3 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris alsnog uitbetaald te krijgen.
4 Schuilnaam voor keizer Ferdinand II.
5 Schuilnaam voor de Staten-Generaal.
6 Codenaam voor Holland.
7 Codenaam voor Frankrijk.
8 Codewoord voor geld; vgl. ter zake no. 2825, p. 486 en n. 10 aldaar.
9 Pseudoniem van Nicolaes van Reigersberch.
10 Pseudoniem van Grotius.
11 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 104. Gedrukt *Epist.*, p. 286. Betreffende Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
12 Ontbreekt.
13 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
14 De woorden ‘in eo’ ontbreken in de *Epist.*

accepere Galli mirantur, nec facile est causam suspicari, nisi quod eorum, qui praesidio praeerant fides pretio victa creditur. Galassius[1] adhuc ad Ararim se tenet, nec impedit quo minus eodem excurrat saepe ducis Bernhardi Vinariensis[2] eques etiam oppidulo uno alterove irrupto.

Ab internis motibus, qui e subito ab[3] hac urbe discessu fratris regii[4] Blesas, comitis Suessionensis[5] Sedanum, metuebantur, quieta adhuc est Gallia et missis, qui utriusque animum demulceant, mansura quies speratur.

Novae in Hispaniam provectae ab America pecuniae fidem animosque Hispanis addent, praecipue ad tuendas insulas[6], quas oppugnatum iverant Galli, et ad retinendam in Aquitanico littore Socovam.

Legationes Coloniam tarde procedunt. Qui extra bellum sunt, ut Veneti, Helvetii aliique non mittent, nisi eos, quorum praecipue res agitur in via esse intelligant. Nam mutatio injecta a Gallis addito ad legatos antehac nominatos Davausium[7] Feuqueriumque[8] cardinalis Riceliaci fratre cardinali[9] et ipsi Lugdunensi archiepiscopo controversias parit et videntur qui Galliam regunt de industria tempus trahere. Venturusne huc sit dux Bernhardus, etiam qui ipsius res agunt dubitare video. Magno tenetur desiderio intra ipsam Germaniam ostendendi, quid armis valeat.

Rex romanorum[10] quin factus jam sit, nemo dubitat; et haeret Ratisbonae Arundelius[11]. Nec quicquam, nisi quod nos latet, hic agunt Angli.

Non indignum observatu est ad noscenda monachorum ingenia, cum Hispanis dedita fuit citra ullam necessitatem Corbia, impulsores praecipuos fuisse benedictinos tanta cum inverecundia, ut Gallis, ni id facerent, et[12] absolutionem negarent et sacramenta: idque publico regis edicto testatum[13].

Comes Licestrius[14] quasi brevi hinc discessurus loquitur: et de transactis rebus super Palatinatu cum caesare[15] et Bavaro[16] multum susurratur. Ea forte causa est, cur Angli Coloniam missuros se negent. Agunt multi restitui Palatinatum sine bonis ecclesiasticis, de electoratu spem tantum dari.

1 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
2 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
3 De uitgave der *Epist.* heeft 'ex'.
4 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
5 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
6 Ste. Marguerite en St. Honorat.
7 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
8 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
9 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister. De copie te Den Haag heeft - m.i. ten onrechte - achter 'Lugdunensi' het woord 'que'.
10 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
11 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
12 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
13 *Déclaration ... tant contre les bourgeois et habitans de la ville de Corbie, qu' aucuns des religieux de l'abbaye de l'Ordre Sainct-Benoist de la dite ville. Vérifiée en Parlement, le 27 novembre 1636.* Paris, A. Estiéne, P. Mettayer, C. Prévost et P. Rocolet, 1636.
14 De extra-ordinarius gezant van Engeland in Parijs, Robert Sidney, graaf van Leicester.
15 Keizer Ferdinand II.
16 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren.

Novae Germanorum copiae Alpes transcendunt: et Hermestenium cum periculo est. Rhaetos, a Gallis dum pontifici[1] praeter aequum student habitos durius, Austriaci ad suas partes student pertrahere ostentata conditione meliori quam a Gallis sperent, nec quicquam sibi stipulatum volentes praeter liberum transitum divisis multum manibus, qualem nunc Helvetii concedunt.

Omnia, Illustrissime Domine, Tuae Dominationi Illustrissimae prosperrima exopto.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni cultu advinctissimus[2]
H. Grotius.

Lutetiae, II/XII Decembris anni MDCXXXVI.

2878. 1636 december 12. Aan L. Camerarius[3].

Illustrissime Domine,

Spero recte ad vos pervenerit D. Sternschildius[4], nobilis Suedus, cui librum Rohanii[5] ad te perferendum dederam.

Tuas, ut omnia tua, gratissimas, quas XV Novembris ad me dedisti[6], cum accedentibus chartis heri accepi.

Belli res nullas[7] nisi e mari audimus, et eas minus Gallis quam speraverant prosperas. Nam de insulis[8] non succedit: et ex Hispania, quae aucta est novis ex America pecuniis, mittuntur eo naves, miles, commeatus bellique instrumenta.

Coloniensis conventus tarde coibit moras quaerentibus Gallis. Non mittent eo Veneti, nisi prius iverint eo quorum praecipue res agitur. An missuri sint Angli, in incerto est, ut et Arondelianum[9] negotium et alterum hic de federe.

Comes Licestrius[10] brevi abiturum se dicit. De Palatinatu restituendo multus rumor: de electorali dignitate vix invenitur qui[11] explicari possit.

Bavari[12] infantem mortuum, nescio an ex vero, quidam praedicant. Sed ut id sit, ex eodem utero exspectabitur proles alia.

1 Urbanus VIII.
2 De uitgave der *Epist.* heeft 'addictissimus'.
3 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 102; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 59. Gedrukt *Epist.*, p. 284. Ludwig Camerarius was ordinarius gezant in Den Haag.
4 Clas Stjernsköld; vgl. no. 2855, p. 530 en n. 8 aldaar.
5 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin. De titel van zijn boek luidt: *Le Parfaict Capitaine. Avtrement L'Abregé des Gverres de Gavle des Commentaires de Cesar. Avec qvelqves remarqves sur icelles, suiuy d'vn Recueil de l'Ordre de guerre des Anciens, ensemble d'vn Traitté particulier de la Guerre.* A Paris, Chez Iean Hovzé au Palais, en la Gallerie des Prisonniers, à la Renommée. M.DC.XXXVI.
6 Ontbreekt.
7 De copie te Uppsala heeft de lezing 'multas'.
8 Ste. Marguerite en St. Honorat.
9 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
10 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
11 De copie te Uppsala heeft 'quum'.
12 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren; zijn zoon Ferdinand Maria, geboren op 31 oktober 1636, volgde in 1651 zijn vader als keurvorst op en overleed in 1679.

Scripsisse se ad reginam Bohemiae[13] ait baro Scutamorius[14] de infecto

13 Elisabeth Stuart, weduwe van Frederik V van de Palts.
14 Burggraaf John Scudamore, ordinarius Engels gezant in Parijs.

adhuc hic federis negotio. Culpam illi in Gallos, Galli in Anglos conjiciunt. Interim pereunt agendi occasiones et qui conjuncti esse debuerant, suspicionibus ac simultatibus distrahuntur, quarum magnum alimentum est illa, cujus meministi cum dolore, de mari controversia, quam sedatam, si det Deus, magno cum gaudio intelligam. Ego a Gallis quicquid obtineri potest, lucro apponendum censeo satisque intelligo strepente ad tres Galliae fines, praeterea et per mare, bello averti multum vires hostium caeteroqui in alios tota mole incubituras. Sed praecipua protestantibus salutis suae fiducia ex mutua consensione et fidis inter se auxiliis in posterum petenda est. Optandumque imprimis, ut eodem curas suas vertat Daniae rex[1] incendiumque ad se procedens opprimat, dum tempus est. Utinam tam fortes in repetendo Palatinatu cum omni jure sint Angli quam in retinenda Lotharingia Gallos puto constantes fore.

Bellum tam acre cum Persis Turcae[2] est, et quidem huic adversum hactenus, ut Transilvaniae motus aut non diuturnos aut non satis validos ad accidendas imperatoris[3] vires futuros suspicer.

Trevirensis[4] suo exemplo terrebit alios, ne, quamvis dure habiti, externa praesidia circumspectare posthac[5] audeant. Magontiacensem electorem[6] aperte, ut observas, ex empto tenet Hispanus.

Banerii[7] Wrangeliique[8] arma feliciter in hosticum penetrasse brevi, ut spero, audiemus. Interim satis est, quod gaudeamus ob ea, quae de Saxonicorum seditione nuntias deque magno landgravii[9] animo, cujus hic duos fratres[10] vidi.

Dux Bernhardus[11] venturus ne in hanc urbem sit, manet incertum. Ionvillam cepit in comitatu Burgundiae lateque in illas partes immittit equitatum. De tanto principum Germanorum numero duo hi, quos jam modo[12] nominavi, soli nobis restant, uterque multum innexus Galliae, quanquam hic magis, et, quod doleo, non sine querela interdum.

De matrimonio inter Poloniae regem[13] et imperatoris filiam[14] video nihil credere Anglos: non magis quam Poloni sororem[15] cardinali Hispano[16] nubere.

Oratio Ossalinii[17] talis est, quae satis ostendat iniquum in Suedos animum: quo minus fidendum induciis quantumlibet longis.

1 Christiaan IV.
2 Sultan Murád (Amurath IV).
3 Ferdinand II.
4 Philipp Christoph von Sötern, aartsbisschop-keurvorst van Trier; hij was op 26 maart 1635 met zijn hoofdstad in handen van de Spanjaarden gevallen en bevond zich nog steeds in gevangenschap.
5 Dit woord ontbreekt in de Haagse copie.
6 Anselm Casimir Wambold von Umstadt.
7 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
8 Herman Wrangel, Zweeds veldmaarschalk.
9 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
10 Christian en Ernst; zie no. 2864, p. 547 n. 6.
11 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
12 Dit woord ontbreekt in de Haagse copie en in de uitgave der *Epist.*
13 Wladislas VII (IV).
14 Cecilia Renata; het huwelijk vond in 1637 plaats.
15 Anna Katarzyna Konstancja (Anna Catharina Constantia) (1619-1651). Zij huwde in 1642 met Philipp Wilhelm von der Pfalz-Neuburg.
16 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
17 Jerzy Ossolinsky; vgl. no. 2869, p. 555 en n. 9 aldaar.

Ayzemam[1] in gratia esse apud aulam imperatoris[2] audio; et credo, ut nunc res sunt, pacem ibi cum Batavis et commercia quam bellum apertum optari.

Batavos fidem praestituros federi Gallico pro certo habeo; nec esse, quod illos inde abstrahi posse speret[3] Hispanus.

Comitem Mauritium[4] faventes venti, opto, in Brasiliam opis auctoritatisque indigentem ferant.

Magnum D. cancellarium[5] et hyems et Suediae negotia jam a Pomerania intercluserint[6]. Gaudeo servari interim locum ab eo vacantem a D. Stenone Bielkio[7], viro egregio. D. Spiringius[8], cum pecunias regat, non dubito, quin nostrum utrique sit consulturus.

Novae e Germania cohortes Alpina juga transgredi scribuntur et Ermensteinum, ni promte subveniatur, esse in periculo.

Placentiam ad ultima perductam nulla auxilii spe eximere malo conatur pontifex[9]. In agro circa eam urbem Parmamque hyemem agit magna pars Hispanici exercitus.

Rhaetos Austriaci sollicitant salva libertate nihil ab illis aliud poscentes quam innoxium militi transitum. Ac nisi Galli[10] lenierint animos tumentes dolore ereptae jurisdictionis in Valletelinates et exclusae inde protestantium religionis, metus est, ne quae eo res trahit factio invalescat.

Continent se quietos etiam nunc frater regius[11] Blesae, Sedani comes Suessionensis[12] adhibenturque *μαλάγματα*.

Dolanis magnas immunitates honoresque tribuit rex Hispaniae[13] ob toleratam fortiter obsidionem.

Alchymista Boismaillaeus[14] post magnos acceptos in hac aula honores in carcerem Silvae Vicennensis datus est. Ex agrorum tributis in annum sequentem multum pecuniae rex[15] facturus putatur nec quicquam ob de pace sermones frigent belli meditamenta.

Quae cuncta Deus in bonum christiani orbis dirigat idemque tibi ac tuis, Illustrissime Domine, sit semper propitius.

Illustrissimae Dominationi tuae omni observantia addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XII Decembris MDCXXXVI.

1 Foppe van Aitzema.
2 Ferdinand II.
3 De copie te Uppsala heeft ‘credat’.
4 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2859, p. 541 n. 3.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 De copie te Uppsala heeft ‘intercluserant’.
7 Over Sten Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
8 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
9 Urbanus VIII.
10 De copie te Uppsala heeft foutief ‘Gallis’.
11 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
12 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
13 Philips IV.
14 Betreffende deze Dubois Maillé zie men no. 2762, p. 398 n. 3.
15 Lodewijk XIII van Frankrijk.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: R. Hagae Comitis A.^{o} 1636 16/26 Xbris.

2879. 1636 december 12. Aan Willem de Groot[1].

Frater optime,

Die mensis hujus octavo literas accepi tuas, quas 18 Novembris[2] dedisti.

Brandanus[3] et moribus et moderatis sententiis mirum in modum se mihi probat. Non desinam ea moliri, quae ad pacem christianorum pertinent et, ut nihil perficiam, juvabit vel immori tam pio voto. A controversiis populi captum superantibus abstinemus; tradimus et quae christianorum semper fuere communia. Pietatem urgemus, ut necessariam.

De Corselii[4] labore in vertendis iis, quae pro Veritate Religionis Christianae[5] laboravimus jam audieram: gaudebo et videre. Oxoniae edita sunt nostra sacra[6] tantum. De reddendis typographico praelo caeteris cogitemus, ne risum praebeamus eos ornando, a quibus omni modo male tractati sumus.

De libro illo, quo terra quiescere non sinitur[7], Vestaeque ei nomen invidetur, scripsit ad me D. Vossius[8].

Salmasius[9] Diepae diu retentus est ventis adversantibus partim et quia idoneae ad tutelam naves deerant. Ubi venerit, poterit comiter interpellari. Nam illud Barnabae[10] ipsius habui beneficio. Ab ipso acceptum ab ipso recipiam, ubi erit commodum. Mea ad Novum Testamentum[11] describit Brandanus, Historiam[12] Didericus[13].

Anthologia[14] edi potest, ubi ea invenerimus, quae pulchram editionem facere possunt, qua de re scribo ad Vossium. Quod mihi temporis a negotiis vacuum

1 Gedrukt *Epist.*, p. 863. Antw. op no. 2844; beantw. dd. 1 januari 1637 (dl. VIII).
2 No. 2844.
3 Brandan Dätri, Grotius' nieuwe huispredikant; zie no. 2606, p. 167 n. 3.
4 De uitgave der *Epist.*, voor deze brief onze enige bron, heeft abusievelijk Cordesius: niet Jean de Cordes, doch Etienne de Courcelles heeft de vertaling gemaakt. Men zie De Courcelles' brieven van 2 december 1628 (no. 1345; dl. III, p. 425) en van 5 november 1636 (no. 2826); men zie ook no. 2844 van Willem de Groot en Ter Meulen-Diermanse, no. 1060 rem. 1.
5 *Sensvs librorum sex, qvos pro veritate religionis Christianae Batavice scripsit Hugo Grotius.* Lvgdvni Batavorvm, Ex Officina Iohannis Maire MDCXXVII; zie Ter Meulen-Diermanse, no. 944. De titel van de vertaling luidt: *Traicté de la verité de la religion chrestienne, Par Hvgves Grotivs. Traduit du Latin de l'aucteur.* A Amsterdam, Chez Iean Blaev, MDCXXXVI.
6 Vgl. hierover no. 2812, p. 461 en n. 6 aldaar.
7 *Philolai sive dissertationis de vero systemate mundi libri IV*, dat in 1639 bij Blaev te Amsterdam het licht zag; Philolaus is een pseudoniem van de astronoom Ismaël Boulliau.
8 No. 2860.
9 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar in Leiden; hij bevond zich met verlof in zijn vaderland.
10 Voor de zg. brief van Barnabas zie men V, p. 132 n. 5.
11 Zie betreffende Grotius' *Annotationes in Novum Testamentum* no. 2610, p. 172 n. 1.
12 *Hvgonis Grotii Annales et historiae de rebus Belgicis.* Amstelaedami, Ex Typographejo Joannis Blaev. MDCLVII.
13 Grotius' jongste zoon.
14 Zie voor de *Anthologia* VI no. 2407, p. 426 n. 7.

est Gothicis, id autem est Suediae, antiquitatibus[1] impertio. Verti Latine, quod tibi dictum sit, Gothica et Vandalica Procopii[2]: emendatoria et auctiora ex manuscriptis duobus regiae bibliothecae; uno Vaticano, cujus ad me missa sunt excerpta.

Quae Graswinckelius[3] pro libertate maris[4] scribet, avebo, ubi prodierint, videre, ut unus e vulgo, non ut maris liberi defensor, non ut illi controversiae immixtus, quae ad me ultra jam nihil pertinet. Non memini quis fuerim, quando nec illi, de quibus optime sum meritus, mei, nisi ut noceant, meminerunt.

Petro nostro[5] rogo, ut non hortator tantum sis, sed et viae monstrator. Formulas omnes diligenter sua manu describat. Legat nostra, quae vertit[6], et Mandata consessuum iuridicorum[7] et Merulam, qui ea digessit, et Classes Oldendorpii[8]. Romanam proprie jurisprudentiam nolo credat aliunde se quam ex Cujacio[9] haurire posse. Quae vero usus habet, res judicatae docent.

De foedere, quale scribis, Gallos Britannosque inter nihil comperi. Sunt tamen quae suspicari liceat. Uxori tuae[10] felix puerperium: tibi ipsique auctam domum gratulor.

Causam Oudartii[11], quam olim[12] tibi commendavi, rogo et ipsi D. Reigersbergio[13] explices, ad quem ea de re scripsi[14].

1 *Historia Gotthorvm, Vandalorvm, & Langobardorvm: Ab Hvgone Grotio partim versa, partim in ordinem digesta. Praemissa sunt ejusdem prolegomena*, eerst na Grotius' dood verschenen. Zie no. 2734, p. 355 en n. 2 aldaar.
2 Zie no. 2734, p. 354 en n. 7 aldaar.
3 Theodoricus (Dirck) Graswinckel.
4 Zie no. 2588, p. 143 en n. 2 aldaar.
5 Grotius' tweede zoon Pieter, die voor zijn studie in het vaderland verbleef.
6 Pieter had de vertaling onder handen van Grotius' *Inleiding tot de Hollandsche rechts-geleertheyd* van 1631. Zie Ter Meulen-Diermanse, no. 757.
7 *Synopsis Praxeos Civilis, ofte Maniere van procederen in de Provintiën van Hollandt, Zeelandt en West-Vrieslandt, belangende Civile zaken. Getrouwelijk en met neerstigheit bij een vergadert uit alle Ordonnantien, Privilegien, Instructien, Missiven, Acten, Apostillen etc.... tot dien einde in de honderd jaaren herwaarde by de Hooge Overheid, of van wegen de zelve uitgegeven: alles met Civile en Canonyke Rechten, nevens der Rechtsgeleerden zoo nieuwe als oude meeningen bevestigd.* Over Paulus van Merle - Merula - zie men IV, p. 7 n. 13.
8 *Actionvm Forensivm Progymnasmata, interpretatio item, complectens uniuersi iuris cognitionem: quid cuique uel agendo persequi, uel excipiendo defendere liceat, ex bono & aequo. In Classes septem distincta, ob commodiorem usum: postremò recognita & locupletata per D. Ioannem Oldendorpivm.* Apvd Seb. Gryphivm Lvgdvni, 1551. Johann Oldendorp (± 1480-1567), Duits jurist, wordt wel beschouwd als een voorloper van Grotius.
9 *Iacobi Cviacii Ivrisconsvlti Opera, qvae de Ivre fecit, et edi volvit. Ab ipso Auctore postremùm recognita & libris quibusdam aucta. In Tomos quatuor distincta .... Additi sunt Indices quinque omnium copiosissimi. Caetera, quae alivnde ex eivs recitationibvs stvdiosorum diligentia variè exceptis, publicè hactenus exposita sunt, aut posthac exponentur, Auctor pro suis non agnouit; quin & edi prohibuit. Nvnc denvo ac tertio post accvratam diligentemque recognitionem, ab innumeris, quibus scatebant, mendis, repurgata ac restituta.* Francofvrti Typis Wechelianis, apud Danielem & Dauidem Aubrios, & Clementem Schleichium. M.DC.XXIII. Over Jacques Cujas zie men V, p. 234 n. 3.
10 Alida Graswinckel; zij had op 18 november het leven geschonken aan een dochter Françoise.
11 Over Robert Oudart uit Hamburg zie VI, p. 364 n. 8.
12 In een blijkbaar verloren geraakte brief.
13 Nicolaes van Reigersberch.
14 In een blijkbaar verloren geraakte brief.

Vale cum tua, tuis nostrisque.
Tuus toto animo frater
H. Grotius.

12 Decembris 1636.

2880. 1636 december 12. Aan M. Hortensius[1].

Vir praestantissime,

Ita de me merita est civitas Amstelodamensis, ut, quicquid possim, id semper ad juvanda ejus commoda promovendamque ejus[2] gloriam promptissimo animo sim collaturus.

Quare cum ad notitiam meam pervenisset viri in sublimibus studiis egregii Galilaei[3] cogitatio ad deprehendendos locorum terra marique ad coeli partes respectus[4], statim dixi honorem dedicandi laboris hujus ad Ordines Foederatos, qui pridem omnia ingenia ad hujus rei inquisitionem invitarant, jure optimo pertinere. Utendum autem commendatione ejus civitatis, cujus talia sciri plurimum interest. In ea civitate, imo in omni Foederatorum imperio, neminem esse, qui meritis, auctoritate, rerum etiam istarum recta dijudicatione par sit nobilissimo D. Realio[5]. Quare per eum parandos aditus sapientiae audientiam sibi postulanti.

Secutus est me auctore annitente D. Elia Deodato[6] Galilaeus hoc consilium. Quod ipsius D. Realii tuaque et amicorum aliorum prudentia eo usque perductum est feliciter, quoad usque negotii status patitur. Quod restat, id a Galilaei primum perspicacia, deinde a Foederatorum Ordinum magnanimitate exspectabimus. Valde autem laetatus sum, quod hujus rei notio ipsi D. Realio tibique et Blavio[7] nostro, omnibus et amicis meis et ad eam rem necessaria quae sunt omnia abunde[8] superque habentibus delegata est. Digni enim estis, quos Respublica triumviros sacris naturae aperiendis demerendoque humano generi faciat. Legi cum voluptate decretum, dignum tantae rei majestate: nihilque magis opto quam ut pulcherrimae molitionis fructum gustare aetas nostra incipiat incrementa haud dubie cum posteritate sumpturum.

Tibi vero, vir eruditissime, primum, quod publicis bonis tam sedulo invigilas, gratiam pro mea parte habeo, deinde et privatim, quod amicitiam eam, quam nobis injungit urbis natalis consortium studiorumque in te profectus, in me reverentia, cum aliter datum hactenus non sit, per mentis interpretes literas tam benigne foves.

Vale, vir mihi semper future maximi.

Lutetiae, XII Decembris MDCXXXVI.

1 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk, cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 287; C. de Waard, *Isaac Beeckman*, p. 255. Over geadresseerde zie men no. 2664, p. 248 n. 8.
2 Dit woord ontbreekt in de Rotterdamse copie.
3 Over Galileo Galilei zie men V, p. 489 n. 7.
4 Wellicht het eerst in 1639 te Parijs verschenen *L'Usage du quadran*; zie no. 2712, p. 326 en n. 1 aldaar.
5 Dr. Laurens Reael; vgl. de aan hem gerichte brief van [20 september 1636] (no. 2765).
6 Elias Diodati uit Genève.
7 De Amsterdamse cartograaf en uitgever Willem Jansz. Blaeu.
8 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘aliunde’.

2881. 1636 december 12. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Cum Sublimitati Tuae pro me curam ex ipsius 8/18 Octobris datis[2] et ex D. Spiringii[3] literis ad me datis[4] cognosco, verba, quibus gratias agam, non invenio. Nam si me debere Tuae Sublimitati dixero dignitatem, commoda meque ipsum, minus dixero quam sentio. Quod unum licet, omni ope, omni in reginam[5], regnum Tuamque Sublimitatem fide annitar, ne tanto fautore indignus videar.

De foederis cum Gallia ratihabitione dilata[6], ubi sermo inciderit, meminero praescriptum sequi.

Rex Daniae[7] utinam sepositis privatarum rerum parum regalibus curis serio animum vertat ad ea, quae ad salutem sunt omnium protestantium. Hoc enim tempora haec si ulla unquam exigunt, ipsiusque non minus quam ceterorum id interest.

Pergo quicquid mihi a negotiis est subsecivi temporis Suediae Gothorumque antiquitatibus[8] impendere speroque exiturum aliquando opus Tuae Sublimitati aliisque illius[9] gentis ab omni aevo gloriam amantibus haud ingratum. Alphabetum literarum vetustissimarum, inscriptiones, si quae sunt antiquae, et leges mitti mihi cupiam. In edocendis me rebus Germanicis spero D. Salvium[10] et D. Camerarium[11] non cessaturos.

Nunc ad res harum partium venio. Angli legati[12] foedus se fecisse cum Gallis, qui ea fama se jactant, constanter negant: moram in Gallis esse dicunt, credo, quod foedus Angli velint sine suo bello. Interim retineri se Ratisbonae electo, ut scribitur, romano jam rege[13] patitur Arondelius[14]. Qui res introspexisse se putant ajunt offerri utriusque Palatinatus restitutionem detractis bonis ecclesiasticis, credo iis, quae possideri coepere post pacem Passaviensem[15].

De electorali dignitate res explicatu difficilis, praesertim cum jam haeredem

1 Gedrukt *Epist.*, p. 283; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 275. Antw. op no. 2802.
2 No. 2802.
3 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
4 No. 2843.
5 Christina van Zweden.
6 Vgl. no. 2802, p. 452.
7 Christiaan IV.
8 *Historia Gotthorvm, Vandalorvm, & Langobardorvm: Ab Hvgone Grotio partim versa, partim in ordinem digesta. Praemissa sunt ejusdem prolegomena*; zie no. 2734, p. 355 en n. 2 aldaar.
9 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
10 Johan Adler Salvius, Zweedse hofkanselier en gezant residerend in Hamburg en Osnabrück.
11 De Zweedse gezant in Den Haag Ludwig Camerarius.
12 John Scudamore, ordinarius Engels gezant in Parijs, en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester.
13 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
14 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
15 De vrede van Passau werd op 2 augustus 1552 gesloten.

Bavarus[1] habeat, nisi is, quod quidam spargunt, vivere desiit, sed ita ut experta semel fecunditas prolem novam vetet desperare.

Tres viae dicuntur proponi: ut promittatur electoralis dignitas, si Maximiliani stirps virilis[2] deficiat ac sic Alberti[3] liberis Palatina domus praeferatur; ut fiat alternis jus eligendi inter duas familias, sicut olim Ludovici Bavari[4] temporibus; ut ad septem electores[5], quorum sit Bavarus, adjiciantur duo, alter episcoporum aliquis, alter Palatinus. Postremum hoc, quanquam sine justo conventu expediri non potest et difficile est persuasu aliis electoribus, quibus tantum honos imminuetur, quantum augebitur numerus, placet tamen, ut ex legato Scutamorio, cum heri me inviseret, cognovi papae[6], apud quem Anglus qui est[7], ut mihi affirmat quidam romanae aulae peritissimus et nuntio[8] familiaris, non reginae[9], ut dicebatur, sed ipsius regis Angliae[10] nomine res agit.

Ea ex re aliisque indiciis mirum, quantas de Anglia spes pontificii concipiant, quas ego per regis, archiepiscopi[11] cordatorumque procerum prudentiam spero vanas fore.

Arundelio vetus est cum romana aula commercium. Si de Palatinatu res componitur, posset tamen iniri foedus inter Gallos Anglosque, ut se tueantur mutuo in iis, quae cuique pax datura aut relictura est, renoveturque quod et olim promissum puto, ne deficientes ab obsequio subditos alter alterius juvet, etiamsi speciosus accedat a religione praetextus.

Metuunt Batavi, ne et accedat aliquid adversum ipsis, quo jus Anglorum, quod in mare sibi vindicant, firmetur.

Ego nequid Polonicum misceretur, timui. Transferretur alio is metus, si vera esset fama, regem illum[12] mutato consilio imperatoris[13] generum fieri velle, quod Angli negant se credere.

Iidem falso vulgatum ajunt Atrebati supplicio affectum eum, qui pro Hispano Corbiae praefuerat[14]; adduntque per duos monachos[15] ultro citroque commeantes agi cum cardinali Hispano[16], non de plena pace, ut arbitror, quae res multa implicata habet cardinali Riceliaco formidanda, sed de armis inhibendis, nisi jam ex parte aliqua clam inhibita sunt, cum ad hunc limitem nihil hostile tentetur.

1 Maximiliaan I, keurvorst van Beieren. Zijn zoon Ferdinand Maria, geboren op 31 oktober 1636, volgde zijn vader als keurvorst op in 1651 en stierf in 1679.
2 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Oxenst. Skrifter*.
3 Albrecht van Beieren (1584-1666), broer van keurvorst Maximiliaan; hij had drie zoons: Karl (1618-1640), Maximilian Heinrich (1621-1688) en Albert Sigismund (1623-1685).
4 Ludwig IV, der Baier (†1347), hertog van Beieren (1294-1347), Rooms koning (1314-1347).
5 Zie voor hun namen VI, p. 381 n. 13.
6 Urbanus VIII.
7 Sir William Hamilton; zie no. 2585, p. 138 n. 8.
8 Giorgio Bolognetti.
9 Henriette Marie.
10 Karel I.
11 William Laud, aartsbisschop van Canterbury.
12 Wladislas VII (IV).
13 Inderdaad huwde Wladislas in 1637 Cecilia Renata, dochter van keizer Ferdinand II.
14 George de Brimeu.
15 Niet nader geïdentificeerd.
16 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.

Multum fuisset, si insulas duas Maris Ligustici[1] recuperare Galli potuissent. Sed ea spes evanescit accedente ad mala alia Vitriaci[2], provinciarum regentis, et archiepiscopi Burdegalensis[3] maritimis rebus impositi tam manifesto dissidio, ut hic sacerdos illius militis verbera non effugerit. Similis inter cardinalem Valettam[4] et ducem Bernhardum[5] discordia non eo usque erupit nec tamen plane tegitur, et intelligo in novissimis pactis ducem Bernhardum astu Gallico elusum millionis integri damno nunc fraude intellecta indignari. Contra eum accusant Galli, quod pecunia omnis inter ducum manus obhaerescente milites relinquat egenos eoque effusos ad omnem licentiam, neque minus ipsis[6] hostibus metuendos. An huc venturus sit, incertum est. Alii bellum intra ipsam Germaniam ab eo expeti, alii ad pacis vota eum verti ajunt.

Coloniensem conventum trahit novis quotidie commentis cardinalis Riceliacus. Ego in libero sermone ad baronem Scudamorium dixeram praevidere me multa parum honorifica protestantibus, si et ipsi legatos eo mittant, ubi tanta erit pontificis potentia, tantus cardinalium strepitus. Dixit jam mihi se eam cogitationem dignam censuisse, quam Angliae senatoribus suggereret. Exspectare se, quid facturi sint. At nuper ad me Venetus legatus[7] venit, sponte an submissus haud dixerim, nisi quod suspicio est optare cardinalem[8], ut ego Coloniam abeam nihil ibi acturus, et hinc absim.

Dicebat Venetus, quod aliquando objecissem de pontifice rei futuro moderatore, id non metuendum nobis, quando ex nuntio didicisset legatum pontificis[9] ea curaturum, quae ad romanensis ecclesiae reges ac principes pertinerent, protestantium rebus immisceri eum nolle. Neque tamen secuturum alterum, quod et ipsum objeceram, Galliae nos futuros accessionem, quando ibi futurus esset Pesarus, Venetiarum legatus[10], optime Suedis volens, et Polonus[11], qui omnia ad pacem ducentia essent inter dissidentes propositurus. Mirabar de Polono eum meminisse, cum nescire non posset abstinere a nostri conspectu ejus gentis legatos. Dignitatis regni nostri, si quando Coloniae in locum communem aliquem conveniendum sit, qui sperem rationem habitum iri, cum nuper, quo tempore adeundus mihi rex[12] erat, admissionales[13] de industria Venetum in conclavi, in quo exspectandum regis commodum erat, detinuerint, ut suscitatum ante annum certamen renovarent rixaeque spectaculo fruerentur, quod ego sedibus dispositis non utendo et stare potius eligendo declinavi? Haec cum cogito in mentem venit dubitatio, an non omissa legationis pompa, satis futurum sit esse ibi aliquem non

1 Ste. Marguerite en St. Honorat.
2 Nicolas de l'Hospital, markies van Vitry.
3 Henri d'Escoubleau de Sourdis, aartsbisschop van Bordeaux.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
6 De uitgave der *Oxenst. Skrifter* last hier ‘quam’ in.
7 Alvise Contarini di Nicolo.
8 De Richelieu.
9 Martio, kardinaal Ginetti door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
10 Zuane Pesaro, Venetiaans afgevaardigde naar de vredesconferentie van Keulen.
11 Jerzy Ossolinsky. Volgens de *Gazette de France* van 1 en 6 november 1636 bestond de Poolse afvaardiging ter Keulse conferentie uit Jacob Sobieski (1573-1646), Caspar Denhof (Dönhof) en Johann Vastovius.
12 Lodewijk XIII.
13 Anne, graaf van Brulon, en René Giraut.

cum paciscendi, sed cum auscultandi mandatis, et talem, in quo dignitas periclitatura non sit. Sed haec res aliaque omnia Tuae Sublimitatis exactissimae prudentiae permissa sunto.

Pater Iosephus[1] purpuram brevi sperat, praemium pro eversis ubique sub foederum imagine protestantium rebus. Per eum factum est, ut Rhaetorum animi aversi a Gallia ad Austriacos reflectantur, a quibus offertur ipsis libertas plena et jus vetus in Vallem Telinam, dum militi Austriacorum pateat transitus manibus divisis, qualis ab Helvetiis nunc conceditur; quod praeter Marini[2] literas ex iis, quas ad se scriptas mihi legatus Anglicus ostendit, disco.

Placentiam et, qui in ejus arce est, Parmensem ducem[3] praesenti periculo eripere pontifex misso legato[4] laborat. Hispani suum, non ecclesiae feudum ajunt esse Placentiam investiturae non unius argumento.

Praeter legatos Galliae[5] destinatur Coloniam et Gothofredus[6], historiae veteris Gallicae peritissimus, ut ad retinendam Lotharingiam argumenta suppeditet.

Spargitur in hac aula rumor ad amicitiam nostram rediisse Brandeburgicum electorem[7].

Cardinalem Hispanum de conjugio cogitare non arbitror, ne in se suspiciones fratris[8] irritet. Tamen non desunt, qui ei regii hic fratris[9] filiam[10] fabulis despondeant, nec qui Poloni sororem[11].

In Hispaniam quae recens advenere cum Americanis opibus naves fidem Hispani reficient animosque addent atque vires maxime ad ea tutanda, quae in mari aut ad mare Gallis erepta tenet.

Ad fratris regii permulcendum animum comes Guichius[12], ad Suessionensem[13] in obsequio retinendum Leancurtius[14] mittitur. Putatur mox ad fratrem regium iturus et Chavigniacus[15], id est, Buttillerii[16] filius Tuae Sublimitati visus, cujus nunc magno odio tenetur frater regius.

Pesarus Coloniam iturus non est, nisi prius imperatoris[17] et Hispani legatos[18] ire cognoverit.

1 François Leclerc du Tremblay, capucijn, gunsteling van De Richelieu.
2 Zie over hem V, p. 436 n. 4.
3 Odoardo Farnese.
4 Graaf Orazio Carpegna.
5 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister; verder Claude de Mesmes, graaf van Avaux, en Manasse de Pas, markies van Feuquières.
6 Théodore Godefroy (1580-1649).
7 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
8 De Spaanse koning Philips IV.
9 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
10 Anne Marie Louise, hertogin van Montpensier (la grande Mademoiselle). Zij was in 1627 geboren en huwde in 1681 met Antoine de Caumont; het huwelijk werd in 1685 ontbonden.
11 Anna Catharina Constantia, zuster van Wladislas.
12 Antoine, hertog van Gramont, graaf van Guiche; zie VI, p. 543 n. 11.
13 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
14 Roger du Plessis, seigneur de Liancourt (†1674), premier gentilhomme du roi.
15 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny.
16 Claude le Bouthillier.
17 Voor de afgevaardigden van keizer Ferdinand zie no. 2864, p. 547 n. 3.
18 Voor de gezanten van Philips zie no. 2864, p. 547 n. 5.

Aysema[1], qui Ratisbonae est, putat sex menses elapsuros, priusquam Coloniae agi quid incipiat. Madritii legatus Anglicus[2] obtinuit jus invehendi in Hispaniam aliquot navibus merces Gallicas, unde ipsi lucrum futurum est quinquaginta millium ducatorum. Dolanis civibus, quod Gallorum obsidium fortiter tulerint, immunitates et honores dati. Viginti naves ex Hispania ibant aucturae vires Ferrandini[3], qui apud insulas[4] cum classe est, et Biscaini militem sua impensa addidere id malentes quam pecuniam. Etiam alimenta et belli paratus omnis mittuntur ad Ferrandinum, quod non Hispanicae tantum, sed et Italicae literae affirmant, adduntque hae omnia alimenta ex urbe Placentiae in arcem comportata inde oppidanis ad dimensum distribui. Spem auxilii a Gallis ad ducem penetraturi vanam haberi. Partem militis Hispani in Placentino agro hiematurum. Partem trans Trebiam iisse, ut cum Mortarae[5] ibi agentis copiis conjungatur, ut Parmae incommodent; sed ei urbi satis prospectum de necessariis.

Novum Germanorum agmen Alpes transit. Hermesteino timetur.

Praeter haec nihil nunc quidem habeo, Excellentissime atque Illustrissime Domine, nisi Deum ut precer, velit reginae, regno Tuaeque Sublimitati semper adesse propitius et pro in me benefactis vicem reponere, quam ego non possum.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus

H. Grotius[6].

Lutetiae, 2/12 Decembris 1636.

Haec postquam scripseram, intelligo bonis auctoribus comiti Guichio, affini cardinalis Riceliaci, in itinere Blesas rixam ab obviis motam. Idem intra urbem his diebus vexillario equestris turmae Riceliaci accidisse.

Hispanorum classem recente adventu ex Hispania XXXVI navium longarum auctam machinis CXX: ut jam nihil sit, quod de recuperandis insulis sperare debeant Galli.

De alchymista Boismaillaeo[7] scripseram nuper[8]. Ejus fraudes cum ita appareant, ut neque regi ultra neque populo verba dari possint - et forte dixerat aurum ita se facturum, si ipse inde cudere nummos sineretur - datus est impostor in carcerem Silvae Vicennensis adjuvantibus ejus ruinam capucinis, quorum religionem professus quondam mutatus in protestantem horrenda arcana vulgabat. Si illius ars promissa praestitisset, non jam gemeret plebs agrestis, ex qua XXXV milliones florenorum in annum sequentem exprimere proposuerunt ii, quorum in manus res Galliae est.

Inter fratris regii postulata unum est non iniquum, ut domesticum ministerium sibi ipse eligat, quod hactenus ei rex, id vero est cardinalis, elegit, ut circumventus undique proderetur.

1 Foppe van Aitzema.
2 Lord Walter Aston.
3 De Spaanse vlootvoogd García de Toledo y Osorio, hertog van Fernandina; zie VI, p. 369 n. 1.
4 Ste. Marguerite en St. Honorat.
5 Francisco de Orozco, markies van Mortara y Ribera (†1668), vermaard Spaans generaal.
6 Naam en onderschrift ontbreken in de uitgave der *Epist.*
7 Dubois Maillé; zie over hem no. 2762, p. 398 n. 3.
8 No. 2828 dd. 7 november.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2882. 1636 december 12. Aan N. van Reigersberch[1].

Dat de prins van Oranje[2] van mijne actiën wel oordeelt, zoo in de religie als anders[3], is mij lief. Ik zal altijdt zoeken hem meer dienst te doen, dan hij ofte de zijnen mij faveuren hebben gedaan.

2883. 1636 december 12. Aan J.A. Salvius[4].

Excellentissime Domine,

Iubet me magnus cancellarius[5] Germaniae res excellentiae tuae beneficio cognoscere. Itaque exspecto discere prosperos post bene gestam rem ad Witstochium Bannerii[6] Wrangeliique[7] processus.

Hic Corbiae obsidio, de qua scribere coeperam[8], contra quam ratio sperari sinebat, bene Gallis evenit. Oppidum munitissimum intra septimum diem quam oppugnari coeperat non vallum oppidi, non fossa, ne agger quidem fossae[9] circumjectus, sed exteriora his omnibus munimenta, plenum rebus ad vitam tutelamque necessariis a militibus sanis mille et quingentis deditum est XIV Novembris novi Calendarii. Si, qui oppidi praesidio cum dederetur praefuit[10], apud Hispanos evadit poenam - varia enim de eo fama est -, supererit suspicio tantae conventionis super inhibendis circa hunc finem armis inter cardinalem Hispanum[11] et regem[12]; eo credibilior, quod nec hostes nec Galli quicquam movent in illis quidem partibus.

Nam in mari Ligustico insulas Margaritae et Honorati contra Gallorum classem strenue tutantur Hispani acceptis ex Hispania auxiliis, commeatibus et belli paratu. Iidem Socovam, portum Bajonae non procul, captum a se diligenter muniunt.

Galassius[13] adhuc ad utramque Araris ripam se tenet imminutus rerum inopia ac cladibus nonnullis, acrem habens adversarium ducem Bernhardum[14], qui Ionvellam nuper in comitatu Burgundiae cepit plenam frumenti vinique.

1 Gedeelt. gedrukt Brandt-Cattenburgh, *Leven* II, p. 88. Antw. op no. 2829?
2 Frederik Hendrik.
3 Vgl. hiervoor no. 2854 dd. 26 november en no. 2861 dd. 1 december, beide van Nicolaes van Reigersberch.
4 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 105. Gedrukt *Epist.*, p. 287. Geadresseerde, Johan Adler Salvius, was hofkanselier en Zweeds gezant residerend in Hamburg en Osnabrück.
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 Maarschalk Johan Gustavsson Banér.
7 Herman Wrangel, Zweeds veldmaarschalk.
8 Zie no. 2840 (2837).
9 De uitgave der *Epist.* heeft - abusievelijk - fossa.
10 George de Brimeu.
11 Don Fernando; zie over hem IV, p. 412 n. 11.
12 Lodewijk XIII van Frankrijk.
13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
14 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.

Felicitas Galliae, quae hoc anno ingentes hostium exercitus ultra limitem suum repulit, in hoc quoque apparet, quod et frater regius[1] et comes Suessionensis[2], cum subito insalutato rege ab urbe hac digressi omnium animos metu rerum novarum concussissent, quiescant, ambo, hic Sedani, Blesis alter, periculum, quod suspicabantur, intervallo locorum depulisse contenti.

Placentiae in Italia, in Germania Ermesteini res malo loco sunt; sed hic spes auxilii, ibi nulla nisi pontificis[3] auctoritas tueri potest vasallum; sed controversi juris, cum Placentiam suum ab antiquo feudum esse dicant Hispani. Si sacrorum majestas non plus ibi valet quam nuper apud Vitriacum[4], Narbonensi provinciae praefectum, valuit, qui archiepiscopum Burdegalensem[5] classi praepositum ac contradicentem sibi baculo refutavit, actum erit de flaminico jure.

Memini, Hamburgi cum essem, loqui te mihi de eo genere planorum, qui se alchymistas vocant; hoc ex genere egregius fumorum venditor, cum diu non exiguum sui usum praebuisset ad lactandum spe opum novarum, postquam veteres deficiebant, regis animum multis tunc adversis labefactatum rebus in melius flexis non impunitam tulit audaciam aurum de suis fornacibus ita pollicens, si ipse nummos inde cudere sineretur, datusque est in carcerem, sed nobilem, Silvae Vicennensis; Boismallaeus[6] ei nomen est.

Haec erant, quae tempus hoc suggerebat praeter ea, quae omni tempore injuncta mihi arbitror, pro incolumitate Tuae Excellentiae vota.

Illustrissimae Excellentiae Tuae observantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, II/XII Decembris MDCXXXVI.

2884. 1636 december 12. Aan J. Slupecki de Konary[7].

Vir nobilissime,

Eadem hora literas abs te accipio binas Calendis Augusti[8] et XIX Septembris[9] datas. Nam illas, quibus respondisti a me scriptis[10], non accepi. Gaudeo tam constantem tibi esse mei memoriam quam ego tui oblivisci nunquam possum.

Radsevilii ecclesiasten[11] non vidi, alii ad me literas tuas pertulere.

1 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
3 Urbanus VIII.
4 Nicolas de l'Hospital, markies van Vitry.
5 Henri d'Escoubleau de Sourdis, aartsbisschop van Bordeaux.
6 Dubois Maillé; zie no. 2762, p. 398 n. 3.
7 Copie Bibl. Gemeente Rotterdam, coll. Rem. Kerk., cat. v. hss. no. 674. Gedrukt *Epist.*, p. 286; Stanisl. Kot, *Hugo Grotius a Polska*, p. 46. Antw. op no. 2695. Misschien beantw. dd. 3 augustus 1637 (dl. VIII). Voor geadresseerde zie men o.a. V, p. 52 en n. 7 aldaar. aant.
8 No. 2695.
9 Ontbreekt. aant.
10 Ontbreken.
11 Adam Reynold aant., hofprediker van prins Janusius Radziwill; vgl. no. 2695, p. 300 en n. 5 aldaar.

De Gallicis, quod quaeris, rebus haec summa est. Magno et animo et felicitate rex[12] hostem intra fines ingressum ultra flumina Picardiae Samaram, Burgundiae

12 Lodewijk XIII van Frankrijk.

Ararim rejecit. Accesserunt ad hoc, quod praecipuum est, magna decora: Corbia oppidum munitissimum hosti ereptum gravi jam autumno obsidentibusque magis quam obsessis metuendo; Sancti Ioannis ad Lonam Burgundiae oppidum hosti obsidenti sub idem tempus ereptum; pugnae felices multae. Belli praemium Lotharingiam adhuc totam, Alsatiae pleraque tenet rex; hostes nihil juris Francici, praeter unum[1] Aquitaniae portum Socovam, Bajona non procul, et Ligustici maris insulas duas Margaritae et Honorati nomine. Nam Capella et Castelletum in Belgico fine vix digna sunt memoratu.

Venio ad illud de Iudaeis. Facis pro tua bonitate, quod non facile credis eorum criminationibus, qui odio religionis in alios inardescunt. Pie non minus quam prudenter ab imperatoribus Honorio[2] ac minore Theodosio[3] constitutum est L. 14. C. de Iudaeis[4], ne quis cum sit innocens tanquam Iudaeus obteratur neve expositum eum ad contumelias religio qualiscunque perficiat. Quid non christianis veteribus, quid non illis nostri prope saeculi, qui a pontifice secesserant, et ante Valdensibus[5] objecit freta potentibus praesidiis et ex accusatae partis publico odio impunitatem sperans mentiendi licentia? Iudaei ex quo patria exsules infestis dominis serviunt, haud dubie ad calumnias patent. Nec tamen semper innocentes praestem, cum exsecrari christianos fas piumque habeant, ut ex Thalmudicis aliisque libris apparet[6]. Neque factis abstinere sunt soliti, ubi vires ipsis suae placuerunt. Quid Cyrenenses Iudaei fecerint, vide Dionem Trajano[7], quid alii inter Chalcedonem et Antiochiam: Sozomenum, lib. VII. hist. Eccl., cap. 13 et 16[8],

1 De uitgave der *Epist.* heeft 'novum'.
2 Honorius (384-423), zoon van Theodosius I, de Grote, werd bij de dood van zijn vader in 395 keizer van het Westromeinse Rijk.
3 Theodosius II, keizer van Byzantium (408-450; geb. 401), bekend om de uitgave - in 438 - van de codex Theodosianus, een verzameling keizerlijke constituties. Nog steeds onmisbaar is de editie van Jacques Godefroy (Lyon 1665) heruitgegeven door J.D. Ritter: *Codex Theodosianvs cvm perpetvis commentariis Iacobi Gothofredi Viri Senatorii et Ivrisconsvlti svperioris secvli eximii. Praemittvntvr Chronologia accvratior Chronicon historicvm et Prolegomena Subiicivntvr Notitia Dignitatvm, Prosopographia, Topographia Index Rervm et Glossarivm nomicvm. Opvs posthvmvm div in Foro et Schola desideratvm, recognitvm et ordinatvm ad vsvm Codicis Ivstinianei Opera et Studio Antonii Marvilii Antecessoris primicerii in Vniversitate Valentina Editio nova in VI. Tomos digesta collata cvm antiquissimo Codice ms. Wvrcebvrgensi et Libris editis itervm recognita emendata variorvmqve Observationibvs avcta qvibvs adiecit svas Ioan. Dan. Ritter*, P.P. Lipsiae Svmptibvs Mavr. Georgii Weidmanni MDCCXXXVI-MDCCXLIII.
4 Cod. Theod. Lib. XIV (niet XXV!) tit. VIII; ed. Ritter VI, p. 234 vv.
5 De Waldenzen vormen een in de middeleeuwen ontstane sekte genaamd naar de stichter Petrus Valdes, koopman te Lyon. De meeste aanhangers telde de sekte in Noord-Italië, Frankrijk en Duitsland. Zij predikten terugkeer tot een leven van apostolische armoede en verwierpen de hiërarchie en tal van gebruiken in de kerk.
6 Vgl. Hugo de Groot, *Remonstrantie nopende de ordre dye in de landen van Hollandt ende Westvrieslandt dyent gestelt op de Joden* naar het manuscript in de Livraria D. Montezinos uitgegeven en ingeleid door Dr. J. Meyer 1949 Amsterdam 5709, p. 108.
7 Dio Cassius LXVIII, 32 in de uitgave van Cary (Loeb Class. Libr.) vol. VIII, p. 420. Over Dio Cassius zie men IV, p. 259 n. 9.
8 *ΕΡΜΕΙΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ* bij Migne, *P.G.* LXVII. De door Grotius bedoelde kwestie komt op de opgegeven plaats niet voor; ook elders trouwens - voor zover ik heb kunnen nagaan - bij Sozomenus niet. Men zie bijvoorbeeld de uitgave van Bidez-Hansen: *Sozomenus Kirchengeschichte herausgegeben im Auftrage der Kommission für spätantike Religionsgeschichte der Deutschen Akademie der Wissenschaften zu Berlin von Joseph Bidez eingeleitet, zum Druck besorgt und mit Registern versehen von Günther Christian*

Socratem, lib. VII, cap. 17[1]. Nicephorus dubiae nonnullis habetur fidei. Videnda tamen quae dicit de Iudaeis Arabibus, Samaritanis, Antiochenis lib. XVII, cap. 6 et 24, lib. XVIII, 44[2], praesertim cum de postremo attestantes habeat Paulum Diaconum, lib. XVIII rerum Romanarum[3], Zonaramque[4] in Phoca; Anglia expulsos ob detectum crudele consilium ait Polydorus, lib. XVI[5]. De pueris occisis eorumque sanguine collecto nescio quos in usus Monachii, Tiguri, Bernae, Weissenscho in Turingia, Uberlingae Vindelicorum, Diessenhovii ad Acronium auctores sunt Stumphius[6], Thomas Barbariensis in Fortalitio fidei[7], Michaël Neander in erotematis linguae sanctae[8]. Certior his de Tridentinis Iudaeis idem

1 *ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΟΥ ΙΣΤΟΡΙΑ* VII, C. XVI (niet XVII) bij Migne, *P.G.* LXVII kol. 769. Socrates Scholasticus was evenals Sozomenus advocaat in Konstantinopel en kerkhistoricus. Ook hij schreef zijn werk ter voortzetting van Eusebius van Caesarea: hij behandelt de jaren 305-439.

2 *ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ΤΟΥ ΞΑΝΘΟΠΟΥΛΟΥ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗ ΙΣΤΟΡΙΑ*, bij Migne *P.G.* CXLVII resp. kol. 231, 277 en 415. Nicephorus Callistus is een Byzantijns kerkelijk schrijver uit de veertiende eeuw.

3 *Historia Miscella, ab incerto auctore consarcinata, complectens Eutropii Historiam, quam Paulus Diaconus, multis additis, a Valentiniani imperio usque ad tempora Justiniani deduxit, et Landulphus Sagax, seu quisquam alius, continuavit usque ad annum Christi 816*, lib. XVII (niet XVIII) s.v. Phocas, Migne, *P.L.* XCV, kol. 1022. De Langobard Paulus Winfridus Diaconus, benedictijn (±720- waarschijnlijk 797) was geschiedschrijver en dichter.

4 Zonaras, Byzantijns chronist (±1100), heeft voor een gedeelte van zijn beschrijving van de Romeinse geschiedenis gebruik gemaakt van de eerste 21 boeken van Dio Cassius. Zijn werk eindigt bij de dood van keizer Alexius Comnenus (†1118) en is door Hieronymus Wolf in het latijn vertaald en te Bazel uitgegeven: *Ioannis Zonarae Monachi, qui olim Byzantij Magnus Drungarius excubiarū seu Biglae, & protosecretarius fuit, compendium Historiarum, in tres Tomos distinctum: quorum Primus agit de rebus Iudaicis, ab exordio Mundi usq; ad Hierosolymitanum excidium. Secundus, Historiam Romanam, ab Vrbe condita usq; ad Constantinum Magnum, breuiter complectitur. Tertius, imperatorum res gestas, à Constantino Magno usq; ad obitum Alexij Comneni, tractat. Opus praeclarum, ac diu desideratum: nunc verò demum liberalitate magnifici & generosi viri D. Antonii Fvggeri, &c. & labore Hieronymi VVolfii, Graecè ac Latinè, quinque codicibus inter se collatis, quàm emendatissimè fieri potuit, in lucem editum. Singulis Tomis sui additi sunt Indices, & uariarum lectionum Annotationes.* Basileae, Per Ioannem Oporinum 1557 Tomvs III, p. 65. Zie ook Migne *P.G.* CXXXIV *ΙΟΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΗΤΟΥ ΤΟΥ ΖΩΝΑΡΑ ΧΡΟΝΙΚΟΝ* lib. XIV, kol. 1273. Phocas was keizer van het Oostromeinse Rijk (602-610).

5 *Historiae Anglicae Libri XXVI. Autore Polydoro Virgilio Urbinate, Accessit praeter alia nonnulla series Regum Angliae à primis initiis usque ad hanc aetatem; Ex nova Editione Antonii Thysii, J.C.* Lvgdvni Batavorvm, Sumptibus Joannis Maire MDCXLIX, lib. XVII (niet XVI), p. 421. Polydorus Vergilius (†1555) schreef zijn *Historia Anglica* in 26 boeken; de eerste uitgave is van 1534.

6 Johann Stumpf (1500-1566), theoloog en historicus; het geval Diessenhofen van 1402 (zie Hugo de Groot, *Remonstr.* ed. Meyer, p. 109; vgl. *ibid.*, p. 73 v.) heb ik bij Stumpf niet gevonden.

7 Thomas Barbariensis is identiek met Alphonsus de Spina, een franciscaan uit Valladolid uit de tweede helft van de vijftiende eeuw; de titel van zijn boek luidt: *Fortalitium fidei contra fidei christianae hostes, auctore Alphonso de Spina.*

8 Michael Neander - Neumann -, Duits geleerde (1525-1595), schrijver o.m. van *Sanctae Linguae Hebraeae Erotemata: Quorum seriem uersa pagina reperies. Omnia uerò ita absoluta breuitate, faciliq; ordine tractata, ut non modō tyrones Grammaticae Hebraeae praecepta*

affirmat Sabellicus, lib. VII. Enneadis. X,[1] de Tirnaviensibus in Hungaria Bonfinius lib. IV, dec. V.[2]. Ut magica aut superstitiosa taceam, cum constet puerilem sanguinem in eo se proluentibus leprae esse remedium, cujus quaesiti multi infamati sunt reges; potuere Iudaei, qui medicinam faciunt, hoc promptius eo decurrere, quo magis christianos odere, nisi poenarum metu absterrerentur[3]. Apparet ergo vetus esse hoc sive crimen sive fabulam. Utrum apud nos sit, non facile dictu est. Nam neque omnibus neque nulli credendum est,

Αἱ πίστεις γάρ [τοι] ὁμῶς καὶ ἀπιστίαι ὤλεσαν ἄνδρας[4].

Expendenda sine motu animi testium religio, numerus et oculatine sint an auriti tantum. Nulla fides autem est, cui minus fidei esse debeat quam tormentorum. Mentietur, ut ait vetus quidam[5], qui ferre potuerit; mentietur qui ferre non potuerit. Infinita mihi exempla suppetunt isto tam fluxo argumento inique interfectorum. Neque miror fuisse viros graves, qui christianis omnino a questionibus illis violentis ac periculosis abstinendum censerent, cum certum sit in sapientissima Mosis lege fuisse incognitas et nunc Angliam sine iis non minus tuto quam alias gentes vivere Romaeque, dum libertas stetit, immunia ab iis fuisse civium corpora. Apud Batavos Iudaei suspecti talium facinorum non[6] sunt, sive mitius habiti mitescunt et ipsi, sive recentes advenae cautius vivunt. Certe pridem non levibus de caussis Belgica omni non minus quam Gallia exacti fuere, ut de Hispania nihil dicam, ubi praeter aequum eos tractatos non nego.

Meminerint ergo judices suae religionis esse falso religionis affectu non abripi et, ubi res non plane liquet, tutiorem esse quamvis nocentis absolutionem quam innocentis[7] damnationem.

1 Marcus Antonius Coccius Sabellicus (tegen 1436-1506), historicus; zie *Rapsodie historiarū Enneadū Marci Antonij Coccij Sabellici Ab orbe cōdito Pars prima quinque complectens Enneades: Premissis earundē Repertorijs auctis & recognitis ab Ascēsio cū authoris Epitomis* V□nundatur in Parrhisiorum Academia Ab Ioanne Paruo: Et ipso qui impressit Ascensio. *Posterior pars eiusdem Rapsodie historiarū M. Antonij Coccij Sabellici Continēs sex Enneades reliquas cū earundem Repertorijs et Epitomis.* V□nundatur vbi & reliqua pars ab Ioanne Paruo & Iodoco Badio Ascensio. Voor de bewuste plaats zie men *Posterior pars* Ennea. X, Lib. VII. Fo. CCCXXII[verso].

2 *Antonii Bonfinii Rervm Vngaricarum Decades qvatvor cvm dimidia. His accessere Joan. Sambuci aliqvot Appendices, & alia: vna cum priscorû Regum Vngariae Decretis, seu constitutionibus: quarum narrationes Bonfinii obiter meminere: & quae pagina 16. indicat. Tertivm omnia recognita, emendata, & aucta per Ioann. Sambvcvm, Caesar. Maiest. consiliarium & historicum. Cvm Indice copiosiss.* Hanoviae Typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, & Haeredes Ioannis Aubrii. M.DCVI, p. 718. Antonio Bonfini uit Ascoli was een jurist en historicus op het einde van de vijftiende, begin zestiende eeuw. Hij schreef zijn geschiedenis van Hongarije in 115 boeken (tot het jaar 1495) in navolging van de Romeinse geschiedschrijver Livius ingedeeld in decaden.

3 De copie te Rotterdam heeft ‘abstinerentur’.

4 Hesiodus *ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ*, 372 ed. Evelyn-White (The Loeb Class. Libr.), p. 30.

5 Vgl. Publilius Syrus 147: Etiam innocentes cogit mentiri dolor (zie de uitgave van Otto Friedrich, Hildesheim 1964, p. 40).

6 Dit woord ontbreekt in de copie te Rotterdam.

7 De Rotterdamse copie heeft abusievelijk ‘nocentis’.

Nulla satis de vita hominis cunctatio longa est[1].

Haec sunt, quae mihi nunc ad id, quod quaesieras, in mentem veniebant. Si quid est, in quo utilis esse possim, noli operae meae parcere, meque tuo perpetuo in me amore obstrictum scito, mutuum ut faciam aut etiam te ut coner vincere.

Tui amantissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XII Decembris novi Cal. MDCXXXVI.

2885. 1636 december 12. Aan G.J. Vossius[2].

Semper quidem, vir eximie, summa cum voluptate lego literas tuas: sed eas jam suaviores mihi fecit ipsa exspectatio. Frequenter nunc accidit, ut naves saepe ventus, saepe et absentia praesidio futurarum navium moretur: eoque epistolae multo quam destinantur adventent serius, quod nunc illi meae[3] accidisse nihil miror.

Sed imprimis Philolaum[4] recte pervenisse gaudeo. Nam scriptori ejus nuper me interpellanti dolebam certe nihil respondere potuisse. Hortensio[5] Blavioque[6] judicibus, aut prematur aut exeat, id opus: sed si exiturum est, cito exeat, ne Blavianae tarditatis ad Meursium[7] novus accusator accedat. Ad *ἀνθολογίαν*[8] edendam obtulit se et Morellus[9]. Ego amicitiae causa praeferrem Blavium, sed his legibus, si typi satis nitidi tibi videntur, si homines habet idoneos, qui typotheton peccata corrigant, quique indicem faciant locupletem poëtarum, hominum ad quos et de quibus scribitur, historiarum locorum quaeque alia scitu utilia inspectis, quae plurimum ad id lucis conferent Brodaei[10] notis et meis, quae addam, Prolegomenis; addendum et hoc, si definiti temporis, quando visurus sit lucem liber, certus ex syngrapha esse possim.

Salmasium[11] eaedem, quas dixi, remorae detinuere.

Tuum de Idololatria librum[12], simul venerit, avide vorabo. Argumentum erat dignissimum tractari ab eo, qui abstrusae antiquitatis intima nota habeat.

1 Juvenalis, *Sat.* VI, 221: nulla umquam de morte hominis cunctatio longa est.
2 Copie Bibl. Gem. Rotterdam, coll. Rem. Kerk., cat. v. hss. no. 764. Gedrukt *Epist.*, p. 285. Antw. op no. 2860; wellicht eerst beantw. dd. 30 april 1637 (dl. VIII). aant.
3 No. 2664.
4 Philolaus is een pseudoniem van de astronoom Ismaël Boulliau; het betreft diens *Philolai sive dissertationis de vero systemate mundi libri IV*, dat in 1639 bij Blaeu te Amsterdam het licht zag.
5 Martinus Hortensius -van den Hove-; zie no. 2664, p. 248 n. 8.
6 De Amsterdamse cartograaf en uitgever Willem Jansz. Blaeu.
7 Johannes Meursius, sedert 1625 hoogleraar in de geschiedenis en de staatkunde te Sorø in Denemarken, voordien te Leiden.
8 Voor de *Anthologia* zie men VI no. 2407, p. 426 n. 7.
9 Betreffende de Franse drukker Charles Morel zie no. 2583, p. 134 n. 10.
10 Johannes Brodaeus -Jean Brodeau- (1500-1563) uit Tours. Hij was een vooraanstaand geleerde en publiceerde o.m. *Annot. Epigrammatum graecorum libri VII* ... Basileae 1549.
11 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar in Leiden; hij bevond zich met verlof in zijn vaderland.
12 *Gerardi Ioannis Vossii De Theologia gentili, et physiologia Christiana: sive de origine ac progressu idololatriae deque naturae mirandis, quibus homo adducitur ad Deum, libri quatuor.* Amstelodami 1641.

Bona accessio erit filii Maimonides[1], Iudaeorum prope solus sani judicii.

Philyram Heinsianam[2], ubi prodierit, spero ad nos amici mittent, ut cogitemus, an abjicienda nobis sit de notis nostris[3] poliendis - nondum enim edendis dico - cogitatio. Si tecum essem, etiam de historia Belgica[4] quid faciendum esset, consilium tuum exquirerem. Nunc vero totum me etiam subcesivis temporibus Suediae dedi[5]: *σπάρταν ἔλαχον□ τάυτην χοσμῶ*[6]. Veterum Gotthorum res et praeclare facta undique exquiro et in lucem traho.

Procopium[7] quando edituri sint Elzevirii cum versione Vulcanii[8], quam interpolaturus est Heinsius[9], scire juvabit. Ego Gotthica tantum et Vandalica verti instituto meo serviens: habeoque, habent et illi, supplementa *ἐλλειμμάτων* e Vaticana. Ego praeterea Haeschelianam editionem[10] cum duobus manuscriptis regiae bibliothecae contuli: multisque eam locis tum eorum librorum auxilio tum conjectando emaculavi. Edam aliquando cum omnibus testimoniis a Plinio[11] ad Helmoldum[12] usque ad res Suediae Gotthiaeque pertinentibus, ut genti sua dignitas constet minime suspectorum testium fide. Accedent prolegomena, meo more, non parca. Sed haec tibi ut amico veteri dicta sunto.

Petrum[13] meum se vobis probare gaudeo. Tibi, uxori[14], liberis[15], ego, uxor, liberi[16] optamus felicissima.

Tui studiosissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XII Decembris MDCXXXVI.

1 Voor de vertaling van Rabbi ben Moses' הכשם הדזת aant. door Dionysius Vossius zie no. 2860, p. 542 n. 9.
2 *Danielis Heinsii Sacrarvm Exercitationvm ad Novvm Testamentvm Libri XX.* Lvgd. Bat. MDCXXXIX; zie no. 2773, p. 407 n. 11.
3 Zie voor de uitgave van Grotius' *Annotationes in Novum Testamentum* no. 2610, p. 172 n. 1.
4 *Hvgonis Grotii Annales et historiae de rebus Belgicis.* Amstelaedami, Ex Typographejo Joannis Blaev. MDCLVII.
5 Na Grotius' dood verscheen zijn *Historia Gotthorvm, Vandalorvm, & Langobardorvm*; zie no. 2734, p. 355 en n. 2 aldaar.
6 Cicero *Ad Att.* IV, 6; vgl. *Desiderii Erasmi Opervm Omnivm Tomvs Secvndvs*, Lvgdvni Batavorvm MDCCIII, kol. 551 D Adagiorum Chil. II Cent. V Prov. I. aant.
7 Over Procopius zie no. 2734, p. 354 n. 7.
8 Deze vertaling (fragmentarisch) bij *Bon. Vvlcanii Brvg., Iornandes, De Getarvm, sive Gothorvm Origine & rebus gestis*, Lvgdvni Batavorvm, MDXCVII, p. 246.
9 De Leidse hoogleraar Daniel Heinsius.
10 *Historiarum Procopii libri VIII, nunc primum Graece editi* Augustae Vind....; zie no. 2734, p. 355 n. 1.
11 Vgl. no. 2734, p. 355 en aantekeningen aldaar.
12 Over Helmoldus en zijn *Chronicon Slavicum* zie men no. 2734, p. 355 n. 9.
13 Grotius' tweede zoon Pieter, die voor zijn studie in het vaderland verbleef.
14 Elisabeth Junius, Vossius' tweede vrouw; zij was een dochter van de Leidse hoogleraar Franciscus Junius.
15 Zie voor hun namen VI, p. 95 n. 15.
16 Alleen Cornelia en Diederik waren bij hun ouders in Parijs.

2886. 1636 december 13. Van A. Oxenstierna[17].

Magnifice ac Generose Domine Legate, Amice sincere dilecte,
Quod prolixius a me de statu rerum nostrarum aliquo iam tempore edoctus

17 Hs. Stockholm, coll. Gallica, brev till legaten Hugo Grotius 1635-1638. Orig. eigenh. ondertek. Tesamen met no. 2724 beantw. dd. 12 februari en 19 februari 1637 (dl. VIII).

non sis, imputandum id merito est non tam publicis negotiorum, quibus distinebar obcupationibus - quae enim illa tanta erunt, ut eorum causa de singulis scribendi ad te officium intercluderem - quam maxime, quod non dubitem, quin Dn. Camerarius[1] et Salvius[2], quibus id interea temporis concredidi, eorum, quae in Germania aguntur, data quavis occasione certiorem te reddiderint, ut sperem omnino ad te omnia eodem fere tempore, quo ad nos, pervenisse.

Hunc intermittere non potui, cum pridem tibi constet Davaucurtium[3] iam longo tempore dominos regentes[4] sollicitasse tum de extradenda pactorum inter me et illustrissimum marchionem S.[ti] Chaumontii[5] Vismariae sancitorum ratificatione, tum deputandis sacrae regiae maiestatis regnique Sueciae ad conventum Coloniensem commissariis ac legatis[6], quin responsum antegressa, prout rei magnitudo et negotii gravitas requirebat, cum dominis regni senatoribus deliberatione, quale temporis ratio permittebat, ipsi datum tecum communicarem.

Nam sicut res non tantum plena est difficultatis nomine sacrae regiae maiestatis dominae nostrae clementissimae[7] a dominis regni administratoribus pacta foederis ratihaberi, sed et fieri omnino nequit, ut ratificatio pactorum extradatur, antequam sacrae regiae maiestati constiterit de iis, quae hactenus desiderabantur et ratificationem necessario praecedere debebant.

Ita Coloniensis conventus non tantum indebito modo indictus, sed et neque in materia neque forma ita comparatus est, ut sacra regia maiestas eundem salvo honore per suos deputatos invisere possit, prout ex adiuncto datae resolutionis exemplari[8] plenius cognoscere potes; quod eo inprimis fine tibi communicare volui, ut de nostra mente certus esses, cum abs te forte ratio horum quaesita fuerit, quibus accedere graviora argumenta possunt, quae pro tua singulari prudentia in rem conferre ipse poteris, ubi ex usu fuerit, inprimis quod sacra regia maiestas in se nihil plane desiderari patitur, quod ad infringendas communis hostis vires quocunque modo facere poterit, quin persequendi modos ac rationes omnes ad eos, quos exercitibus suis praefecit, perscribi mandavit, ut optandum merito esset, pari quoque ardore ab aliis, quorum non minus ac nostra interest, hostis incommodaretur, quo commodius honesta et tuta pax tandem obtineri posset.

Cuius rei cum ipsi sint in culpa, quominus ad optatum exitum perduci hactenus bellum potuerit, nos eventum rerum divino numini committimus, a quo is unice expectandus est.

Imposterum si quae occurrerint, ad te data occasione perscribam. Interea divinae te protectioni amice commendo.

T. amicissimus
Axelius Oxenstierna mp.

Scribebam Stocholmiae d. 3 Decembris Anno 1636.

1 De Zweedse gezant in Den Haag Ludwig Camerarius.
2 Johan Adler Salvius, Zweedse hofkanselier en gezant residerende in Hamburg en Osnabrück.
3 Charles Du Bois, baron d'Avaugour; zie no. 2514, p. 35 n. 8.
4 Zie voor hun namen no. 2533, p. 58 n. 12.
5 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van Lodewijk XIII bij Oxenstierna in Duitsland.
6 Vgl. no. 2856, p. 532 n. 13.
7 Christina van Zweden.
8 Ontbreekt.

Adres: Sacrae Regiae M.tis Sueciae apud christianissimum Galliarum Regem Legato Ordinario, Magnifico ac Generoso Dno Hugoni Grotio, amico sincere dilecto.
In dorso schreef Grotius: 3 dec. 1636 Cancellarius.
En boven aan de brief: Rec. 12 febr.
Onderaan eerste rectozijde staat nog: Dn. Grotio.

2887. 1636 december 14. Aan Th. Graswinckel[1].

V. Cl. Theodorico Graswinckelio J.C. Hugo Grotius.

> Et vitula tu dignus, et hic, et quisquis honores
> Aut cupiet dulces, aut experietur amaros[2].

Cupiet dulces, ut tu: experietur amaros, ut ego et Seldenus[3], sed ego libertatem maris dum propugno, meam amisi. Seldenus maris libertatem oppugnans suam recuperavit. Tibi amico veteri opto ex animo feliciora, ut neque is, quem sumpsisti, labor malum tibi pariat, neque eo opus habeas ad mali alicujus remedium.
Vale quam maxime e voto.
Tuus toto animo
H. Grotius.

Lutetiae, XIV Decembris MDCXXXVI.

2888. 1636 december 14. Aan Willem de Groot[4].

Frater optime,

Gratus est nobis Losecatii[5] adventus. Dabimus operam, ut videat se propinquos habere optime ipsi volentes.

Graswinckelii[6] quod misisti[7], quanquam in multis negotiis, vidi. Quod indicas mea, cum scriberet, non legisse, etiam te non monente cognovissem et ex verbis et ex rebus. Dignus est Seldenus[8], quicum benigne agatur. Quae pauca Graswinckelio scripsi[9], ad te aperta mitto, ut obsignes tradasque; judicium non fero. Cavendum enim mihi, ne in controversia detestabili nunc quicquam aut dicam aut scribam, quod

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 106. Gedrukt *Epist.*, p. 287. Betreffende Theod. Graswinckel en zijn geschrift tegen Seldens *Mare clausum* zie men no. 2588, p. 143.
2 Vergilius, *Ecl.* III, 109/110.
3 Over John Selden en zijn boek zie men V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
4 Gedrukt *Epist.*, p. 864. Antw. op no. 2866; beantw. dd. 22 januari 1637 (dl. VIII).
5 Diderik van Losecaat, zoon van Frederik van Losecaat en Adriana de Groot.
6 Betreffende Theod. Graswinckel en zijn geschrift tegen Seldens *Mare clausum* zie men no. 2588, p. 143.
7 Vgl. no. 2866, p. 548.
8 Over John Selden en zijn boek zie V, p. 515 nn. 7, 8 en 9.
9 No. 2887.

τοῖς κρατοῦσιν in mari Finnico Botnicoque nocere possit. Deinde stultus sim, si et alias amicas mihi gentes offendam illis blandiens, a quibus nihil hactenus nisi inimicum expertus sum.

Vale cum parentibus[10] et amicis.

10 Jan de Groot en Aeltgen van Overschie.

Tuus toto corde frater
H. Grotius.

14 Decembris 1636.

2889. 1636 december 15. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

J'ay envoyé la vostre qui m'estoit arrivée avecq la vostre du 15/25 de novembre[2] à monsieur le grand chancelier[3] et vous remercie de la communication.

Les gens sages qui entendent les affaires estrangers icy sont d'opinion qu'il faudra bien que la France addoucisse un peu les articles concernants la Valtoline[4] et en tout autre chose traitent les alliez ialoux de leur liberté avec toute sorte de douceur et circonspection, afin qu'ils ne perdent la chose qui souventesfois importe le plus qui est l'affection des peuples.

Les nouvelles qui courent icy donnent aux Turcqs quelque désadvantage et toutesfois disent que ny l'empereur[5], ny les Polonnois ne s'en meslent pas, mais se contentent d'estre armez sur leur frontière.

Les advis qui viennent par l'Allemagne nous resiouyssent aussi nous faisants croire une autre victoire du marescal Banier[6] contre Haetsfeld[7]: de laquelle i'attends la certitude par la voye de mer quand il plaira aux vents. L'assemblée de Cologne s'advance de peu à peu. On parle fort que l'empereur donne contentement au roy d'Angleterre[8] pour le Palatinat. Les conditions ne sont pas bien cogneues encore. Mais la dispute de la mer entre l'Angleterre et Hollande demeure et est à craindre qu'elle ne s'échauffe au printemps.

J'ay recommandé l'affaire de monsieur Hofkirch[9] et en toutes occasions tascherai tousiours de faire paroistre que ie suis, monsieur,

vostre serviteur.

A Paris, le 15 de Décemb. N. St. 1636.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 106. Antw. op no. 2852; tesamen met nos. 2863, 2871 en 2900 beantw. dd. 12 januari 1637 (dl. VIII). Voor Marini zie men V, p. 436 n. 4.
2 No. 2852.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 De artikelen van het verdrag van Chiavenna van 7 februari 1636, in maart d.a.v. te Traona door Henri de Rohan herzien en te Thusis op 11 april geratificeerd.
5 Ferdinand II.
6 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
7 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
8 Karel I.
9 Georg Lorentz, baron van Hofkirchen.

2890. 1636 december 16. Van N. van Reigersberch[10].

Mijn Heer,

Van daer krijgen wij geen brieven. Over Mastricht hebben tijdynge, dat de

10 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 9 j. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Tesamen met no. 2876 beantw. dd. 15 januari 1637 (dl. VIII). Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 312.

grave van Soissons[1] te Sedan was gecommen met meenynge om voorts derrewaerts te commen, lopende mede geruchten, dat Monsieur[2] hem naer Blanville, Blaye off Savoye - want divers wert er gesproocken - hadde geretireert, dat becommerynge maeckt van eenyge alteratie, consequentelijck van verachterynge van de affaires van dat rijck.

Hier is men noch niet finalijck geresolveert op het redres van de militie, hoewel Hollant t'eenemael daertoe is genegen, oordelende het oorloge sulckx moet worden beleyt, dat sonder verder verloop in de finantie kan werden gecontinueert, ende die consideratie pregnanter als alle andere, soo voor aenstaende handelynge als respect van geallieerde. Evenwel twijffele ick seer, off men tot licentiëren van regimenten off compangiën sal commen; veel apparenter is het de compangiën, soo oude als nieuwe, sullen werden tot minder (?) getal gereduceert.

De nederlage van Gallas[3] wert over Ceulen ons geadviseert, vanwaer oock wert geschreven, dat den generael Bannier[4] ontrent Cassel met sijn leger was gecommen, Gotse[5] ende Hatsvelt[6], wiens conjunctie hij niet hadde connen beletten, op de Weser waren.

De cronynge van den Roomsen Conynck[7] was voor eenyge dagen wtgestellt, omdat de vergaderynge tot Regensburch op de forme van de amnestie, die sij willen dat voren gaet, niet eens hadden connen werden. Den Spaensen ambassadeur[8] heeft aen de vergaderynge tot Regensburg propositie gedaen, deducerende dese landen in geen neutraliteyt met het rijck behoren te werden ontfangen, maer dat de vorsten haer wapenen met die van den conynck van Spaenge[9] daertegens behooren te coniungeren.

Ick kan niet horen, dat yemant bij de croone Sweden is genomineert om op den conventionsdach tot Ceulen te compareren, ende dat, soo men seyt, overmits de croone onder Vranckrijck niet verstaet te compareren ende tot noch toe selffs niet en is versocht. Men gevoelt die bijeencomste noch soo haest niet wesen sal, hoewel Vranckrijck pasport voor de Spaense ambassadeurs[10] heeft versocht. In Hollant is daer noch niet op gedelibereert, maer ick mercke niet buyten apparentie is, dat den heer van Somersdijck[11] die commissie soude crijgen.

Den graeff van Arondel[12] is op de vergaderynge tot Ceulen wtgestelt; maer hout het oock daervoor, dat hij tot Ceulen sal vertouven.

Graeff Maurits[13] comste ende sijn bijhebbende volck sal in Brasil gansch nodych sijn; de confusie ende debauchen sijn daer groot.

1 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
2 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van Lodewijk XIII.
3 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
4 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
5 Johann, graaf van Götz, generaal-majoor in dienst van de keizer.
6 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
7 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
8 Don Iñigo de Guevara y Tasis, graaf van Oñate.
9 Philips IV.
10 Zie voor hun namen no. 2864, p. 547 n. 5.
11 François van Aerssen, heer van Sommelsdijk.
12 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie over hem V, p. 318 n. 12.
13 Johan Maurits, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2859, p. 541 n. 3.

In Engelant difficulteert men de officieren, in dienst van d(it) lant, de lichtynge nodych tot hare recruten, onder pretext van de sterfte ende wij veel volckx buyten naer oosten ende westen consumeren.

Desen 16 Decemb. 1636.

In 't sluyten crijgen tijdyngen Monsieur te Orléans is. Calaber[1] doet alles, wat hij kan om Aristoteles'[2] voornemen te beletten. Zozimus[3] protesteert. Simonides[4] presseert aen d'ander sijde.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coningine ende croon van Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck.

In dorso schreef Grotius: 16 Dec. 1636. N. Reigersberg.

En boven aan de brief: Rec. 15 Ian.

2891. 1636 december 16. Van B. Schörling[5].

Illustris ac generose domine legate,

Demnach beijgehendes mir von Stockholm von dess H. ReichsCantzlers Excell.[6] zu kommen, so hab ichs gleich bey der ersten Post E. Excell. zufertigen sollen, muss aber dieselbe mit einem Nebenbrieff, von H. Gabriel Oxenstiern[7] kommendt, bemühen, unterdienstlich bittendt E. Exc. solchen durch ihre leuhte ohnbeschwehrt befunden lassen wollen. Sonst hat auch der herr Cantzler Salvius[8] nach und nach E. Exc. brieffe bekommen, dass er aber ietzo nicht geschrieben pittet er E. Exc. ihm solches zu gut halten wollen, praevia salutatione.

Demnach unss nunmehr die Banierische[9] armée so weit entlegen, dass wir dieses ohrts selten ihres Zustandes advertissement haben können, so mussen wir nur erwarten, wass uns von Franckfurt undt anderen näher anligenden ohrten hero davon part gegeben wirdt. Das ist wol gewiss, dass alle passagen in Thüringen undt der ohrten ietzt also beschaffen sein werden, dass weder artiglerie noch Fuesvolck über Berg undt Thal wirdt zu fuhren sein, undt dahero Banier schwerlich in hostico was weiters tentiren können.

Die Wrangelische[10] armée halt sich noch zu Franckfurt an der Oder, der Feldtmarschalck ist willens ehist uff Stetin zu rucken mit dem H. legato Bielcke[11] eins undt anders zu consultiren. Inmittelst pleibt H. Gen.-Lieut. Vitzthums[12],

1 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
2 Codenaam voor Holland.
3 Schuilnaam voor de Franse gezant in Den Haag, Hercule Girard, baron van Charnacé.
4 Codewoord voor geld.
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 11. Eigenh. oorspr. Balthasar Schörling was postmeester in Hamburg.
6 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
7 Gabriel Gustafsson Oxenstierna, broer van Axel.
8 Johan Adler Salvius, Zweedse hofkanselier en gezant residerend in Hamburg en Osnabrück.
9 Van Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
10 Van de Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel.
11 Sten Bielke; zie over hem no. 2658, p. 241 n. 9.
12 Hans Vitzthum von Eckstedt, bevelhebber in Zweedse dienst.

Dromundt[1] undt h. Satler[2] bey der armee. Sie haben, weiss nicht, auss was versehen, etwas stösse bekommen, indem der Obriste Wopersnow[3] in einem dorff Besikow an der O. rew vom feindt überraschet worden, undt 3 standarten verlohren. Der Verlust des Volcks hat zwar nicht viel auff sich, weil sie schwach gewesen, doch aber, giebts der guarnison zu Landsberg etwas courage, auch so gar, dass sie vermeinen, sie wollten Wrangel die retraicte uff Stetin benehmen, damit Er zu seinem völlig content, die Ohder zu fassen nicht gelangen möge. Wir hoffen aber, Gott werde es anders dirigiren, undt H. Wrangell seiner sonderbahren prudentz nach, dieses geringen abbruch baldt ersetzen; massen sie dan hingegen den Obristen Funcken[4], Commendanten zu Landsberg gefangen bekommen.

Gott wolle interim den Success contra Galassium wahr werden lassen, undt arma Suecica droben segenen, dem E. Excell. ich damit eilig empfehle, undt stets bin deroselben dienstwilligster

Balthasar Schörling.

Hamburg, den 6 Xbris 1636.

Adres: A Son Excellence Monseig.r l'Ambassadeur Grotius.

Boven aan de brief schreef Grotius: rec. 15 jan n.st.

En in dorso: 6 dec. 1636. Schörling.

2892. 1636 december 17. Aan S. Bielke[5].

Illustrissime Domine,

Hyems ut aliarum rerum ita et eorum, quae nuntianda veniunt, sterilis est.

Rediit ab Anglia Ponica[6], spem dilectuum tum pro duce Bernhardo tum pro Suedia in ver rejectam ait; conscribi ibi aliquid militis magis in terrorem quam quod bellum parent et pro honore propinquorum se periculis - ut loquuntur - induant exuantque commerciis nunc si unquam lucrosis. Itaque videntur in pacificando ita se gesturi, ut gratiam sibi imperatoris[7] atque Hispani[8] pariant, cujusvis alterius damno, sicut cum Suedos Prussiae damno mulctarunt. Etiam Gallis video nostra non multum curari haud eo tantum argumento, quod pecunias jam olim debitas cunctantur solvere, sed et quod sermones injiciant de restituendis iis, quae bello possessorem mutarunt, in quibus et Pomeraniam exceptis aliquot maritimis locis includant, ipsi interim firmi retinere Pinerolium et Lotharingiae potissima. Itaque nobis nostra qua pace qua bello curanda erunt.

1 David Drummond, generaal-majoor in dienst van Zweden.
2 Philip Sadler, overste in Zweedse dienst.
3 Claes Wopersnaw, officier der cavallerie in Zweedse dienst.
4 Andreas Siegmund Funk, overste in dienst van keizer Ferdinand II.
5 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 107. Gedrukt *Epist.*, p. 287. Over Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
6 Tobias von Ponikau, raad en gezant van hertog Bernhard van Saksen-Weimar.
7 Ferdinand II.
8 Philips IV.

Duo principes regii sanguinis cum formidare se dicunt, formidandos se faciunt: perstant in emanendi proposito; frater regis[9] sic, ut urbes sibi tradi saluti

9 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.

suae tutandae flagitet; comes Suessionensis[1] ita, ut literis ad civitates et praefectos Campaniae scriptis non tantum se fratremque regium de libertate periclitatos dicat, sed ut et se testetur extra causam esse onerum plebis et belli: quae rex[2] - ad eum enim literae non resignatae ab iis, qui acceperant, missae sunt - ut turbamenta vulgi interpretatur.

Pacem certe ab omnibus Ordinibus hic desiderari satis apparet: idque videns cardinalis Riceliacus eam intra breve tempus pollicetur. Melo[3], legatorum Hispanicorum unus, iter Mediolano Coloniam incepit.

Germani, qui per Alpes, qua summae dicuntur, transeunt, ad tria millia negantur pertingere.

Rhaetos nisi paulo socialius tractent Galli, in periculo illis in locis res utrorumque erunt hoste duabus a partibus imminente armis et intus parante sibi factionem.

Arundelius[4] puto in Batavis jam est ab imperatore si nihil melius, certe spes blandas secum ferens.

Gallorum ad insulas[5], quas repetitum iverunt duas, nullos dum successus audimus.

Deus, illustrissime domine, fautor adsit et rebus nostris et illustrissimae dominationi Tuae.

Illustrissimae Dominationi Tuae observantissimus eique addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XVII Decembris novi Calend. 1636.

2893. 1636 december 18. Aan A. Oxenstierna[6].

Excellentissime Domine,

Quietis a bello per hiemem rebus sermonum materia sunt principum duorum, quibus praesentia non placent, consilia et paratus ad pacem.

Apud fratrem regium[7] post Guichium[8] fuit Chavigniacus[9], exceptus ab eo cum eo honore, quo debebat regis legatus; sed spei irritus rediit. Perstat enim regius frater aulam defugere diciturque praeterea poscere urbes securitatis suae pignora, quales olim Hugenottis datas magno cum gaudio Gallia non sine labore recepit. Addit siquis miles per Aurelianum mittatur, id sibi displiciturum causamque fore aliter sibi ut perspiciat. Semel e Gallia ejectus a cardinali[10] videt id ei non aeque facile vicinis ad tres fines hostibus et sibi, si urgetur, promtum transire Ligerim et movere validas et acri in rectores odio tumentes provincias.

1 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
2 Lodewijk XIII van Frankrijk.
3 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
4 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
5 Ste. Marguerite en St. Honorat.
6 Gedrukt *Epist.*, p. 288; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 279.
7 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van Lodewijk XIII.
8 Antoine, hertog van Gramont; zie VI, p. 543 n. 11.
9 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny.
10 De Richelieu.

At comes Suessionensis[11] Sedano literas misit ad Campaniae, quae praefectura ipsius est, civitates et eos, qui ibi cum imperio sunt civili aut militari. Literae

11 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

nec resignatae ad regem missae sunt, qui dure interpretatur, quod comes velut rem summam sui judicii faciens testetur tot onerum, quae plebem premunt, bellique hujus causas apud[1] se non esse[2] abitioni suae obtendens, quod et se et fratrem regis in carcerem dare propositum fuisset iis, qui res digito temperant. Credunt multi occasionem opperiri hos principes, ut, ubi bellum desierit, sine invidia ac sine hostium commodo sibi destinata exsequantur non defuturis adjutoribus.

Cardinalis interim Riceliacus communibus Galliae votis verba accommodans ait intra sex menses omnino pacem ubique fore. Et venit ad me his diebus Gothofredus is[3], quem comitem ac quasi magistrum iturum cum legatis[4] Coloniam scripsi[5]. Non posse evitari pacem ajebat tanto ejus apud populos desiderio deficientibus pecuniis etsi novae ad eas quaerendas viae tentarentur manifesto periculo. Honestissimam pacis rationem fore restitutionem omnium principum in jura vetera. In rege Galliae, quominus reddatur Lotharingia retento uno atque altero praesidio ad tutelam quietis moram non fore. Pinerolum et speciose retineri posse, quia specialis de eo cum Sabaudo[6] facta sit pactio, et necessario debere Italiae totius ipsiusque adeo pontificis[7] causa, ad quos ab Hispanorum, si quando opus sit, injuriis tenendos non alia sit via. Suedos sperabat contentos maritimis aliquot oppidis atque insulis fore.

Respondi generaliter eos, qui Suediam gubernarent, pacis aequae, communis atque honestae percupidos esse; caeterum intercessisse speciales et de Pomerania conventiones. Videndum nobis, ut in tuto sint amici, etiam ii, quos prava consilia a nobis abstraxere quique perire sine communi malo non possent, et ut quam longissime a Suedia amoveantur suspecti exercitus. Ceterum sic me aestimare cardinali Riceliaco, e cujus rebus pendeant Galliae consilia, utiliores fore indutias omnia, quae sunt loco relicturas quam pacem plenam, in qua agendum sit de regina matre[8], de matrimonio Lotharingico[9] et aliis ipsi aut periculum aut nimis odium facturis[10].

Heri ad me venit Ponica[11] ex Anglia referens spem dandi militis duci Vinariensi[12] non ante ver. In idem tempus differri arbitrabatur supplimenta, quorum Suedis spes facta esset, nempe ut hoc metu, si possent, conditiones ab imperatore[13] sibi meliores impetrent. Nam ne in bellum veniant Angli, facile impedituram factionem Hispanicam, a qua stet calidissimus quisque. Ab iis non taceri multo minore impendio in Anglia, Scotia et Hibernia terras Palatino dari posse quam bellum ejus causa adversus imperatorem Hispanumque[14] suscipi. Vereri multas,

1 De uitgave der *Epist.* heeft ‘a’.
2 De uitgave der *Epist.* heeft ‘adesse’.
3 Théodore Godefroy.
4 Zie voor hun namen p. 547 en nn. 3, 4 en 5.
5 No. 2881.
6 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
7 Urbanus VIII.
8 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
9 Het huwelijk van Gaston van Orléans met Margareta van Lotharingen, dat men door de Franse bisschoppen ongeldig wilde doen verklaren; zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
10 De uitgave der *Epist.* heeft abusievelijk ‘factura’.
11 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
12 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
13 Ferdinand II.
14 Philips IV.

ne archiepiscopi[1] molitiones per gradus quosdam rem ad papismum reducant. Se vero et comiter et magnifice habitum praedicabat.

Vidi his diebus apud me etiam comitis Nassavii Wilhelmi, Heusdae praefecti[2], filium[3], qui in cetero sermone arctas apud Batavos aerarii res atque inde indutiarum non desiderium tantum, sed et necessitatem indicabat.

Dixi sustentandum, donec in commune quid fieret. Ceterum quanquam et Gothofredus indutias Batavis procurandas mihi dixerat, cardinalem Riceliacum scio id agere largitionibus, ut etiamsi Gallia se bello eximat, illi tamen in bello maneant, et quod jam cum imperio Germanico pacis commerciorumque jura stabiliant, id ei maxime improbari principemque Arausionensem[4], ut talium suasorem, ob id incusari.

De Feuquerio[5] Davausioque[6], ut Coloniam eant, constitutum manet. Pro cardinali Lugdunensi[7], homine minime fraterni ingenii, quidam putant substitui Valettam[8] itidem cardinalem, Riceliaco fidum et rebus regnorum tractandis aptiorem.

Cardinalem Pasmannum[9] ab imperatore mitti vix credibile ajunt qui ista intelligunt, cum is Pasmannus Romae antehac imperatoris nomine rem ausus sit omni haeresi invisiorem, territare scilicet papam concilii universalis convocandi minis. Borgiam[10] quoque maxime pontifici exosum ab Hispano mitti vix est, qui credat. Optasse ducem Bernhardum ait Ponica, ut ipse ducis negotia curatum Coloniam eat. Verum se arbitrari multo utiliorem suam operam Lutetiae fore, unde ventura essent mandata, quorum finibus legati Gallici, Coloniae ubi erunt, coërceantur.

Comes Licestrius[11] cum in editis rumusculis legisset landgravium Casseliensem[12] armis Palatini ducem destinari, advocato ad se eo, qui res hic agit landgravii[13], percunctatus est, quo auctore id vulgaretur non dissimulans offendi Anglos tali fama.

Conventus locum sumtum Coloniae video jam multis Gallorum ob id displicere, quod non futurae sint in tuto literae per Hispani terras commeantes. Forte et hinc aliquid tricandi materiam rapiet Riceliacus.

Natalis Dominicus novos nobis Romae pariet cardinales.

Saepe mecum cogito fieri non posse, ut diu in forti proposito perstet Gallia non tantum ob gentis ingenium per se mutabile, verum etiam quod pretio pervia sint omnia in tanto luxu honorumque nundinis, deinde quod magis magisque in populorum animis gliscet de summa in res omnes papae potestate opinio injuncto iis,

1 William Laud, aartsbisschop van Canterbury.
2 Willem, graaf van Nassau-Siegen (1592-1642).
3 Maurits, op 17 juni 1638 onder de ogen van zijn vader gesneuveld.
4 Frederik Hendrik.
5 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
6 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
7 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
8 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
9 Petrus, kardinaal Pázmány; zie no. 2847, p. 517 n. 4.
10 Gaspard, kardinaal Borja y Velasco.
11 Robert Sidney, graaf van Leicester, extra-ordinarius gezant van Engeland in Parijs.
12 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
13 Jean Louis Sengel.

qui contradicere solebant, Sorbonae ac parlamentis, silentio, ipse autem papa, etiam hic, qui nunc in ecclesia regnat, Urbanus, per se haud factiosus, cogatur tamen se accommodare ad voluntatem Hispani, qui et ipsum et ipsius aulam tanto per Italiam dominatu velut obsessum tenet. Riceliacus autem non levi suo periculo jam sentit poenas, quod plus intra paucos annos quam qui ante eum fuere multis saeculis papae res promoverit, magno regni et regis malo. Etiam cum de matrimonio Lotharingico consulerentur episcopi, sententiam dicere nemo eorum ausus est aliter quam cum hac exceptione, ni aliter papae videretur. Ita homines magno labore quaerunt, quibus vinciantur compedes.

Gallos et antehac noluisse et nunc etiam nolle, ut dux Bernhardus trans Rhenum arma ferat, cum is id maxime velit, ait Ponica. Magna praeda potitus est ducis Bernhardi exercitus Ionvellae, sed doleo accusari fidem pactorum violatam.

Notus quidam mihi a Polonia primulum reversus ait regem[1] non spernendum cetera multum diei somno impendere; amicae autem delinimentis ita captum teneri, ut de uxore ducenda serio non cogitet. Famam ibi esse Duglassium[2] sibimet mortem conscivisse, dum poenam metuit, quod ante confectum Palatinae matrimonium[3] auxilia XXX navium Anglicarum obtulisset Polono, eaque re territis Suedis excussisset Prussiam.

De Rhaeticis relinquo Marino[4] suam provinciam; verum sic existimo, nisi Galli multum decedant de suo in eos rigore ac simul debitum diu auxiliis stipendium persolvant, rem in periculo esse abalienatis adeo sociorum animis, quo tempore hostis duabus imminet partibus ex Tirolano et e lacu Lario. Dux Parmensis[5] taedio rerum non mirum si aegrotat. Conatur ei Hispanum placare Etruscus[6].

Melo[7] legatorum ad pacem unus iter Coloniam incepit.

Qui per Alpes summas transeunt Germani plus III M esse non putantur.

In Aquitania non Socovae tantum, sed et Ciburii et Andoiae se permuniunt Hispani.

Lotharingiam equitatus vastam facit, tum ducum Caroli[8] et Francisci[9], tum Gallicus sub Longavillano[10].

Arundelius[11] jam, puto, in Batavis est, si non rebus certe spe onustus, quae apud credere volentes tantundem quantum res valet.

Insulas maris Ligustici[12] nondum, quantum ex fama discimus, oppugnarunt Galli: et arduum id negotium est.

Deus, Excellentissime et Illustrissime Domine, rebus Sublimitatis Tuae prosper adspiret.

1 Wladislas VII (IV).
2 Georg Douglas; vgl. no. 2500, p. 9 en n. 8 aldaar.
3 Er was sprake geweest van een huwelijk van de Poolse koning met Elisabeth, oudste dochter van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning, en Elisabeth Stuart, zuster van de Engelse koning Karel I.
4 Over Marini zie men V, p. 436 n. 4.
5 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
6 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
7 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
8 Karel IV, hertog van Lotharingen.
9 François Nicolas van Lotharingen; zie over hem V, p. 127 n. 12.
10 Henri d'Orléans, hertog van Longueville.
11 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
12 Ste. Marguerite en St. Honorat.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[1].

Lutetiae, 8/18 Decembris 1636.

Haec scribenti intervenit Ponica cras iturus ad cardinalem, qui ipsum illico ducem, quamprimum poterit, exspectat; volebat ducis nomine significari Sublimitati Tuae, quae consilia de se et exercitu suo is cepisset, ea necessitate expressa. Doliturum ipsi, quod non redeat in Germaniam hac hieme Tua Sublimitas, de se vero dicebat idem Ponica mandatum optatumque sibi ex Anglia in Pomeraniam transire, ut ibi Sublimitatem Tuam conveniret eique de rebus actis et imminentibus loqueretur. Sed intellecta Tuae Sublimitatis in Suediam profectione huc se vertisse iter. De ducis in rem Suedicam studio mira.

2894. 1636 december 18. Aan N. van Reigersberch[2].

Mijn Heer,

Wij hebben hier weder uit Engellant d'heer Ponnica[3], die daer wel is onthaelt ende beschoncken, doch niet en heeft uitgerecht dan dat men het versoeck van eenigh volck te geven aen mijnheer den hertogh van Weimar[4] heeft uitgestelt tot de voorsomer, gelijck hij oock meent uitgestelt te sijn gelijcke begeerte van Sweden. Middelertijdt sal men daer wat de botrai maecken van lichtinge om te sien, off men den keiser[5] daermede wat verder can brengen dan hij hem tot noch toe aen den grave van Arondel[6] heeft verclaert. Mijne opinie is, dat de Engelschen in de toecomende vredehandel sullen soecken tot costen van anderen dienst te doen aen den keiser ende Spaignie om haere conditiën te beter te maecken, sijnde gantsch niet genegen om in oorlogh te comen, alsoo sij seggen de saecken van staet nae de affectie van de maetschap niet en moeten gemeten werden ende dat men beter coop aen den palsgraef[7] landen can geven in Yrlant.

De discoursen van de Fransoisen loopen daerop, dat men haest sal moeten comen tot vrede; dat sij Pignerol moeten behouden, Lorraine wedergeven behoudende eenige plaetsen; dat men de princen van Duitschlant moet helpen in haer goedt; dat Sweden haer met eenige zeeplaetsen moet laeten contenteren; dat men Hollant moet helpen aen een trefves. Off sij dit laeste meenen, twijffel ick seer.

De eer, die Aysema[8] tot Regensburg geschiet, geeft hier onlust.

's Conincx broeder[9] vind niet goed te hoof te comen ende schijnt steden van verseeckerheit te begeren: een nieuwe swaericheit voor Vrancrijck. Dit is dat Mons.r de Chavigny[10], secrétaire d'Estat, van Blois heeft gebracht.

1 Naam en onderschrift ontbreken in de uitgave der *Epist.*
2 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 n. Eigenh. oorspr. Niet ondertek.
3 Tobias von Ponikau, raad en gezant van hertog Bernhard van Saksen-Weimar.
4 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
5 Ferdinand II.
6 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
7 Karl Ludwig, oudste zoon van de in 1632 overleden paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning.
8 Foppe van Aitzema; vgl. no. 2868, p. 552 n. 10.
9 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
10 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny.

De brieven, die den grave van Soissons[1] aen de steden ende gouverneurs van Champagne had geschreven, sijn gesloten gesonden aen den coning[2]. Hij seit, dat men hem ende Monsieur heeft willen vangen daerbij vougende, 't welck seer quaedt werdt gevonden, dat hij geen oorsaeck en is van de beswaernis van de gemeente nochte van dit oorlogh.

Den cardinael den Richelieu heeft aen verscheide personen geseit, dat wij binnen ses maenden generale vrede sullen hebben. Men twijffelt, off den cardinael de Lion[3] off den cardinael de la Valette[4] gaet nae Colen. Feuquières[5] ende d'Avaux[6] blijven vast. Colen werdt bij eenigen wat onbequaem geoordeelt, omdat de brieven over den Spaenschen bodem sullen moeten passeren.

Te Jonville heeft hertogh Bernhard grooten beurt gehadt. Maer men seit, dat de capitulatie bij de zijnen niet en is gehouden, dat mij leed is.

Soo de Fransoisen haer niet wat en vougen nae 't humeur van de Grisons ende gelt furneren aen de regimenten, souden de saecken wel quaelijck mogen afloopen, alsoo de Spaenschen van de lac de Como ende de keiserschen uit Tirol de Valteline soecken aen te tasten ende onder de Grisons ondertusschen wercken met belofte ende met gelt.

Den hertogh Parme[7] is sieck van swaeri[c]heit. Den G. hertogh van Toscane[8] ende oock den paus[9] soecken sijne saeck te accommoderen met Spaignie, maer het en can niet geschieden dan met sijne schade ende oock met naedeel van Italië.

Melo[10] is van Milan nae Colen. De Duitschen die nu van nieuws de Mont de S.^{t} Gothard passeren, werden gehouden te sijn tusschen 2000 ende 3000. De Spaignaerden fortifiëren haer in Guienne niet alleen te Socova, maer oock te Ciboure ende Andaye. De card. de la Valette is te Mets Eenige meenen, hij wel mochte gaen nae Colen in plaetse van die van Lion, die men hout te devoot ende niet seer bequaem tot saecken van staet, oock niet van 't humeur van sijn broeder nochte van sijne maximes. Die de saecke van Rome verstaen, geloven niet, dat Pasman[11] van de keiser - die voor dese te Romen den paus gedreicht heeft met de convocatie van een generael concilie, 't welck is de hoochste ketterie - nochte dat Borgia[12] - die soo opentlijck quaelijck is met den paus - vanwegen Spaignie werdt gezonden.

Lorraine werd bedorven bij de ruiterie. Hertogh Carel[13] heeft achthondert paerden te Miremont, de prins Fransois[14] te Longwy drieduisent te voet, vijf-

1 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
2 Lodewijk XIII.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
4 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
5 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
6 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
7 Odoardo Farnese.
8 Ferdinando II de Medici.
9 Urbanus VIII.
10 Francisco de Mello, graaf van Assumar, markies van Tor de Laguna.
11 Petrus, kardinaal Pázmány; zie no. 2847, p. 517 n. 4.
12 Gaspard, kardinaal Borja y Velasco.
13 Karel IV, hertog van Lotharingen.
14 François Nicolas van Lotharingen; zie V, p. 127 n. 12.

hondert te paerd. Vanwegen Vrancrijck heeft aldaer den hertogh van Longueville[1] drieduisent te voet, vijfhondert te paerd. De trouppes van Vrancrijck ende haer vrunden hebben wat schade geleden in het Montferrat. Wij verwachten hertogh Bernhard hier haest, meest tot conservatie van den cardinael[2] van wie mons.r de Guiche[3] wederom gaet nae Monsieur.

Mijne gebiedenisse aen de vrunden.

Den 18 Dec. 1636.

Ick bid uE. noch eens mijne papieren ende boecken, die bij d'heer Basius[4] sijn, niet te vergeten. Daer is mij om veel redenen aen gelegen.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 18 Decemb. 1636 van Paris.

2895. 1636 december 18. Aan N. van Reigersberch[5].

Mijnheer,

Losecaet[6], den 13 hier comende, heeft mij gebracht de uwen van den 1[7] ende 2 Dec.[8], maer die gesonden was door Harsolten[9] is niet gecomen, waerin ick meende particulariteit geweest te sijn van 't gerucht, dat daer loopt van onse tweede Sweedsche victorie, waervan ick noch geen seecker advys en hebbe. UE., hoop ick, sal mijnen langen brief[10], dien ick over drie dagen door couverte van mijnheer Spierinck[11] gesonden heb, wel hebben ontfangen. De stucken van Sijn Excellentie[12] sal ick verwachten ende daerop nae vermogen arbeiden.

Ick sal blijde sijn te verstaen wat daer is van Arondel[13]. Van lichtinge van volck voor Sweden in Engelant ben ick verseeckert door een Schotsche heer Forbish[14] ende door Ponnica[15].

Wat resolutie in uE. quartieren sal werden genomen op het onderhouden van de Compaignie, sal ick mede garen verstaen. Wilt bij Numerianus'[16] volck luisteren ende overschrijven, maer niet seggen, insonderheit in dese tijden, dat sulcx niet dan quaedt can doen.

1 Henri d'Orléans, hertog van Longueville.
2 De Richelieu.
3 Antoine, hertog van Gramont; zie VI, p. 543 n. 11.
4 Rekenmeester mr. Johan Base.
5 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 m. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. o.m. op nos. 2861 en 2832; beantw. dd. 20 januari 1637 (dl. VIII).
6 Diderik, zoon van Frederik van Losecaat en Adriana de Groot.
7 No. 2861.
8 Ontbreekt.
9 No. 2859. Voor Harsolten, Simon van Haersolte, zie no. 2861, p. 544 en n. 1 aldaar.
10 Vermoedelijk no. 2869 dd. 5 december; ‘over drie dagen’ is dan een verschrijving voor ‘over dertien dagen’.
11 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
12 Frederik Hendrik; ter zake zie nos. 2854 en 2861.
13 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
14 Graaf Arvid Forbes, Schots bevelhebber in Zweedse dienst.
15 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
16 Codenaam voor Amsterdam.

De consideratie van de cours, die Cimons volck[1] stelt, is seer bedenckelijck boven andere insichten, soo 't publijcq als 't particulier raeckende. Conde uE. gelegentheit toelaeten over te comen, 't waer mij lief, ende wij souden eene vacantie wel passeren.

Den br[i]ef ontfangen van de heer Camerarius[2] is mij niet ter handen gecomen ende ben wel verwondert in soo langen tijdt van mijne soon[3] niet te hebben.

Van de saecke Galilei[4] heeft d.Hortensius[5] aen mij ende aen d'heer Diodati[6] geschreven. Ben blijde, dat deselve een goede train neemt, al waer het dat ick - quod mihi saepe evenit - sonder danck soude arbeiden.

De soon van graeff Willem van Nassau[7] is van goed oordeel ende spreeckt op allerlei materie wel te propoost. Hij is in een Academie, daer onsen Dideric[8] mede hem geëxerceert, dewelcke ick noch wensche eenigh eerlijck employ te connen vinden, daerin hij oeffent, 't gunt hij geleert heeft. Soo men hem daer tot sulcx niet helpen en can, moet ick sien, wat ick bij hertogh Bernhard can doen.

In onze predicatie crijgen wij niet alleen veel geschicte lutherschen, maer veel gereformeerden uit Switserlant, Pals, Hessen, die allegader seggen wel gesticht te zijn.

Dusverre geschreven hebbende, ontfang ick uE. brief van den 10 Nov.[9] ordine praepostero veel ouder dan anderen alrede bij mij beantwoordt. Dat uE. seit van de advysen met circumspectie te deli[be]reren(?), vinde ick goedt. Ick sende cijfer ende jargon. Wilt mij adviseren van de receptie.

Veelen hier meenen den graef van Arondel[10] is gescheiden met tamelijck contentement ende dat men tot Colen de saeck haere perfectie sal geven. Dat hetgunt sij in Vrancrijck hebben gedaen ende 't consenteren van eenige lichtinge maer middelen sijn geweest, om den keiser[11] tot accoord te bewegen, heb ick altijd gelooft.

Voor Sweden is wat lichting geschiet in Schotlant sonder tractaet. Wat Joachimi[12] sal geopent hebben, sal ick garen weten. Augurere niet goeds, bijsonder uit de nieuwe toerustinge van de Engelschen ende uit haere discoursen.

Ick heb M. Graswinckel[13] sijn schrift weder gesonden met een corten brief sonder mijn advijs daerover te geven.

Mijn oudste soon[14] heb ick geschreven, dat t'huis soudt comen. Wilde hem mijnheer Spierinck gebruicken ende gewennen naerstigh te sijn, 't waer mij lief.

1 Cimon is een codenaam voor de Republiek of de Staten-Generaal.
2 De Zweedse gezant in Den Haag, Ludwig Camerarius.
3 Vermoedelijk Pieter, die voor zijn studie in het vaderland verbleef.
4 Zie over Galileo Galilei V, p. 489 n. 7. Ter zake zie men Grotius' brief aan Laurens Reael dd. [20 september 1636], no. 2765.
5 Over Maarten van den Hove zie men V, p. 490 n. 1.
6 Elias Diodati uit Genève; hij bevond zich te Parijs.
7 Maurits; zie over hem en zijn vader no. 2893, p. 590 nn. 2 en 3.
8 Grotius' jongste zoon, die zich na een verblijf in het vaderland weer te Parijs bevond.
9 No. 2832.
10 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
11 Ferdinand II.
12 Albert Joachimi, heer van Hoedekenskerke, ordinarius Staats gezant in Londen.
13 Zie betreffende Theod. Graswinckel en zijn tegen John Selden gericht geschrift no. 2588, p. 143 en n. 2 aldaar.
14 Cornelis, die zich in Duitsland bevond.

Ick wil hem wel van clederen onderhouden ende sonder gagie laeten arbeiden, in qualiteit als edelman.

Van Galilaeus heb ick uE. gebeden te vernemen, dat van mij gewach is gemaect bij de Staten-Generael. Tot een effen reeckening sal ick arbeiden. Als men niet seecker en is van Calaber[1] iet goeds te wachten tot eer ende reputatie, soo is mij de confidentie in de advysen zeer indifferent: ende dencke om het vaersken.

Ne nomen subeas, quod dicitur offici perdae[2].

Met Cesar[3] hoop ick wij door uwe diligentie haest een einde sullen hebben.

Desen brief met de cijfer sende ick door een bekende, een ander met de tijdingen door den ordinarise.

Vaert wel.

Den 18 Dec. 1636.

UE. gelieve doch te maecken, dat ick mijne papieren ende boecken become, die bij mijnheer Basius[4] sijn.

In dorso schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 18 Decemb. 1636 wt Paris.

2896. 1636 december 22. Van S. Bielke[5].

Magnifice ac Generose Domine, Domine amice observandissime,

Quod hisce M.D. Vestram compello, causa subest privata Chemnitii cuiusdam[6] ex hac urbe Stetinenti oriundi, in qua ipsi negotium haud facesserem, ni humanitas eius mihi nota foret ac privatae huic publica quoque caeterorum, si quos in captivitatem duci contigerit, inesset. Inserviit is a primo quasi ingressu Sacrae Regiae M.tis Domini olim mei clem.mi[7] gloriosae memoriae, in Germaniam rebus Sueticis nec inutilem saepius navasse visus est operam. A dedita vero hosti Ratisbona - in qua urbe negotia S.R.M.tis ac regni administrabat - regi christianissimo[8] operam suam condixit idque conscio ac non dissentiente Ill.mo Domino regni cancellario[9]

1 Schuilnaam voor Frederik Hendrik.
2 Cato, *Disticha de Moribus ad filium* IV, 42, 2; zie editie Boas, *Disticha Catonis* MCMLII Amstelodami, p. 250. Onder de naam Cato of Dionysius Cato gaat een verzameling latijnse zedespreuken schuil, die in de derde eeuw na Chr. werd uitgegeven en in de middeleeuwen op de scholen als leesboek in gebruik was.
3 Codenaam voor Rotterdam; het betreft de door Grotius en namens hem ondernomen pogingen om zijn salaris als pensionaris alsnog uitbetaald te krijgen.
4 Rekenmeester mr. Johan Base (Basius).
5 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 14. Eigenh. oorspr. Beantw. dd. 12 februari 1637 (dl. VIII). Over Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
6 Martin Chemnitz, Zweedse hofraad (1596-1645), krijgsgevangen in Wenen.
7 Gustaaf II Adolf.
8 Lodewijk XIII van Frankrijk.
9 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

usique eo sunt suae Maiestatis Galliarum in Germania legati interque eos dominus Sanctichamontius[10].

10 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van de Franse koning bij Oxenstierna in Duitsland.

Cuius dum negotia per Westphaliam fido huc illuc defert ministerio ac imprudentius forte meat, interceptus a caesareis ac Brisaccum post temporis spatium aliquod abductus est, ubi nunc ferreis vinclis manus pedesque in crucis modum constrictum immaniter haberi aiunt. Etsi ergo ea res christianissimum regem propius contingat, cuius obeundis negotiis e libero homine captivus effectus est nec dubitem Dn. Sanctichamontium, quantum potest, liberando homini collaturum; nolui tamen deesse petitioni matris Dni Chemnitii honestissimi loci viduae[1] hisce meis commendatitiis sese juvari postulantis, maxime quod hominem rebus nostris antehac addictum non deserendum existimarem, quo aliis, quos similis casus aliquando, ut humana omnia fluxa sunt, occupare posset, isthac firmetur animus sollicitudine.

A M.^{a} itaque D.V.^{ra} quanto possum opere contendo, velit sibi libertatem dicti Dni Chemnitii curae ac cordi habere, et cum S.^{mo} rege Galliarum vel praecipuis suae M.^{tis} ministris agere, ut vel soluto pretio, vel captivorum permutatione facta, - neutrum n. effectu valde difficile foret - e squallido emissus carcere libertati ac suis tandem restituatur. Cedet hoc in gloriam Gallici nominis Vestraeque M.D.^{is} non postremus honor futurus est liberati fidi utriusque coronae ministri nec intermittent mater ac filius depraedicare tantam humanitatem omnibusque quibus possunt studiis grati animi testificationes edere. Me quoque haud levi ornatum beneficio existimabo, dum operam meam non frustra intervenisse intellexero.

De caetero Deum precor, ut M.D.V.^{rae} faustissima quaeque largiatur, cui officia mea defero.

Mag.^{ae} ac Gn.^{ae} D.V.^{rae} ad officia paratissimus
Sten Bielke.

Dab. Stetini, d, 12/22 Decemb. Ao. 1636.

Boven aan de brief schreef Grotius: Rec. 2 Ian. 1637.

2897. 1636 december 22. Van Willem de Groot[2].

Frater optime,

Jam nunc a Curia domum venienti affertur nuntius epistolas, siquas habeam, illico mitti oportere, quare has quae per aliquot dies penes me fuerunt, ad te deferri curavi, latius ipse scripturus, ubi uberior se obtulerit materia.

Nunc nihil aliud habeo, quam quod multis hic in ore est victoria, quam Banerius[3] contra Gotsium[4] obtinuit; quae illi ad liberandam Hamerstenam et tentandam etiam, si ita videbitur, Coloniam iter sternit.

1 Margarethe (†1650), dochter van de jurist Heinrich Camerarius (1547-1601).
2 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 24. Eigenh. oorspr. Wellicht tesamen met nos. 2862 en 2870 beantw. dd. 15 januari 1637 (dl. VIII).
3 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
4 Johann, graaf von Götz, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.

Ordines Hollandiae post longas deliberationes constituisse jam audio aliquid de centuriis militum non quidem plane exauctorandis, sed minuendo stipendianorum numero, ut ii centuriones, qui antea centum et vigenti praefuere militibus, nunc tantum octuaginta habeant.

Senator Reygersbergius[1] promittit se per has ferias Roterodamense negotium[2] accel[er]aturum, siqua fieri potest; ego ecquid Delfis proficere possum, videbo.

Uxor mea[3] bellule valet tibique ac uxori et liberis[4] suo nomine omnia felicia precatur.

Vale.

Tibi obsequentissimus frater
Guilielmus Grotius.

Raptim Hagae, XXII Decembris 1636.

In margine:

De Losecatii[5] ad (te) adventu necdum quid int(ell)exi; rogo, ut quamprimum ea sollicitudine liberemur.

Adres: A Monsieur Monsieur Grotius, Ambassadeur de la Reine et couronne de Suède vers le Roy Trèschrestien A Paris.

In dorso schreef Grotius: 22 dec. 1636 W. de Groot.

Boven aan de brief schreef hij: Rec. 15 Ian.

2898. 1636 december 22. Van N. van Reigersberch[6].

Mijn Heer,

In drie dagen heb ick vier van uwe brieven ontfangen, den eersten van den 14 Nov.[7], den lesten van den vijfden deser[8], hetgene ick te patienter heb opgenomen, omdat andere mede in lange niet en hebben gehadt. Maer dat valt mij wat moyelijck, dat onder deselve sijn eenyge soo qualijck, eenyge met soo bleecken inckt geschreven, dat de letteren noch kenbaer, noch leesbaer en sijn, waerop uEd. voortaen sal gelieven te letten. Mogelijk, dat bij mij altemet gelijck abuys wert begaen, waervan ick mij oock wil wachten.

Den heer Spierynck[9] heeft aengenomen te sorgen, off commoditeyt tot addresse van brieven over Engelant ende Brabant vinden kan; dan oordeelt geen over Brabant als ongeteyckent behooren te werden gesonden. Onder sijn Gestr. couvert off dat van den heer Camerarius[10] sullen de mijne wel schuylen; meent, men die aen monsieur Heuft[11] soude connen bestellen. UEd. kan oordeelen ende sijn bedencken seggen; aen seeckere ende spoedyge correspondentie is alles gelegen.

1 Nicolaes van Reigersberch.
2 Het betreft de pogingen door Grotius en namens hem ondernomen om zijn achterstallige salaris als pensionaris van Rotterdam alsnog uitbetaald te krijgen.
3 Alida Graswinckel; zij had op 18 november het leven geschonken aan een dochter, Françoise.
4 Alleen Cornelia en Diederik waren thuis.
5 Diderik, zoon van Frederik van Losecaat en Adriana de Groot.
6 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., M 9 k. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Antw. op o.m. nos. 2839 en 2869; wellicht tesamen met nos. 2861 en 2869 beantw. dd. 15 januari 1637 (dl. VIII). Gedrukt Rogge, *Br. Nic. v. Reigersb.*, p. 314.
7 No. 2839.
8 No. 2869.
9 Petter Spiring Silvercrona, raad van financiën van Zweden in Duitsland.
10 De Zweedse gezant in Den Haag, Ludwig Camerarius.
11 De Parijse bankier Johan H(o)eufft, die zowel voor Zweden als voor Frankrijk financiële zaken behartigde.

De heeren Staten scheyden desen naermiddach op reces om tegens den

sevenden Iann. wederom bij den anderen te commen. Sij hadden garen tot onlastynge van de finantiën, redres van militaire discipline, tot cassatie van eenyge troupes, daer sij geen fons toe en weten, gecommen; dan de insichten van sijn Ex.[tie1], Staten-Generael, Rade van State, oppositiën van den heer Van Charnassé[2] hebben dat voornemen tot noch toe, hoewel Hollant eens is geweest, gestuyt. Men oordeelt seer bedenckelijck in desen tijt volck te licentiëren. Andere meenen, men het noemt casseren, maer inderdaet maer ondersettynge soude wesen, blijvende in effecte hetselve volck, maer de officieren gemindert ende hetgene aen de solliciteurs wert gegeven ende wt de compangiën moet werden gevonden geretrancheert.

Den grave van Arondel[3] is vandage acht dagen van Ceulen gegaen ende heeft saterdach te Tiel geweest; vandage wert hier gewacht.

De coninginne[4] heeft advisen, dat naer sijn vertreck den keyser[5] hem een expressen met een brieff heeft naergeschickt, die hij geweygert heeft te ontfangen, maer gesloten heeft terugge met die hem bracht gesonden. Evenwel kan men hier niet gelooven, dat eenyge vigoureuse resolutie bij Engelant sal werden genomen, dat nochtans nodych is, soo sij op de handelynge van Ceulen van consideratie wesen willen.

Hollant heeft tot noch toe niemant tot het tractaet gedeputeert ende is niet sonder reden, soo eenyge swaerhooffdych sijn in het succes van die bijeencomste, hoewel voor desen staet minst sal wesen te bedyngen: uti possidetis ita possideatis et vim fieri veto[6].

Naer de tijdyngen nu dagelijckx commen schijnt het, dat accessus niet heel tutus sal wesen. Gotse[7] saeckt naer dese frontieren ende Bannier[8] volcht hem op de hielen. Men meent hij Bannier wijckt ende het kan wel sijn, maer naer apparentie om hem te verstercken met het volck van Picolomini[9] ende Ian de Waert[10], tegens welcke geconiungeerde macht het is te vreesen, Bannier ende Lesle[11] niet sterck genouch sullen wesen, hoewel het volck van den lantgrave[12] oock daerbij is. Veele meenen, off den generael Bannier het ooch soude hebben om in het Sticht van Ceulen te overwinteren, hetwelck schijnt de nabuyren nu met beter oogen sullen aensien als wel dat den conynck van Sweden[13] eerst over

1 Frederik Hendrik.
2 De ordinarius Franse gezant in Den Haag, Hercule Girard, baron van Charnacé.
3 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
4 De koningin van Bohemen, Elisabeth Stuart, weduwe van paltsgraaf Frederik V, de Winterkoning.
5 Ferdinand II.
6 Justinianus, *Digest.* XLIII, 17, 1, (Ulpianus, *Lib. sexag. nono ad edict.*: ... possidetis, quo minus ita possideatis, vim fieri veto.).
7 Johann, graaf van Götz, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
8 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
9 Ottavio d'Arragona, prins van Piccolomini, hertog van Amalfi.
10 Johan van Werth, veldmaarschalk in keizerlijke dienst; zie no. 2558, p. 97 n. 16.
11 Melchior de L'Isle, sieur de Hunnewald, Saint-Hyppolyte en Dangolsheim, jurist. Hij was tot 1628 hoogleraar te Bazel en werd daarna hoofd van de raad van landgraaf Wilhelm V van Hessen-Kassel, werd door Lodewijk XIII met een aantal missies belast en was van 1632 tot 1644 zijn resident in Straatsburg.
12 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
13 Gustaaf II Adolf; op 7 december 1631 was hij de Rijn overgestoken om Mainz aan te vallen, dat zich op 12 december overgaf.

den Rhijn quam. Gotse, seyt men, is met Hatsvelt[1] ontrent Dortmont in Westphalen ende is Bannier eenyge dagen geleden te Cassel gepasseert, hebbende Marburch ende het lant van den lantgrave van Darmstat[2] wt doen plunderen.

Het wert gelooft, dat de electie van den Roomsen Conynck[3] noch niet en is geschiet ende noch soude connen haperen. Hoe den biscop van Spier[4] hem tot Donnewaert in een clooster heeft gesalveert ende van daer sijn stem gesonden, daerbij hij den conynck van Vranckerijck[5] kiest tot Rooms Conynck, sal uEd. al hebben gehoort, alsmede dat den keyser van Gallas[6] niet wel en is gecontenteert ende de brieven, die hij door Collaldo[7] hadde gesonden, in sijn presentie in stucken heeft gescheurt. De troupes van Gallas hebben wij advisen dat over thien duysent niet sterck en sijn.

Mijn cijfer verwachte ick ende wat [ickl Calaber[8] sal hebben te antwoorden.

Valerius[9] is in seer groote ombrage van Aelianus[10]. Met Simonides[11] hebben meest gesproocken, daer Zosimus[12] voor Vindex[13] mede heeft te doen gehadt.

Dat den gouverneur van Corbie[14] soude gevangen off geëxecuteert sijn, weet men hier niet. Dat den Tarter[15] in Polen is gevallen, wert geschreven. Dat de Spaense wt Guienne sijn vertrocken, hare galeyen bij de Franse schepen sijn beseth, seggen ons de Fransoisen.

Den lantgrave is van Bremen naer Cassel gegaen. Dat den heer rijxcancelier[16] desen winter overcomt, heeft weynych apparentie.

Desen 22 Decemb. 1636.

Desen gaet den ordinaris wech, omdat ick geen andere en weet; meene het traech bestellen door contrarieteyt van wint, weynych commoditeyt van schepen wert veroorsaeckt.

Adres: Mijn Heer Mijn Heer De Groot, Raet ende Ambassadeur van de Coninginne ende croon van Sweden bij den Alderchristelijcksten Conynck.

In dorso schreef Grotius: 22 Dec. 1636. N. Reigersberg.

En boven aan de brief: Rec. 25 Ian.

1 Melchior von Hatzfeldt und Gleichen.
2 Georg II, landgraaf van Hessen-Darmstadt.
3 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
4 Philipp Christoph von Sötern, bisschop van Spiers, keurvorst van Trier; zie V, p. 473 n. 1.
5 Lodewijk XIII.
6 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
7 Graaf Rambaldo Collalto, bevelhebber in keizerlijke dienst.
8 Schuilnaam voor Frederik Hendrik; vgl. ter zake nos. 2854 en 2861.
9 Schuilnaam voor Ludwig Camerarius.
10 Schuilnaam voor Petter Spiring.
11 Codewoord voor geld.
12 Schuilnaam voor de ordinarius Franse gezant in Den Haag, Hercule Girard, baron van Charnacé.
13 Codenaam voor Frankrijk.
14 De Belg George de Brimeu.
15 Kantemir-Mirza; zie over hem no. 2611, p. 175 n. 9.
16 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.

2899. 1636 december 23. Aan Bernhard van Saksen-Weimar[1].

Excellentissime atque illustrissime princeps,

Ex colloquio D. Ponicae[2] magis magisque cognosco Celsitudinis Tuae animum erga rem Suedicam, praeterea ex literis ejusdem ad me Ionvella datis[3] clementem in me benevolentiam. Pro hac gratias ago, quantas debeo, daboque operam, ne eo favore indignus unquam videar; de illo certiores faciam, ut et feci antehac eos[4], quorum in manu est res Suedica, fructusque ejus amicitiae egregios a Deo optabo.

Novi nihil ferme est quod nunciem, cum de rebus Germanicis, quae nobis satis sunt prosperae, recentiora quam ego acceperit D. Ponica.

Literas a magno cancellario[5] habui Stockholmia VIII Octobris veteris Calendarii[6], ex quibus intelligo eum gravibus tum belli tum pacis deliberationibus in patria hanc certe hyemem detineri. Recepi et Stetino D. Stenonis Bielke[7], legati Suedici, literas, XXII Octobris datas dicti Calendarii[8], ex quibus cognosco majorem etiam, quam praedicata est, fuisse hostium cladem ad Witstochium, cum CLX (?) signa nostrorum in manum venerant, praeterea haud multo post a nostris Vetere Stetino egressis caesam partem hostilis equitatus, cui minor Burgstorfius[9] praeerat apud Paitzum.

Pacis negotium lente promovetur ab Hispanis, qui tuti itineris literas, quales rex Galliae[10] pro Hispanicis legatis[11] miserat, pro Gallicis mittere cunctantur, quod Bressaeo[12] cardinalis Lugdunensis[13] suffectus sit, cavillantes.

Ratisbona quoque scribitur non multum et ibi properari. Si Deus armis Suedicis dederit, quales dare coepit, successus, id non exiguum erit tardis incitamentum. D. Feuquerius[14] jam huc vocatus est, ut Coloniam eat; paratus est et Davausius[15].

Deus cuncta haec ad optimum commune gubernet, idemque, Excellentissime atque Illustrissime princeps, T.C. fautor adsit.

Celsitudini Tuae ad omnia obsequia addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XIII/XXIII Decembris 1636.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 108. Gedrukt *Epist.*, p. 289.
2 Tobias von Ponikau, raad en gezant van hertog Bernhard.
3 Niet meer aanwezig.
4 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
5 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
6 No. 2802.
7 Betreffende Sten Bielke zie no. 2658, p. 241 n. 9.
8 Ontbreekt.
9 Georg Ehrentreich von Burgsdorf (1603-1656), jongere broer van Konrad von Burgsdorf (1595-1652).
10 Lodewijk XIII.
11 Zie voor hun namen no. 2864, p. 547 n. 5.
12 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
13 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
14 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
15 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.

2900. 1636 december 23. Aan Ch. Marini[1].

Monsieur,

J'ay donné l'addresse à la vostre du troisiesme de ce mois n. st. à monsieur le grand chancelier[2] qui continue à se tenir en Suède iusques à ce qu'on voye plus clair ce que sera de la paix ou de la guerre.

Quant à la paix le roy de France[3] les passeports pour les ambassadeurs d'Espagne[4], mais le roy d'Espagne[5] n'en a pas faict de mesme pour ceux de la France[6] se poinctillant sur le changement qu'on a faict d'avoir mis le cardinal de Lion[7] au lieu du marescal de Bressé[8]. Le cardinal Ginetti[9] qui est seul à Cologne a faict faire des instances par le nonce[10] qui est à Bruxelles vers la royne-mère[11] pour contribuer tout ce qu'elle pourra à la paix.

Monsieur de Feuquières[12] est appellé icy pour se transporter à Cologne. Mais à Ratisbone il semble qu'on ne se haste pas non plus qu'à Madrid.

Cependant Gallas[13] avec toutes ses forces a faict reculer celles de France deçà la Saône.

Je n'ay pas de lettres fresches d'Allemagne, mais les advis de tous costez mettent le marescal Banier[14] dans la Thuringue et nous donnent Erford.

Je suis bien aise de l'ordre qu'on met au payement des troupes Grisonnes et le sera d'advantage quand ie verray l'affaire de la Valteline réduit à quelques termez modérez. Nous verrons aussi si l'entremise du pape et du grand duc[15] pourront sauver le pauvre duc de Parme[16], la France en ce temps ayant tant d'affaires chez elle en trois endroicts, estant envahie par les ennemis et outre cela les mescontentements ne manquans pas au dedans que difficilement pourra elle s'employer pour les amis au dehors.

On travaille tousiours pour contenter monsieur le frère du roy[17] et le comte de Soissons[18] ou pour le moins le contenir dans le repos. Et pour le printemps les Hollandois se remueront et le progrez de nos armées en Allemagne apportera du soulagement à la France.

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 108. Antw. op no. 2867; tesamen met nos. 2863, 2871 en 2889 beantw. dd. 12 januari 1637 (dl. VIII). Betreffende Marini zie men V, p. 436 n. 4.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Lodewijk XIII; hier zijn enige woorden uitgevallen.
4 Voor hun namen zie men no. 2864, p. 547 n. 5.
5 Philips IV.
6 Vgl. no. 2899, p. 601.
7 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon.
8 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
9 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
10 Waarschijnlijk de internuntius Richard Paul Stravius (± 1590-1654); vgl. V[aant.], p. 261 n. 8.
11 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
12 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
13 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van Ferdinand II.
14 De Zweedse maarschalk Johan Gustavsson Banér.
15 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
16 Odoardo Farnese.
17 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
18 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.

Je demeure, monsieur,
vostre serviteur très humble.

Ce 23 Décemb. 1636.

2901. 1636 december 23. Van Ch. Marini[1].

Monsieur,

Pour responce de la vostre du 3 de 9bre[2] ie vous envoye l'enclose de monsieur le gran chancelier[3] ne pouvant vous escrire mon sentiment de beaucoup de choses pour ce coup à cause de la maladie de ma femme[4] qui continue desià plus que trois mois, les afflictions domestiques me talonnent de tous costés. Tous nos biens sont tellement gastés par les François qu'il n'y a point d'espérance de les pouvoir redresser dans 4 ans moins le vendre à cause des gran misères qui y sont. Ce néantmoins il faut que ie me maintiene conforme ma charge, outre la famille qui m'accroist les despences. Monsieur le résidant Mukel[5] m'a bien aidé de quelque 600 dalers, mais c'est bien fort peu au regard de ma nécessité et de ce que ie dois. Mais ie veux espérer que nos affaires continuant en telle prospérité monsieur le gran chancelier me favorisera avec plus grosse somme en un temps où les vivres s'enchérissent de iour à autre.

Cependant ie m'estonne bien qu'on n'embrasse point les occasions qui se présentent en Transylvanie pour avec la diversion d'icelle acheminer les affaires à une raisonable paix. Dieu nous la donne bonne en vous conservant, monsieur, en parfaite santé et moy en vostre bonne grâce qui suis éternellement

Vostre serviteur très obligé
Marini.

Ex loco noto, 13/23 Xbris 1636.

Adres: Mr. Grotius.
In dorso schreef Grotius: 23 Dec. 1636 Marin.
Boven aan de brief: Prius scripta posterius recepta.
en: rec. 16 Ian. 1637 n. st.

1 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Betreffende Marini zie men V, p. 436 n. 4.
2 Ontbreekt.
3 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
4 Alessandra Paravicini Capelli.
5 Friedrich Richard Mockhel, resident in Benfeld.

2902. 1636 december 26. Aan L. Camerarius[6].

Illustrissime Domine,

Manet hic etiamnum comes Licestrius[7], quanquam minatus abitum, agitque

6 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 109; copie Uppsala, UB., cod. 388a, ep. 60. Gedrukt *Epist.*, p. 290. De copie te Uppsala wordt ontsierd door een aantal schrijffouten. Geadresseerde, Ludwig Camerarius, was Zweeds gezant in Den Haag.

7 De extra-ordinarius Engels gezant in Parijs, Robert Sidney, graaf van Leicester.

cum Gallis, quantum intelligi potest, non tam ad bellicam societatem ineundam, quam ut pacem futuram suos utrique in usus vertant.

Pacem cardinalis Riceliacus, ut brevi futuram, sperari jubet, eo justius, quod comes Suessionensis[1] scriptis ad Campaniae civitates literis ejus desiderium professus inde vulgi gratias captat[2]. Et literae tuti itineris sponsores jam a Gallis pro Hispanicis legatis[3] missae sunt. Non remisere suas Hispani nolentes pati, ut cardinalis aliquis a Gallis mittatur, et videntur Galli ea cogitatione abstituri[4].

Reginae matri[5] reditus et bonorum suorum fructus ostentatur, si abs se segreget consiliorum, quae hactenus secuta est, auctores. Frater regius[6] tempus hoc sibi oportunum ratus petit a rege[7] aut approbari matrimonium[8] aut sine mora rem judicari gnarus papam[9] a se stare nec quicquam, quod ei damnetur, ausuros Galliae antistites, cum et dato antehac responso suo adjecerint exceptionem, nisi pontifici aliter videatur. Si rex ratum facere conjugium nolit, urbem aliquam ad sui tutelam postulat neque causam suam dissociare vult a comite Suessionensi, ad cujus res inspectandas missus Sedanum est Iustellus[10]. Dux Vinariensis[11] multum in hac aula exspectatus, quominus veniat, a Galassio[12] impeditur, qui contractis in unum copiis ipsum multo imparem coëgit ea, quae trans Ararim sunt[13] ipsi derelinquere, ac nisi confestim auxilia duci mittuntur, etiam ducatus Burgundici possessionem; habet enim pontem, cum Gallis partietur idem Galassius. Ponica[14] ab Anglia redux spes inde adfert, sed quas haud magni facit, praevalida illic ea, quae nobis adversa est factione. Rhaeti a Gallis pecunia partim in milites partim in homines apud populum gratiosos data placantur. Parmensis[15] dicitur adversis subactus respectare ad Hispani[16] cupita medio Ethrusco duce[17]. Feuquerius[18] huc properare jussus est, ut cum Davausio[19] - quis princeps sit futurus legationis in obscuro adhuc est - Coloniam eat. Deus cuncta haec in bonum vertat orbis christiani, Tuaeque Illustrissimae Dominationi prospera det omnia.

Illustrissimae Dominationi Tuae omni cultu observantiaque addictissimus
H. Grotius.

Lutetiae, XVI/XXVI Decembris MDCXXXVI.

1 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
2 De copie te Uppsala heeft evenals de uitgave der *Epist.* ‘captet’.
3 Zie voor hun namen no. 2864, p. 547 n. 5.
4 Dit woord ontbreekt abusievelijk in de Haagse copie.
5 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
6 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
7 Lodewijk XIII.
8 Men trachtte Gastons huwelijk met Margareta van Lotharingen ongeldig te doen verklaren; vgl. *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
9 Urbanus VIII.
10 Christophe Justel; zie over hem III, p. 212 n. 8.
11 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
12 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in dienst van keizer Ferdinand II.
13 De copie te Den Haag heeft ‘sint’.
14 Tobias von Ponikau, raad en gezant van hertog Bernhard.
15 Odoardo Farnese, hertog van Parma.
16 Philips IV.
17 Ferdinando II de Medici, groothertog van Toscane.
18 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
19 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.

Adres: Ludovico Camerario, Reginae Regnique Sueciae Consiliario et Legato apud Praepot. Ord. Foeder. Belgii.

Boven aan de brief in de copie te Uppsala in margine: Redd. 1637 d. 11/21 Janua.

2903. 1636 december 26. Aan A. Oxenstierna[1].

Excellentissime Domine,

Mitto literas comitis Suessionensis[2] ad civitatem Trecensem, cujus tenoris sunt et aliae ad civitates Campaniae. Accusatur illud in fine literarum, quod desiderium pacis et levandae plebis ostentando censorem videatur agere imperii et se jactare auris popularibus. Accedunt ejusdem ad regem[3] literae, satis et hae grandiloquae, nec pro exulis fortuna. Mitto et responsum, quod frater regis[4] Chavignio[5] praescriptum dedit, in quo difficilis regi proponitur electio. Nam et probare matrimonium[6] ex domo, quae gravissime se a Gallia laesam queritur, periculosum est et post tot collectas ad id rescindendum et parlamenti et episcoporum auctoritates parum dignitati conveniens; et, si id negetur; dare urbem, cui ut pignori incumbat, non tantum fidei publicae aliquam habet sugillationem, sed et, ut priorum temporum docent exempla, belli semen.

Sunt qui putant cardinalem[7], cum pacem videat inevitabilem, sponte concessurum ea, quae alioqui hostibus pactio et pontificis[8] majestas sint extortura. Et de matrimonio eo posse permitti minore cum noxa, quod ejus feminae futura sterilitas - ita enim ex signis quibusdam judicatur - et fratris regii inconstans animus facturi sint, ut facile vilescat gratia.

Sic et, ut altera pacis mora tollatur, de regina matre[9] difficultas laborat cardinalis, Guenettii[10] Coloniae negotia quaerentis jussu is, qui Bruxellae est, pontificis nuntius[11] eo perducta jam re, ut non revocetur quidem, quod ipsa speraverat, sed si redire sponte velit, sinatur aut, si scribere ad regem velit, benignum responsum exspectet multum a nuntio rogata, ut quicquid potest ad pacem conferat tantoque bono, siquid est privatim durum concoctu, condonet. Iam permota est, ut sine Chantelupio[12] et Sanctogermano[13], tot libellorum in cardinalem fabris, parata videatur reverti, sed ita tamen, ut illos quoque sub communi obliviscendarum offensarum lege comprehendi velit. Sed de his, quid futurum sit, dies docebit,

1 Gedrukt *Epist.*, p. 289; *Oxenst. Skrifter* 2. afd. II, p. 283.
2 Louis de Bourbon, graaf van Soissons. Zie voor deze brief Le Vassor, *Hist. de Louis XIII*, Tome IX, p. 49 v.
3 Lodewijk XIII. Zie voor deze brief bijlage no. 2.
4 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
5 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny.
6 Men trachtte Gastons huwelijk met Margareta van Lotharingen op 3 januari 1632 in het geheim gesloten door de Franse bisschoppen ongeldig te doen verklaren; vgl. *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
7 De Richelieu.
8 Urbanus VIII.
9 Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
10 Martio, kardinaal Ginetti, pauselijk afgevaardigde ter vredesconferentie.
11 Waarschijnlijk Richard Paul Stravius; vgl. V[aant.], p. 261 n. 8.
12 Jacques d'Apchon de Chanteloube, oratoriaan, toegewijd volgeling van Maria de Medici; hij is gestorven te Brussel in 1641.
13 Mathieu de Morgues, sieur de Saint-Germain; zie over hem V, p. 132 n. 8.

quae, ni fallor, antequam expleantur colloquia, satis erit longa. Nam Hispani pro legatis Gallicis[1] tuti itineris sponsores literas, quales Hispanicorum in usum Galli miserant, cum novissimus inde venit tabellarius, non misere perseverantes conqueri, quod pro Brezaeo[2], cui parem delegerant, substitutus sit Lugdunensis cardinalis[3]. Adjuvat hanc conjecturam, quod ab Aysema[4] scriptum memoraveram nuper[5]; ita existimari Ratisbonae intra sex menses nihil magni actum iri.

Is Aysema apud Ognatium[6] visus est Ratisbonae, privato forte impulsu aut imperio principis Arausionensis[7]. Nam publica mandata nulla habet: imo vetitus est de indutiis serere sermonem. Si verum est, super qua venerat re, illum accepisse responsa, quae e Batavis huc ad nonullos perscribuntur, inde quoque apparet quaesitis cunctationibus tempus ab Austriacis duci. Haec enim sunt capita, quae adjecta restitutioni pristinae inter Germaniam Batavosque pacis et commerciorum dicuntur. Quod haec pacta non debeant praejudicare juri nec domus nec imperii: - dicuntur pati, ut similiter apponatur salvo et ordine Belgicorum jure - reservari casum extremae necessitatis cessionem[8] residuarum provinciarum et Indiarum - haec vero adjectio, quanquam dicitur captandae servandaeque tantum Hispani[9] gratiae fieri, non totam evertit -, si Hispani vellent restituere, loca imperii - non puto ego futurum, ut id dicant Hispani, nam et Cameracum imperii est et Trajectum ad Rhenum et multa alia - an Ordines quoque idem offerrent; renuntiatio foederum contra caesarem[10] et imperium - facilis solutio est nulla esse talia -; evacuatio landgravii[11] et Suedorum ex Westphalia - id vero ab electoribus[12] praepositum jam abiret extra terminos status medii: Batavosque amicis hostes faceret - debent pacta unicum habere finem et scopum ad faciendam totalem pacem et quasi interim durare - hoc postremum Batavis necessitatem imponit induciarum cum Hispano -.

A Rusdorfio[13] aliisque Ratisbona quae adferuntur literae nihil habent de morte Bavarici infantis[14]. Offerri Arundelio[15] restitutionem inferioris Palatinatus sub lege permittendae ibi romanae religionis additoque, ut Angliae rex[16] se pacis ejus, quae fiet, custodem fore profiteatur. De superiori Palatinatu et de dignitate electorali negotium aut propiori transactioni aut judicio servari. De alternanda electione mentionem non ferre Bavarum. Additur dixisse rex Hungariae[17] Arun-

1 Zie voor hun namen no. 2864, p. 547 n. 4.
2 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
3 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, oudste broer van de eerste minister.
4 Foppe van Aitzema.
5 Zie no. 2881, p. 574.
6 Don Iñigo Veléz de Guevara y Tasis, graaf van Oñate.
7 Frederik Hendrik.
8 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
9 Philips IV.
10 Ferdinand II.
11 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
12 Zie voor hun namen VI, p. 381 n. 13.
13 Johann Joachim von Rusdorf, staatsman in dienst van de Palts en van Zweden.
14 Over Ferdinand Maria, zoon van keurvorst Maximiliaan van Beieren vgl. no. 2881, p. 571 en n. 1 aldaar.
15 Thomas Howard, graaf van Arundel; zie V, p. 318 n. 12.
16 Karel I.
17 Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II.

delio pacem ita faciendam, ut et Palatini et Lotharingi, quantum aequitas feret, ratio habeatur.

Indidem scribitur Mansfeldium[1] in Silesiam contra Wrangelium[2] mitti, in Prussia Truxesium[3] imperatori[4] conscribere XV^{m} militum et ab ipso praerogari pecuniam. A Ragotskio[5] victos proelio Turcas bassarumque aliquos captos.

Hic qui sunt ab Anglia legati[6] cum Gallis agunt nonnunquam tentati tamen, an, si intra definitum diem non reddatur Palatinatus uterque cum electoratus jure, conjungere sua cum Gallicis arma velint; haesitant tractantque interim de commerciis aliaque id genus leviora negotia, quanquam persto credere posse et foedus aliquod inter ipsos Gallosque fieri ita valiturum, si pax cum Hispano fiat. Venturos ad arma Anglos tum ob alia credibile non est, tum quia parant se in ver, ut Batavos piscatores vectigales iterum faciant, magno gentis illius dolore et Hispani gaudio.

Controversia, quae nuper exorta erat inter cardinalem Valettam[7] et ducem Bernhardum[8], nata erat ex delectu locorum ad stativa. Nunc Valetta Metis agit et parlamenti senatum conspectu suo semper praefectis gravem Tullos removet. Dux Bernhardus Gallorum auxiliis ex parte nudatus ita gravem sentit Gallasium[9], qui contracto quod poterat copiarum in ea loca[10] se intulerit, ut coactus sit cum suo omni milite se cis Ararim recipere, ne ibi quidem in tuto futurus, quando pontem in sua potestate habet Gallasius, nisi novis hinc copiis firmetur. Ea, quominus in urbem veniat, quod alioquin desiderat cardinalis Riceliacus, mora est.

Ad conficiendos XXXV milliones, de quibus scripseram[11], in annum sequentem, cum agri non sufficiant, ad urbes itur immunes antehac speranturque ab iis corradi posse XX milliones, quorum duos et semissim haec civitas sit toleratura, octavas mercedum, quas domus pendunt soluturis dominis ex altera parte, ex altera vero conductoribus.

Iam nunc ad mulcendum reginae matris animum promittuntur ei de suis reditibus L millia scutatorum menstrua. Questa est apud pontificis nuntium[12], quod pontifex paternam curam ad ejus calamitates tam sero verteret. Praeter postulata fratris regii, quae ut perscripta ab eo data sunt transmitto, ore insuper petiit, ut de domestico suo ministerio ipse sibi prospicere sinetur utque pecunias suis sumptibus destinatas ex arca quaestorum provincialium reciperet in posterum nec sibi cum Bulionio[13] res esset, tanto tricone nummario: qui quotiescunque in odio se esse sentit ut nunc, abiturum se de praefectura aerarii minatur nec abit tamen.

1 Philipp, graaf van Mansfeld.
2 De Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel.
3 Johann Anshelm Truchsess, graaf van Waitzenhausen, generaal in dienst van de keizer.
4 Ferdinand II.
5 Georg Rákóczi, vorst van Zevenburgen.
6 Johan Scudamore en Robert Sidney, graaf van Leicester, resp. ordinarius en extra-ordinarius Engels gezant in Parijs.
7 Louis de Nogaret d'Epernon de La Valette.
8 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
9 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in keizerlijke dienst.
10 Dit woord ontbreekt in de uitgave der *Epist.*
11 No. 2881, p. 574.
12 Wellicht Richard Paul Stravius; vgl. V$^{\underline{aant.}}$, p. 261 n. 8.
13 Claude de Bullion.

In Campaniam, qui absentis comitis Suessionensis locum impleat, mittitur Castilionaeus[1].

Princeps Condaeus[2] in aulam advocatur, ne omnes regii sanguinis sibi infestos habere credatur cardinalis et is, dum rem faciat, quidvis perferet.

De eximenda belli malis utraque Burgundia agi audio. Feuquerius[3] jam hic vocatus est, ut Coloniam eat non cessurus, quantum audio, Davausio[4], qui priorem sibi in hac legatione locum deberi existimat. De cardinali aut Lugdunensi aut alio mittendo cogitationem jam a Gallis abduci edoceor.

Legatus ab Anglia extraordinarius, qui mihi resalutationem debebat, misit aliquoties horam petitum, deinde excusatores misit. Excusavit se et ordinarius, quem ego vice ad me reversa salutare decreveram. Causam esse suspicor, quid interrogari, ut factum est aliquoties, metuunt de iis, quae nunc cum Gallis agunt, ne aut falsa dicere cogantur aut ante tempus aperire, quae celata cupiunt. Nec caret res suspicione, quo et sermones quidem me ducunt, cudi inter eos conditiones futurae pacis, ex ipsorum magis quam ex nostro commodo. Et quominus protestantium res prosperas cordi esse Anglis credam, facit magna in eo regno aut pontificiorum aut certe ad pontificios multa inflectentium auctoritas. Quo magis intenditur protestantibus communi consensu ac constante boni publici respectu se ac sua in tuto collocandi necessitas.

Deum rogo, Excellentissime atque Illustrissime Domine, ut reginae serenissimae[5], regno Tuaeque Sublimitati adsit propitius.

Tuae Sublimitatis cultor devotissimus
H. Grotius[6].

Lutetiae, 16/26 Decembris 1636.

Quin rex romanus[7] electus sit, nemo dubitat hic amplius.

Monavius[8], monachus vafer, a Sabaudo[9] huc missus pacis negotio se immiscet.

Ionvella non ultra tenetur a Gallis et periculum est damni majoris, ac proinde nulla spes hoc tempore, ut in Germaniam eat dux Bernhardus.

Ab aula veniens Ponica[10] sermonem injecit de non probatis pactionibus cum S. Chaumontio[11] factis; dixi duplices fuisse pactorum delineationes, quae hinc ad regem, inde ad reginam perferrentur. Ceterum iniquum esse, ut qui quotidie suas praebent aures, occludant alienas. E bono publico fore, si intellectis utrinque iis, quae intelligi oportet, postea aliquid statuatur in commune utile.

1 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
2 Henri de Bourbon, prins van Condé.
3 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
4 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.
5 Christina van Zweden.
6 Naam en onderschrift ontbreken in de uitgave der *Epist.*
7 Op 30 december 1636 werd Ferdinand, zoon van keizer Ferdinand II, tot Rooms koning gekroond.
8 Pierre Monod S.J. (1586-1644), biechtvader van Christine, hertogin van Savoye, zuster van de Franse koning.
9 Vittorio Amedeo, hertog van Savoye.
10 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
11 Melchior Mitte de Miolans, markies van St. Chaumont, speciale gezant van de Franse koning bij Oxenstierna.

Haec ei dixi ut homini, quem mea dicta in aulam deportaturum haud nescirem.

Adres: Axelio Oxenstiernae, Sacrae Reg. Maj. Regnorumque Sueciae Senatori et Cancellario.

2904. 1636 december 26. Aan N. van Reigersberch[1].

Mijn Heer,

Den laesten Sonnendagh is graef Mauris van Nassau[2], soon van graeff Willem[3], bij ons te kerck gecomen ende te gast gebleven, alwaer wij de gesontheit van mijnheer den prins van Orange[4] niet en hebben vergeten.

Ick sende uE. het antwoord bij Monsieur[5] gegeven aen den graef van Chavigny[6] ende de Guiche[7]. Tot stede van seureté te geven sal men hier niet licht comen, hebbende voor desen de swaericheden daervan geproeft. Van het huwelijck[8] en is te Rome niet te wachten conform de intentie van den coning[9] ende de bisschoppen van Vrancrijck en sullen niet derven doen dan onder 't welbehagen van den paus[10].

Ick sende oock twee brieven van den graef van Soissons[11] aen den coning ende aen de steden van Champagne. In dese laeste werdt qualijck geduit, dat hij capteert de gunste van de gemeente met sijn affectie tot de paix ende ontlastinge van deselve gemeente, ende meteene de regiering, soo 't schijnt, daermede in 't ongelijck stelt.

Den coning van Spaignie[12] heeft noch geen pasporten gesonden voor de Fransche ambassadeurs[13], gelijck de Fransoisen voor de Spaenschen[14] hebben gedaen, poinctillerende op de surrogatie van den cardinal de Lion[15] in plaetse van den marescal de Bressé[16], die geen lust toont te hebben om te gaen. Evenwel is de heer Feuquière[17] ontboden om sich op de reis te begeven, waertoe oock mons.r d'Avaux[18] gereedt is. Ick denck Sweden niet senden en sal met qualiteit

1 Hs. Amsterdam, UB., coll. RK., R 3 o. Eigenh. oorspr. Niet ondertek. Beantw. dd. 25 januari 1637 (dl. VIII).
2 Zie over hem no. 2893, p. 590 n. 3.
3 Willem, graaf van Nassau-Siegen; zie no. 2893, p. 590 n. 2.
4 Frederik Hendrik.
5 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans, broer van de Franse koning.
6 Léon le Bouthillier, graaf van Chavigny.
7 Antoine, hertog van Gramont; zie VI, p. 543 n. 11.
8 Men trachtte het huwelijk, dat Gaston van Orléans op 3 januari 1632 in het geheim gesloten had met Margareta van Lotharingen, door de Franse bisschoppen ongeldig te doen verklaren; zie *Merc. Franç.* XX, p. 849 vv. en p. 989 vv.
9 Lodewijk XIII.
10 Urbanus VIII.
11 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
12 Philips IV.
13 Zie voor hun namen no. 2864, p. 547 n. 4.
14 Hun namen in no. 2864, p. 547 n. 5.
15 Alphonse Louis du Plessis de Richelieu, kardinaal-aartsbisschop van Lyon, broer van de eerste minister.
16 Urbain de Maillé, markies van Brezé.
17 Manasse de Pas, markies van Feuquières.
18 Claude de Mesmes, graaf van Avaux.

van ambassadeur, nochte met last om te handelen, maer alleen om te hooren ende te adviseren.

Wij verstaen den heer Aysema[1] vremde articulen sijn voorgestelt op de neutraliteit: quod haec pacta non debeant preiudicare iuri nec domus nec imperii[2]. Dit en is niet vremdt als reciproquelijck oock gestelt werdt nec ordinum. Maer reservatio casuum extremae necessitatis provinciarum et Indiarum, hoewel geseit werdt alleen gestelt te sijn om den Spaignard te behagen, maect het heele werck los. De vrage, si Hispani vellent restituere loca imperii an ordines quoque idem offerrent, can licht beantwoordt werden met te begeren dat de Spaignaerden haer eerst verclaren. Renuntiatio federum contra caesarem[3] et imperium can licht gesolveert werden, gelijck gesitueert is, seggende nulla esse facta. Maer de Sweden ende den landgraef[4] uit Westfalen te doen vertrecken, dat gaet buiten termen van neutraliteit. Dat alles moet strecken tot een gemeene vrede (?) is tijdelijck. De advysen van Regensburg seggen ons, dat den resident van Venegië[5] den heer Aysema, selve niet verwachtende, heeft gevonden bij Ognate[6] hebbende d'heer Aysema sijne coets op een ander plaets gelaeten. Wij verstaen oock vandaer, dat de Nederpaltz datelijck werdt gepresenteert; maer den Opperpals ende het churfurstendom uitgestelt tot justitie ofte naerder handelinge, begerende den Spaignaerd geene andere recompense voor sijne costen dan dat Engelant sich obligert tot mainctenement van de paix, waeronder den palsgraeff[7] ende den hertogh van Lorraine[8] op seeckere conditiën souden sijn begrepen. De Engelschen werden bij de Fransoisen versocht een corten tijdt te willen nemen binnen dewelcken, soo de restitutie van den heele Pals ende 't churfurstendom niet en geschiet, sij haer nevens Vrancrijck souden verclaeren. Maer sij en willen niet aenbyten (?).

Naedat ick uit d'heer Ponnica[9] verstae, sijn de cloecste in Engelant aen de Spaensche zijde; tot de alternative chur wil Beyeren niet verstaen.

De coninginne-moeder[15] is bij ordre van Ginetti[11] bij de nuntius te Bruissel residerende[12] begroet ende versocht het best te willen doen in de paix ende haere particuliere interesten aen het gemeen over te geven. Sij heeft geseit verwondert te sijn, dat den paus soo laet om haer denckt. Den cardinael de Richelieu siende, dat haer wedercomste niet en can werden ontgaen, als men sal handelen, doet haer beloven vijftigh duisent croonen ter maent uit haer goed ende dat sij mach comen in Vrancrijck, als sij wil, sonder verwachten ontboden te werden, ofte, soo sij daerom wil schrijven, dat men haer beleefd sal antwoorden. Wilt, dat zij de

1 Foppe van Aitzema.
2 Zie G. Das, *Foppe van Aitzema*, p, 148 en *ib.*, p, 138 n. 1; vgl. no. 2903 aan Axel Oxenstierna, p. 606.
3 Ferdinand II.
4 Wilhelm V, landgraaf van Hessen-Kassel.
5 Giovanni-Battista Ballarino.
6 Don Iñigo Veléz de Guevara y Tasis, graaf van Oñate.
7 Karl Ludwig van de Palts; zie VI, p. 285 n. 3.
8 Karel IV, hertog van Lotharingen.
9 Tobias von Ponikau, raad en gezant van Bernhard van Saksen-Weimar.
15 aant. Maria de Medici; zij verbleef in de Zuidelijke Nederlanden.
11 Martio, kardinaal Ginetti, door Urbanus VIII ter vredesconferentie afgevaardigd.
12 Richard Paul Stravius; vgl. V aant., p. 261 n. 8.

autheurs van de dissensiën quiteert, Chanteloup[1] ende S.^{t} Germain[2]. Sij seit wel tevrede te sijn sonder die in Vrancrijck te comen op 's conincx woordt, maer begeert, dat die personen soowel als anderen in de generale amnestie sullen sijn begrepen.

Van de princesse Margarite[3] begint men nu te seggen, dat sij onvruchtbaer is ende dat daerom het huwelijck geen quaedt en can doen ende sij haest onwaerd sal sijn.

Van Lorraine te restutueren, houdende eenige plaetsen, werdt gesproocken. Pignerol is een groote difficulteit ende oorsaec van meest alles quaedt in Italië.

De Spaignaerd heeft door de laeste bode noch geen passeport gesonden voor de Fransche ambassadeurs, gelijck de Fransoisen voor de Spaenschen gedaen hadden, disputerende noch op de verandering die men wil doen, stellende den cardinael de Lion in plaetse van den marescal de Bressé. Feuquière is al hier ontboden om te gaen nae Colen.

't Schijnt de Spaensche nu minst haesten, mogelijck staende om iet te sluiten met Engelant, eer men te Colen in handeling comt, ende haer aldaer te gebruicken.

't Schijnt niet, dat de tijding van de doot van het Beiersche kindt[4] continueert.

Mansfeld[5] werdt bij den keiser[6] in Silesië tegen Wrangel[7] gesonden, ende Truxis[8] gaet om in Pruyssen 15000 man te lichten voor den keiser ende 't gelt te verschieten. Galas[9] is soo sterck gevallen op hertogh Bernhard[10], dat hij aen dese sijde van de Saone heeft moeten wijcken.

Men spreect van beide de Bourgogniën in neutraliteit te stellen. Monsieur, boven hetgunt ick in geschrift sende, begeert de vrije dispositie over sijne domestycquen ende sijne pensioneren te ontfangen uit de rentemeesters in de provinciën sonder te behoeven te doen te hebben met Bulion[11]. Chastillon[12] gaet commanderen in Champagne in plaetse van den graef van Soissons; crijgt gemeenlijck odieuse commissiën. Den cardinael de Richelieu om niet te schijnen ontbloot te sijn van alle 's conincx bloed ontbied den prins van Condé[13].

Men hoopt 20 millioenen voor het toecomende jaer te vinden in de steden uit het achtste paert van de huire van de huisen, halff ten laste van den eigenaer, half ten laste van den huirder.

Den graef van Nassau, die bij mij is geweest, wordt bij eenige gesolliciteert tot het pausdom ende heeft eenige twijffelingen. Ick sal hem dienen, daer ick can.

1 Jacques d'Apchon de Chanteloube; zie no. 2903, p. 605 n. 12.
2 Mathieu de Morgues, sieur de Saint-Germain; zie V, p. 132 n. 8.
3 Margareta van Lotharingen; vgl. p. 609 n. 8.
4 Vgl. no. 2881, p. 571 en n. 1 aldaar.
5 Philipp, graaf van Mansfeld.
6 Ferdinand II.
7 De Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel.
8 Johann Anshelm Truchsess, graaf van Waitzenhausen, generaal in dienst van de keizer.
9 Matthias, graaf Gallas, generaal-majoor in keizerlijke dienst.
10 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
11 Claude de Bullion, surintendant des finances.
12 Gaspard de Coligny, graaf van Châtillon.
13 Henri de Bourbon, prins van Condé.

't Schijnt d'Engelschen hier iet handelen, dat sij voor ons bedecken, apparentelijck de conditiën van de paix raeckende. Ick verstae oock de Fransoisen nu de gedachten van een cardinael nae Colen te senden laeten vaeren.

Mons. Justel[1] is van hier nae Sedan gesonden om te letten op den graeff van Soissons' actiën; 's conings broeder blijft in vrese, dat men volck wil senden nae Blois toe, tegen hem.

UE. gelieve doch gedachtich te zijn mijne papieren tot mijnheer Basius[2]; twijffele nyet, off daer zijn oock boecken bij, beydes is mij noodigh.

Jan de Waert[3] ende Piccolomini[4] sijn overal naer getrocken sonder eenige schade gedaen ofte geleden te hebben.

Den 26 Dec. 1636.

Hertogh Bernhard heeft Ionville moeten quiteren.

Een monick van Savoye, Monao[5] genaemt, arbeid seer tot de paix ende heeft gehoor bij de Engelschen. Aliquid moliuntur. Sophi[6] ende Vindex[7] hebben tesamen noch niet gesloten. Elck is vrij. Van de electie van een Roomsch Coning[8] is geen twijffel meer.

In margine schreef Van Reigersberch: Broeder de Groot, den 26 Decemb. 1636.

2905. 1636 december 26. Aan J.A. Salvius[9].

- - - -

Eur. Hl. gute gesundtheit - Welche der liebe Gott uns beijderseits nach zu langwiehrigen Zeites in gnaden ferner verleyhen wolle - mit erfreurelichem

gemühte vernommen. Bedancke mich auch dienstfl. vor gecommunicirte adviss met frl. bitte, Seiner guten gelegenheit nach weiter also darmit zu continuiren, welches denn ingleichen, wann etwas notables dieser örter vorfallen möchte, von mir nicht unterlassen werden soll.

Belangende E. Hl. Rechnung von behörlichem Deputat, so habe ich E. Hl. nur bishero zugesandte Rechnungen oder specificationen übersehen, undt befinde alles conforme derselben. Undt auf das aber nun Eur. Hl. vor dasjehnige, so E. Hl. bis zum ult.^{o} Xbris dieses 36ten Jahres, wie auch, umb E. Hl. zu favorisiren auch vor das künfftige halbe Jahr, nemlich bis ult.^{o} Junij ao '37 zugleich zuekombt ehists gecontentiret werden möchte, alss habe ich gute Vorsorge vor E. Hl. getragen - welche auch also zu continuiren ich kegenst. E. Hl. als meinem insonderss lieben freunde undt Intimo, mich hirmit willigsterbiethen thue - undt eine General Rechnung hierüber aufs fleissigste verfertigenn lassenn, welche ich auch E. Hl. hier inliegendt übersende, daraus E. Hl. ersehen wirdt, das Ihme so wohl vor seine verschossene gelder, als auch vor sein behörlich Deputat bis zum künfftigen ultimum Junij anni 1637 die Summa Rx. 13204= zuekompt. Ich zweiffele nicht, E. Hl. werde solche Rechnung d'accordo befinden. Imfall aber wieder verhoffen einige unrichtigkeit darinnen befunden werden solte, alss bitte mir ehiste meldunge darum zu thun, damit gute richtigkeit gepflogen werden möge.

Undt dieweill denn Herr Jean Heufft[1] mit briefen vom 12 stanti aus ... mir meldet, das er die gelderen, so ich Ihme, umb wegen der hochlöblichl. Crone Schweden au E. Hl. zu bezahlen, ordiniren thun, an E. Hl. bezahlen wil, alss schreibe undt ordinire ich nebenst diesem wohlgemelten H. Jean Heuft, das er obgedachte Summenn, nemlich Rx. 13204=, mit dem ehisten, als es immer wirdt sein können, an E. Hl. richtig bezahlen solle. Welche gelder also E. Hl. von Ihme zu empfangen, undt mir den succes als dann zu anhero zu berichten belieben wolle.

Herr Jean Heufft schreibet mir zwar, das er 20 m. Rx auf mein schreiben, so ich vor diesem an Ihn soll gethan haben, an E. Hl. ablieferen wolte. Es ist aber solches nicht meine meinung, undt kann wohl sein, das wegen einer Partey 2 mahl in meinen briefen gedacht worden sey, und also Hl. Jean Heufft meine meinung nicht recht verstanden haben mag. Wie ich Ihme denn auch solches hirmit berichte, undt vermelde, das die vermeinete 20000 Rx von keiner würden seyen, sondern das an stelle der selben die obengedachte Summa der Rx. 13204= an E. Hl. bezahlet werden solle, den Rx rechnende à 50 stüber hollandtsch. Welches E. Hl. zur freundtl. nachricht dienen wolle.

Ins ubrige E. Hl. undt alle so Ihme lieb sein nach herzlicher wünzschunge aller gedeyelichen prosperitet göttlicher gnädigen schirmhaltunge ich ganz trewlichst hirmit empfehlen thue, undt verbleibe

Eur. Herl. stets dienstbefliessener
Petter Spierinck von Norshollen.

Datum Haagh, 18/28 Xbris A.^{o} 1636.

N.B. Wenn E. Hl. künfftig an mich schreiben wollen, so wollen Sie solche ihre briefe unter coverto am h.^{r} Michel le Blon[2], bey mir, Peter Spiering, in dem

1 De Parijse bankier Johan H(o)eufft, die zowel voor Frankrijk als voor Zweden financiële zaken behartigde.
2 Betreffende Michiel le Blon zie men V, p. 413 n. 8.

haag zu erfragen, dirigiren, und belieben selbige nach Douwres an S.r Simon de Thosse[1], kaufmanne daselbsten zu addressiren, welcher als dann dito briefe weiter zu anhero spediren wirdt, p. adviso.

2907. 1636 december 29. Aan Willem de Groot[2].

Mi frater,

Annus est et ultra, quod Mileterius[3], magnus olim partis Rupellanae antistes et D. Tileni[4] adversarius, librum edidit Gallice, pertinentem ad conciliandos romanenses cum reformatis[5], quo proposito nescio. Alii dicunt hominem sibi non displicentem - idque satis apparet - appetere magnae rei gloriam. Alii, inops cum sit, ali eum cardinalis[6], cui operam navat aperteque dedicat, beneficio. Qui interius hominem norunt, benignius ejus propositum interpretantur; adversis edomitum animum a factionum[7] bellique consiliis ad pacis desiderium flexisse. Salmasius[8] vetus[9] ei amicus est neque de eo male sentit.

Iam menses aliquot sunt, cum librum edidit latinum[10], in quo ea, quae involutius dixerat, explicat, non tamen sine latebris aliquibus, praesertim ubi de primatu in ecclesia agit deque eucharistia.

Varia fuere judicia eorum, qui plane pontifici[11] parent, eorum, qui Calvinum acriter sectantur, et quorundam in utroque grege temperatorum[12].

Molinaeus[13] diu exspectato missum ad se librum excepit duro responso[14], ut et priorem fecerant tum ipse tum Rivetus[15].

1 Niet nader geïdentificeerd.

2 Copie Amsterdam, UB., coll. RK., III E 1[165]. Gedrukt *Epist.*, p. 864; *ibid.*, p. 295 (met als postscriptum een passus uit de brief aan Willem van 15 januari 1637). De Amsterdamse copie is praktisch gelijkluidend met *Epist.*, p. 295. Zij heeft bovendien met andere hand dan die, waarmede de copie zelf geschreven is:
bovenaan de brief: Guilielmo Grotio Hugo Grotius S.P.D. Hagam;
bovenaan in margine: De Mileterio item de iis, quae circa gratiam universalem controvetuntur;

in margine ter vertaling van ἀσυστάτοις: male cohaerentibus;
in margine ter verklaring van ἀνώνυμος: supresso authore nomine.
Voorts gedrukt *Ep. Eccl.*, p. 793.

3 Théophile Brachet de la Milletière, protestants theoloog.

4 Daniel Tilenus; zie over hem III, p. 34 n. 5.

5 Zie V, p. 368 n. 10.

6 De Richelieu.

7 *Epist.*, p. 295 heeft 'factione'.

8 De Franse klassiek-filoloog Claude de Saumaise, hoogleraar te Leiden.

9 Dit woord ontbreekt in *Epist.*, p. 864.

10 *Christianae concordiae inter Catholicos et Evangelicos in omnibus controversiis instituendae consilium, unà cum elucidatione primariae controversiae de fidei per Christi gratiam dono et divinâ praedestinatione* 1636.

11 Urbanus VIII; *Epist.*, p. 295 heeft 'Pontificiis'.

12 *Epist.*, p. 295 heeft 'temperatiorum'.

13 Pierre Dumoulin; zie over hem III, p. 158 n. 10.

14 *Ivgement de Monsievr Dv Movlin svr le livre dv sievr de La Milletiere.* M.DC.XXXVI, p. 7.

15 De gewezen Leidse theologie-professor André Rivet. Bedoeld is de in 1635 te Sedan verschenen uitgave *Lettres de MM. Rivet, de La Milletière et Du Moulin*.

Rescripsit Mileterius Molinaeo false satis[1], quippe Gallico sermone, quo plus valet, et quaedam dixit ad Molinaeum pertinentia non vane. Cameronis[2] sententiam de praedestinatione et gratia - nam de his quoque egit libro illo latino[3] et fuse aperteque satis - ita probat, ut emendet aitque voluntati isti Dei de servandis omnibus, quam Camero agnoscit, consentaneum esse, ut in iis, qui non convertuntur aliquid, sit quod ipsis fuerit evitabile. Arminio[4] tamen consentientes adeo non vult videri probare, ut dicat solum fuisse Cameronem, qui ipsis os occluserit. Post unum eximium ejus gregis debellatum - Tilenum - neminem ausum exsurgere, nisi unum, dissimulato nomine. - Episcopium[5] intelligit -.

Huic extremo Mileterii scripto Daillaeus[6] suum opposuit[7] latinius sane quam erat Mileterii, sed satis aculeatum. In eo, quod miror, synodi Dordrechtanae[8] decreta magnificat: cum iis tamen conciliare vult illas sententias de Dei voluntate ad servandos homines, miris effugiis et *ἀσυστάτοις*.

Dignam arbitror hanc occasionem, de qua cogitent, qui ibi sunt, viri eruditi, si forte ex hoc collisu[9] durorum satis hominum lucis aliquid excitetur.

Iampridem curaveram ad D. Episcopium mitti quae Amiraldus[10] et Testardus[11], discipuli et hi Cameronis, eo de argumento scripserant[12], putaveramque illum ea, quae olim Camerone vivente scripsit[13] pro sui libelli, qui *ἀνώνυμος* exierat[14], defensione eodemque mortuo, ne cum larvis luctaretur, suppresserat, nunc reficta nonnihil editurum vel in hoc maxime, ut istud *σοφὸνφάρμακον* de voluntatis immobilitate, nisi quatenus ab intellectu determinatur, quo haud dubie Deus causa statuitur inevitabilis culparum omnium, etiam primae denudatura[15] ob oculos ponatur, si qui forte inde rem non tam per se quam tractantium vitio obscuram pervidere incipiant.

1 *Ivgement*, p. 12.
2 Over John Cameron zie men IV, p. 4 n. 5.
3 Zie voor de titel p. 614 n. 10.
4 Jacobus Arminius; zie IV, p. 4 n. 7.
5 Simon Episcopius; zie IV, p. 4 n. 7.
6 Jean Daillé, Frans protestants theoloog.
7 *Lettre de Jean Daillé, ministre du Saint Évangile, à un sien ami, sur les plaintes faites contre lui et ses collègues*, Charenton, 1636.
8 *Epist.*, p. 295 heeft 'Dordracenae'.
9 *Epist.*, p. 295 heeft 'oblisu', *Epist.*, p. 864 'collegio'.
10 Moïse Amyraut; zie over hem VI, p. 185 n. 16.
11 Paul Testard, sieur de La Fontaine, predikant te Blois. Resp. *Traité de la prédestination*, Saumur 1634 en *Pavli Testardi Blaesensis Ecclesiae Reformatae Blaesensium Pastoris EIPHNIKON Sev Synopsis Doctrinae De Natvra Et Gratia. Thesibvs E.S. Scriptvra, eiusque Analogiâ concinnata: Quibus praecipuae quae super his Capitibus in Ecclesiâ quaestiones agitantur hodie, breuiter & dilucidè discutiuntur. Ad Ecclesiae Pacem. Beati Pacifici, quoniam Filii Dei vocabuntur. Matt. 5. 9.* Prostat apud Martinvm Huyssens Bibliopolam Blaesis ad magnum Pontem. M.DC.XXXIII.
12 *Epist.*, p. 295 heeft 'scripserunt'.
13 Wellicht wordt hier bedoeld het in 1650 afgedrukte *Responsio ad defensionem Ioan. Cameronis, quam opposuit Examini sententiae suae*; zie II p. 210 n. 13.
14 *Epistola viri docti ad amicum* (1624). John Cameron antwoordde hierop met zijn *Defensio Ioh. Cameronis ... opposita libello cui titulus est, Epistola viri docti ad amicum, in qua expenditur sententia Ioannis Cameronis de gratia & libero arbitrio*, Apud C. Girardum & D. Lerpinerium: Salmurii, 1624.
15 *Epist.*, p. 295 heeft 'denudatum'.

Si D. Episcopio non vacat, erunt forte alii. Sane aut nullum, aut tempus est aliquid agendi[1], si modo veritatis non hic aut illic, sed ubique spargendae habetur, quae debet, ratio.

Meae occupationes mihi quod permittunt, id facio. D. Brandanus[2] optime sentit, sed nondum exercitatus est in istis controversiis, sed dat operam, ut sit. D. Aurato[3] non expedit fortunis incertis ista in hoc solo moliri. Britannorum legatorum[4] pastores[5] delatores[6] sunt magis quam disputatores.

Mileterius legatum Britannicum extraordinarium adiit; me non vidit, credo, veteris offensae metuens, quam ego ex animo delevi quotidie in hoc intentus, ut privatis cogitationibus emotis publico vigilem eique me totum dedam. Publicum autem cum dico, christiani orbis bonum intelligo.

Quo rectius totum hoc negotium introspicias, mitto omnes qui de eo scripti sunt libri teque oro, ut primum D. senatori Reigersbergio[7] ostendas, deinde iis[8], quos veri pacisque amantes nosti[9].

XXIX Dec. MDCXXXVI.

Parentes[10], tuam[11], tuos[12] saluta a nobis omnibus.

Coventrii, viri illustris apud Anglos filius[13] vertit Anglica nostra pro Religione Christiana[14].

1 Deze zin luidt in *Epist.*, p. 295 als volgt: Sane aut fallor, aut est aliquid agendum, etc.
2 Brandan Dätri, Grotius' nieuwe huispredikant; zie no. 2606, p. 167 n. 3.
3 François d'Or; zie over hem III, p. 34 n. 6.
4 Ordinarius Engels ambassadeur te Parijs John Scudamore en zijn extra-ordinarius collega Robert Sidney, graaf van Leicester; de tekst der *Epist.*, p. 295 heeft 'Brittanicorum'.
5 Eén van hen was wellicht Thomas Lockey; zie no. 2813, p. 466 n. 8.
6 *Epist.*, p. 295 heeft 'oratores'.
7 Nicolaes van Reigersberch.
8 Dit woord ontbreekt in *Epist.*, p. 295.
9 *Epist.*, p. 295 heeft abusievelijk 'nostri'.
10 Jan de Groot en Aeltgen van Overschie.
11 Alida Graswinckel.
12 Johan, Jacob, Maria, Alida, Anna, Titia en Françoise.
13 Grotius bedoelt Francis, zoon van de grootzegelbewaarder Thomas Coventry. Er is echter in 1632 te Londen een vertaling van *Sensvs librorvm sex, qvos pro veritate religionis Christianae Batavice scripsit Hugo Grotius*, Lvgdvni Batavorvm, Ex Officina Iohannis Maire MDCXXVII verschenen: *True Religion explained, And Defended against the Archenemies thereof in these times. In six Bookes. Written in Latine by Hugo Grotius, and now done in English for the common good* van de hand van Christopher Davenport, die zich soms Franciscus Coventriensis noemde. Het ligt voor de hand te veronderstellen, dat hij hierdoor verward is met de bovengenoemde Francis Coventry. Zie ook no. 2812, p. 461 en n. 8 aldaar.
14 *Epist.*, p. 864 heeft als postscriptum:
Parentes, tuam, tuos saluta a nobis omnibus.
Coventrii viri illustris apud Anglos filius vertit Anglica nostra pro Religione Christiana.
Ostendendum praecipue videtur voluntatem Dei seriam omnes salvandi et mortem a Christo pro omnibus toleratam esse *ἀσύστατον* cum voluntate absoluta non dandi plurimis media ad salutem omnino necessaria. Vanam esse distinctionem Voluntatis praecepti et complacentiae in hoc negotio. Respondendum iis argumentis, quibus Camero postremo stabilire voluit omnimodam dependentiam voluntatis ab intellectu et vindicanda argumenta in contrariam partem allata. Video quod dicit Mileterius de libertate hominis circa conversionem non longe abire ab iis quae dixerunt multi in Germania protestantes. Stultum effugium: impossibilitatem moralem - quamvis aliunde attractam -, nihil dare excusationis. An non haec impossibi-

Tui amantissimus frater
H. Grotius.

2908. 1636 december 29. Aan Rijngraaf Otto[1].

Monsieur,

Je me resiouys du bon arrivement de monsieur Betz[2] en vos quartiers combien que i'eusse bien souhaitté, qu'il vous eust apporté contentement de la part de ceux qui gouvernent icy les finances du roy[3]. Je n'ay pas laissé depuis la réception de la vostre du 5/15 de ce mois[4] de recommander vostre affaire tant à monsieur Ponnica[5] qu'au sieur Heufd[6], quoyque non pas avec le succès que i'eusse désiré, à cause de la difficulté qui se trouve au payement des pensions de toute sortes de personnes. Le meilleur seroit, comme i'ay dit à monsieur Bets, si monsieur le duc de Weimar[7] pouvoit trouver moyen de vous faire payer et le comter au roy.

Vos lettres tant à monsieur le grand chancelier[8] qu'à monsieur Müller[9] ont esté fort bien addressées sans aucune perte de temps.

S'il y a quelque autre chose en laquelle mon service vous puisse estre utile, ie m'y employeray avec grand plaisir.

Des nouvelles, nous n'avons rien le vent nous empeschant celles d'Hollande et de ces quartiers vers le Nord, et la France en cet hyver ne produisant rien. On attend la responce de monsieur le comte[10] pour l'accommodement de son affaire désiré par monsieur le frère du roy[11].

Dieu donne à la France la concorde au dedans afin qu'elle puisse mieux résister aux efforts de dehors et vous conserve, monsieur, en bonne santé et prospérité.

Vostre très humble et très obéyssant serviteur.

Le 19/29 Déc. 1636 à Paris.

2909. 1636 december 30. Van Ch. Marini[12].

Monsieur,

1 Copie Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII no. 2, p. 110. Betreffende geadresseerde zie men V, p. 405 n. 3.
2 Friedrich Betz; zie VI no. 2489, p. 546 n. 7.
3 Lodewijk XIII; bedoeld zijn Claude de Bullion en Claude le Bouthillier, beiden surintendant des finances.
4 Ontbreekt.
5 Tobias von Ponikau, raad en gezant van de hertog van Saksen-Weimar.
6 Johan H(o)eufft, bankier te Parijs; hij behartigde financiële zaken zowel voor Zweden als voor Frankrijk.
7 Bernhard, hertog van Saksen-Weimar.
8 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
9 Georg Müller; zie VI, p. 72 n. 6.
10 Louis de Bourbon, graaf van Soissons.
11 Gaston Jean-Baptiste de France, hertog van Orléans.
12 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 9. Eigenh. oorspr. Betreffende Marini zie men V, p. 436 n. 4.

Hier sur le soir i'ay receu une despêche de très grand importance de monsieur Haga[1] laquelle ie vous envoye icy enclose vous suppliant s'il est possible d'envoyer un exprès messager vers le gran chancelier[2] avec ces nouvelles qui sans doute le resiouiront, et l'affaire est de telle importance que, si on le sçaura bien manier, la diversion de Transylvanie pourra causer une longue guerre en Hongrie pour sauver laquelle la maison d'Austriche sera contrainte de faire au plustost une raisonable paix avec vous, en transportant puis après ses armes de ce costé-là. Et ie ne doute pas de vostre soing particulier que vous aurez tant pour la prompte addresse de ce paquet que pour faire avec vos raisons résouldre monsieur le gran chancelier quelque chose asseurée sur le temps de mon voyage qui iamais ne se pourra mieux faire qu'à présent où tant de belles occasions nous y poussent. I'attendray cependant avec gran désir vostre advis de la réception de ceste-cy que pour toute asseurance i'ay reccomandé à monsieur le duc[3] qui dans peu de iours sera de retour dans la Voltoline.

Dieu vous conserve, monsieur, en parfaicte santé et moy en vostre bonne grâce qui suis si passionnément.

Vostre serviteur tres affectionné.

Ex loco noto, 20/30 Xbris 1636.

Tout à cest'heur ie vien de recevoir vos aggréables du 25 de 9bre[4] et du 2 de Xbre[5].

Adres: M.^{r} Grotius.

In dorso schreef Grotius: 20/30 ... decemb. Marini 1636.

en: Cum literis ad canc. et Strasburg ... et ...

Boven aan de brief: rec. 15 febr.

2910. 1636 december 31. Van S. Bielke[6].

Magnifice ac generose domine legate domine amice observandissime,

Quae exacto hoc tempore post praelium Witstochianum apud campi marschall. Banerii[7] ac Leslaei[8] exercitus gesta sunt, non dubito, M. ac G.D. Salvium[9] perscripsisse; ut ea a me repeti haud sit necesse.

Eorum vero, quae a recuperato Gartzio hic locorum accidere, summa huc redit.

1 Cornelis Haga, Staats gezant in Konstantinopel.
2 De Zweedse rijkskanselier Axel Oxenstierna.
3 Henri, hertog van Rohan, luitenant-generaal van de Franse troepen in Graubünden en de Veltlin.
4 No. 2851.
5 No. 2863; op deze brief komt Marini in zijn schrijven van 12 januari 1637 (dl. VIII) terug.
6 Hs. Den Haag, ARA. Eerste afd. coll. Hugo de Gr. Aanw. 1911 XXIII, no. 14. Eigenh. oorspr. Antw. op no. 2892? Betreffende Sten Bielke zie men no. 2658, p. 241 n. 9.
7 Johan Gustavsson Banér, Zweeds maarschalk.
8 Alexander Leslie; zie V, p. 420 n. 2.
9 Johan Adler Salvius, Zweedse hofkanselier en gezant residerend in Hamburg en Osnabrück.

Campi marschallus Wrangelius[1] exercitum sibi subjectum flumen Fuhram transductum per stativa Marchiaca ad Oderam commodum disposuerat; cum Berolino ostentatur spes posse electorem Brandeburgicum[2] induci, ut munitionibus suis Custrino et Spandovia certa pactione cedat idque maxime, si exercitus Berolino confestim admoveatur, cujus inopinato adventu terrore hominibus injecto consilium procederet felicius valido postea fundamento futurum bello in Silesiam portando.

Ea spe effectum, ut exercitus sine mora Berlinum translatus sit, cui impositum praesidium caeptaque inde cum marchione Sigismundo[3] negotiatio, quod elector ipse tum Peitzii ad fines Lusatiae haereret. Verum hic conceptae animo spei nil respondebat; omnia quaesitis arte moris cludebantur rejectis in absentiam electoris partim causis, a quo resolutiones exspectarentur, partim deprecationibus intermixtis aliisque frivolis obtentui sumptis, quo bellum redimeretur.

Interim arma clanculum parabantur divulsaeque ac in diversa distractae antea Silesiacae copiae in unum coibant Arnimbio[4], qui jam Brandeburgico electori, mox Saxoni[5] aderat, consilia isthaec vel cudente vel acuente.

Mox cum fucus dispalesceret rupto infelicis morae taedio compressius urgentiusque sententiam decretoriam elector poscebatur.

Ea vero haec fuit: non posse electorem munimentis suis absistere, quod eo facto jam caesareis partibus renunciare palam videretur, quod altioris tamen esset indaginis. Itaque vel intuitu propinqui sanguinis nexus, quo Sacra R.M.[as] Regina ac Dna nostra[6] cum electore jungitur aliasque in speciem decoras magis quam utrosimiles ob causas, quae allegabantur, postulato ruinisque praeterea provinciarum electoralium facesseret Wrangelius; vel inducias quinque aut sex septimanarum daret, quibus labentibus electori negotium pacis universalis in conventu Ratisbonensi promovendae curae foret aut, si res non succederet, ex re nata rebus suis consulendi.

Orationi huic plus pompae quam fidei inerat[7]; itaque caput rei non omittere consilium erat Wrangelio; cum nuntiatur haut procul consistere hostilem equitatum.

Ea res effecit, ut exercitus Oderam versum reducere ratio belli suadere visa est. Mulctatis ergo Berolinensibus pecuniae summa levi, ut aequanimitatem agnoscerent, nec ad saniora redeundi consilia locum sibi praeclusum existimarent, Francofurtum ad Oderam exercitus deduci captus. Iamque pars ejus pertigerat, cum residuam hostilis equitatus praevertere conaretur: sed frustra fuit, ne ultimum quidem agmen lacessere ausus amisso paullo ante tribuno magni nominis Ungaro[8], quem Lubbae securum omnium rerum nostri ceperant legione ejus maximam partem caesa. Dum et Francofurti morantur nostri pontemque ab hoste dirutum reficiunt urbemque aliquantum communiunt, agrum Sternebergicum ac porro Crossensem ducatum late populantur pontibus ceteris, trajectui hostis servientibus

1 De Zweedse veldmaarschalk Herman Wrangel.
2 Georg Wilhelm, keurvorst van Brandenburg.
3 Sigismund, markgraaf van Brandenburg (1592-1640).
4 Hans Georg von Arnim.
